



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были поданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования


Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



6

~~7-a~~

17



~~5-7-a-17~~

Disney. Kalar.

Rh...
de...
de...

DIONYSI
HALICAR-
NASSEI
RHETORICA
ET
CRITICA.



LATINE NUNC PRI-
MUM INTEGRE A VIRIS
*doctis è Græco sermone
conuersa.*

Seriem librorum sequentes exhi-
bent paginae.



HANOVIAE,
Typis Wecheliani, apud Hæredes
IOANNIS AVBRII.

ANNO M. DC. XV.

1872



THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY



CLARISSIMO,
DOCTISSIMOQ. VIRO,
JANO GRUTERO

in regis dy.



*MAGNAM profecto, vir
doctissime, à litteratis
omnib. gratiam iniisti,
quādo tot, tantosq. ve-
teres Scriptores industria tua ac
labore, qua obscuros illustrando,
qua corruptos emendando, facere
meliores, cum Poëtas, tum Histo-
ricos Latinos consueuisti: nunc
etiam DIONYSIO Halicarnasseo,
operam confers ut egregio Anti-
quitatum Romanarum scripto-
ri, & Critico insigni ac Rhetor-*



(:) 2

E P I S T O L A

*vi. Ille enim, ut nosti, à T. Livio
 Patavino Populi Rom. res domi
 forisque preclare gestas litteris
 mandatis ab urbe condita, longe
 erat uberius disertiusque, nisi
 magnam partem intercidisset
 persecutus. Idemque de antiquis
 Historicis Græcis, ac de Orato-
 rum veterum, atque adeò Phi-
 losophorum stylo, ut Platonis di-
 vini, ita iudicat acute, nihil ut
 gratia, veritati plurimum tribu-
 isse videatur. Livium tu quidem
 obstetricando Capitibus distin-
 xisti, ut & Notas pridem promif-
 sas exigamus, quantum Sallustio,
 ac Tacito Cornelio tribuisti. Rhe-
 toricorum nunc quidem Dionysii
 interpretationem conuito panè
 efflagi-*

DEDICATORIA.

efflagitas, eorum opusculorum, qui hactenus Latine nondum lucem aspexerunt ad paucula illa Wecheliana editionis. Schottum itaque, Martinezium, Bircouium, & Gratium, homines pereruditos adhibes, qui & Scholiis interdum obscuris locis lucem adferant, posteritatiq; consultum eant in auctore Dionysio ad hanc diem non satis noto: sed eruditissimis dumtaxat hominibus, cum sit & doctissimus iuxta, atque acerrimus alienorum laborum, styliq; qualis apud Latinos Quintilianus, Censor estimatorq; egregius. Quamobrem habe hoc quidquid est laboris, industriaq; in vertendis Halwartassei præceptionibus

(:) 3

E P I S T O L A

Rhetoricis & publici iuris facito. Illud sane subit mirādum in Thucydide nuper à Portis egregie utraque lingua edolato, nihil è Dionysio nostro de stylo Historici illius prestantissimi, ut oportuit, additum fuisse. Mirandum & illud αἰ ἐγνετο πομείων, de figurata Oratione, duobus dum differit libris, gemina prope, cum in præceptionibus, tum in Homericis exemplis apparere. Unde colligo, diversis ea temporibus, locisque disiunctis commentatum esse Dionysium. Libro autē primo αἰ οὐδὲνος ὀρομῆται, qui de verborū est collocatione, Simonis Birchouii, Poloni interpretatione potius quam mea sum usus; tum quod præm-

DEDICATORIA.

prauorterit ille; tum q̄ in hoc genere, et si aliis fortasse nōnullis, mihi ipsi minime satisfaciā. Interpolauit tamē identidē loca minus apte reddita, & Scholia ora apposui, ut in conspectu essent. Quid praestiterim, volui quidem certe, Tu Tuique ordinis optime existimabunt, in bonamq; partem accipient: cui pridem Criticam Lampadem ad priscos auctores illustrandos atque emendandos, veluti Pharum nauigantibus aptissimam, acceptam meritò feret grata, dum erit, posteritas. Vale.


QVÆ IN DIO-
NYS. HALICARNASSEI
ALTERO TOMO
 continentur.

RHETORICA ET CRITICA.

*Asterisco hic notata nunc primum
edantur.*

* De Verborum Collocatione, seu de O-
rationis structura, interprete *Simon*
Birconio, cum Scholiis & emendationi-
bus *Andr. Schotti*. pag. f.

**RHETORICÆ præcipua, quarum
hæc capita sunt :**

| | | | |
|---|---|------------------------|---|
| Proce- pta O- ratio- num | { | Pânegyricarum. p. 75. | } interprete { M. Antoni. { Antima- } cho. |
| | | Nûptialium. pag. 79. | |
| | | Natalitiarum. p. 83. | |
| | | Ep. thalamiorû. p. 89. | |
| Compellatoriarum. qui modo Prætor à Principe missus, cõ- pellandus. p. 87. | | | } interprete { Gul. Grat. |
| * Funebrium. p. 90. | | | |
| * Quomodo Athletæ in solemnib. ludis exhortandi p. 94. interpr. And. Schotto. | | | |

* De

De Oratorum Oratione & Traditio prior
(p. 119.) & posterior (p. 119.) interpret.
Stanislaus & Gratio S. I.

De Orationibus antiquis, Matt. Martini
Epist. (p. 144.) Isocrate, Hieron. Wolfio.
(p. 204.) & Isoc. (p. 204.) Andr. Schotto.
Interpr.

* De delictis, quae in meditando Oratio-
nibus committuntur (p. 168.) Gratio in-
terpr.

* Quibus rebus inventionis artificium
violatur (p. 170.) eod. interpr.

* De Orationum Scriptorumque exami-
ne (p. 178.) Schotto interpr.

De præceptis Graecæ linguæ Auctoribus.
(p. 186.) Iouio interpr.

Epistol. ad Ammæum; Demosthe-
nem artem dicendi ex Aristotele non
didicisse, (p. 230.) interpr. Schotto cum
eiusdem Scholiis (p. 22.)

Epist. II. ad Cn. Pompeium de Plato-
ne, eiusque dicendi genere. Huic ap-
pendet De Historicis præ cæteris imi-
tatione dignis, Herodoto, Thucydide, Xeno-
phonte, Philisto & Theopompo: (pag. 249)
Stanislaus Iouio interprete.

- * De DEMOSTENIS in di- }
 cendo vi admiranda (pag. } interp.
 265.) }
 & DE DINARCHO Tra- }
 ctatus. (pag. 348.) }
 De Thucydidis historia iudicium, (pag.
 363.) ad Q. Ælium Tuberonem, And.
 Dudithio interprete.

SVM-



S V M M A C A-
P I T A T R A C T A T V S
D I O N Y S I I H A L I C A R.

N A S S E I.

D E C O L L O C A T I O N E
V E R B O R V M, S E V C O M-
P O S I T I O N E.

- I. **Q**uid Collocatio, & quae
eius materia, Pag. 3.
- II. Collocatio verborum Delectu
praestat, ibid.
- III. Quantum Collocatio tam in ver-
bis, quam in sententiis valeat,
exemplis illustratur. p. 5.
- IV. Natura Collocationis in tribus
rebus consistit : Suauitate,
Concentu, & Pulchritudine,
pag. 13.

- V. *De Collocatione iucunda.* p. 18.
- VI. *Concentus in Collocatione iucunda.* p. 21.
- VII. *Decorum in Collocatione iucunda.* p. 23.
- VIII. *De pulchra Collocatione.* *ibid.*
- IX. *De Litteris, earumque pronuntiatione. De Vocalib. & Mutis* IX. p. 25.
- X. *De Syllabis.* p. 27.
- XI. *Syllabarum potestas.* p. 28.
- XII. *Numerus in Collocatione Pulchra.* p. 34.
- XIII. *Pedes Oratorii. Bisyllabi. Trisyllabi.* *ibid.*
- XIV. *Decorum in Collocatione Pulchra.* p. 45.
- XV. *Differentiæ Generales Collocationis.* p. 49.
- XVI. *Austera harmonia.* p. 50.
- XVII. *Polita harmonia.* p. 57.
- XVIII. *Communis harmonia.* p. 62.

XIX.

- XIX. *Quomodo soluta oratio similis
Carmini reddatur. p. 64.*
- XX. *Occupatio, quæ obici queat.
p. 71.*
- XXI. *Quomodo Carmen simile soluta
Orationi reddatur. p. 70.*
- XXII. *Altera Occupatio, cum Epilo-
go. p. 75.*

INDEX



I N D E X

A V C T O R V M,

Q V O R V M D I O N Y S I V S

Halicarnasseus in lib. de Col-
locatione mentionem
facit.

Numerus paginam notat.

| | |
|----------------------|-------------|
| Æ Schylus. | pagina 50 |
| Æ Eschynes. | 17 |
| Alcæus | 44.63 |
| Anacreon. | 58 |
| Antilogus. | 10 |
| Antimachus. | 50 |
| Antiphon Rhamnusus | 18.50 |
| Aristophanes. | 52.73 |
| Aristoteles. | 3. 63.65 |
| Aristoxenus Muficus. | 24 |
| Bachilides. | 68 |
| Calantianus. | 10 |
| Chryfippus Stoicus. | ibid.& feq. |
| Colophonius. | 50 |
| Ctefias Cnidius. | 18 |
| | Deme- |

| | |
|------------------------|---|
| Demetrius. | 10 |
| Democritus. | 63 |
| Demosthenes. | 10.16.17.23.38.& seq.44.63 64.65.68.69 |
| Duris. | 10 |
| Empedocles, Physicus. | 50 |
| Ephorus. | 58 |
| Epicurei. | 63 |
| Epicurus. | ibid. |
| Euripides. | 20.58.73 |
| Gorgias Leontinus. | 22 |
| Hegesias. | 9.10.39.43 |
| Heraclides. | 10 |
| Herodotus | 5.6.9.19.23.45.63 |
| Hesiodus. | 58 |
| Hieronymus. | 10 |
| Homerus. | I. 5.7.9. II. 23. 29. 31. 33. 42. 46.48.63 |
| Isocrates. | 45.59.61.68 |
| Magnes. vide Hegesias. | 14 |
| Magnesius, Sophista. | ibidem. |
| Philarchus. | 10 |
| Philoxenus. | 44 |
| Pindarus. | 26.44.50.& seq.54. |
| Plato. | 16.30.38.45.63.64.68 |
| Polybius. | 10 |

Saon.

| | |
|----------------------|---------------------------|
| Saon, | ibid. |
| Sappho. | 44. 18 |
| Simonides. | 59. 73 |
| Sophocles. | 17. 63 |
| Sresichorus. | 44. 63 |
| Stoici. | 3. 10 |
| | |
| Thelestes. | 44 |
| Theodektes. | 3 |
| Theopompus. | 59. 73 |
| Theophrastus. | 58 |
| Thucydides. | 9. 15. 18. 37. 50. 51. 55 |
| Timotheus. | 44 |
| | |
| Xenophon Socraticus. | 18 |

DIONY-

DIONYSII
HALICARNASSEI
DE COLLOCATIONE

verborum.



EX INTERPRETATIONE
SIMONIS BIRCOVI
Poloni:

Recensita ab And. Schotto & Scholiis
illustrata.



Ὁρῶν τοι κ' ἐγώ, τέκνον φίλε, τῶτο δίδωμι,

Largior hocce tibi munus dulcissime fili:

*Odyss. 6.
vers. 225.*

Liceat enim mihi hisdem verbis te affari, quibus apud Homerum affatur Helena hospitio excipiens Telemachum. hoc die, quo * postquam vir lem rogam sumpsisti, primum natalem agis, omnium festorum mihi iucundissimum & honoratissimum. atque eo magis, quod neque manuum mearum opus, tibi mitto: sicut illa loquitur tradens iuveni pepulum: neque nuptiarum solum tempori, nuptæque gratia fabricatum: sed opus & factum studij ingenique mei, mancipio vsuque tuum futurum, ad omnes commoditates vitæ; quæcunque sermone conficiuntur vitæ: maximeque ex omnibus rebus necessarium, (si quid sane ego rerum vitilium cogitando assequor) cum vniuersis perinde ciuilem orationem exercentibus, quacunque ætate & profectu fuerint: tum præcipue vobis iunioribus, & tenere disciplinam

** Ex ephobis
egressus.*

A

* forte Mi- ingressis: ô Rufe * Melitie, optimi patris fili, & mihi
nucie cu (II. omnium amicorum honoratissimi : Cum enim du-
ius familia plex exercitatio sit in omnibus, vt verbo dicam, ora-
cognomen tionibus : altera quæ in sensis, altera quæ in nomini-
Rufus. bus versatur : illa quidem ad † locum rerum pertine-
† *περὶ ῥητο-* re videtur : hæc ad verborum, cumque omnes qui-
νῆ τῶν. cunque benedicendi laudem assequi student, in vtrath-
sed τῶν re- que istam orationis disciplinam pariter incumbere o-
ponendum porteat : illa scientia, quæ nobis dux est ad prudentiam
putat Henr. rerum agendarum, * lenta est, & adolescentibus haud
Steph. Sche- facilis : atque adeo incredibilis, vt possit in teneram &
diastatum iuuenilem ætatem cadere. maturescenti enim iam a-
lib II. c. 14. nimo, atque ætati canicie suffultæ, hæc cognitio est fa-
ubi multa miliarior : vt quæ ex multa notitia tantū dictorum quam
huius Dio- factorum, ex multa experientia & vsu, tam eorum quæ
nyssi loca ex- nobis, quam quæ aliis bene vel male euenerunt, simul
pendit. Frid. incrementa sumat. At illam in elocutione velut ambi-
tamen Syl- tiosam quandam pulchritudinis & elegantix consecra-
burgius re- tionem, par est solitamque, cum ipsa ætate efflorescere.
ceptam hic Vnius cuiusque enim adolescentis animus stupefit in
zuetur le- obtutu pulchritudinis eloquendi : & ad eam naturales
ctionem. quosdam imperus, & tanquam afflatu diuino concitatos
* *gravior est* lumit. tis sanè multa admodum & prudenti opus est
& difficilior. prima institutione & educatione : si tales sunt futuri, vt
† *ἐπι γλώσ-* non id quodcunque intempestiue † in buccam venerit
σαν ἔλθειν vi- verbum effuuant, neque temerè quicquid sese obtulerit
de Pee. Vi- secum coagmentent : sed delectu vtantur verborum : vt
ctorum lib. simul & pura sint & * generosa : eaque compositione
II. variat. condiant, quæ grauitati iunctam habeat suauitatem. Ad
lect. cap. 16. eam itaque partem, quam imprimis adolescentes debent
& Adagiū. colere, confero tibi partem de Collocatione verborum,
* *propria.* & amorī commendo, opus quod non paucis quidem in
111. mentem veniebat eorum, qui ex veteribus Rhetoricas
vel Dialecticas conscripserunt artes : sed à nemine, vt exi-
stimo exactè & perfectè, vsque ad hanc diem pertracta-
tum. Quod si orium nactus fuero, alterum quoq; librunt
tibi afferam de verborū delectu : vt locum hunc de Elo-
cutione perfectè pertractatū habeas. Quod quidem opus
rurſus anno futuro eodem tempore expecta : si Dii nos
saluos

DE COLLOC. VERBOR.

saluos ac valentes seruaerint, idque fata ratum fore de-
derint. Nunc verò hoc opus, quod interim Deus menti
suggessit accipe, cuius hæc sũnt capita demonstranda.
*Qua sit Collocatiõnis natura: quamq; vim habeat vel ad
quid collimet: deinde quomodo quis eam consequatur: cum
qua generales ipsius differentia; præterea quã uniuscuiusq;
sit formã: qualemue optimam ego existimem: ad extre-
mum quid sit illud Poëticum suauẽ & iucundum in au-
diendo, quod solet collocationem orationis solita imitari;
cumq; habeat apparatus Poëticum, non Poëticũ
imitetur sermone: maximeq; in imitatione vim suam
retineat: tum quibus rationibus vnũquodque eorum
conficiatur. Eiusmodi itaq; sũnt, vt summariũ compre-
hendam, ea de quibus sum dicturus.*

*Collocatio est (vt ipsum nomen com̃monstrat) quædam
partium orationis mutua secum positio: quas nonnulli
dictionis elementa appellant. Hæc autem Theodectes,
& Aristoteles, & illi qui temporibus illis philolophati
sunt, ad tria reduxerunt: Nomina, Verba & Coniunctiones,
hasque primas Orationis partes fecerunt. Qui verò illis
temporib. posteriores fuerunt maximeq; Stoicæ sectæ
principes, ad quatuor vsq; progressi sunt: Articlos enim
à Coniunctionibus separauerũt. Qui verò eos secuti sunt,
* Nomina ab Appellatiuis seiunxerunt, & quinque ora-
tionis partes declararunt. Alii Pronomina etiam sepa-
rantes à Nominibus, sextum & hoc orationis elementũ
fecerunt: alii quoq; Aduerbia à Verbis & Præpositiones
à Coniunctionib. & Participia ab Appellatiuis seiunxe-
runt. Alii alias quasdã distinctiones introduxerunt, mul-
tasq; orationis partes primas fecerunt. De quib. omnib.
longa esset oratio. id tantũ dico primorũ horũ elemen-
torũ. siue triũ, siue quatuor, siue quocunq; fuerint con-
nexio siue compositio, efficit illa quæ dicuntur Membra
quorũ rursus iunctura illos orbes qui Periodi dicuntur
cõplet, eã verò simul, omne orationẽ conficiunt. Erit au-
tem Collocatiõnis *negotiũ verba inuicẽ decenter cõpo-
nere: mēbris decentẽ iuncturã attribuere: & totã orationẽ
periodis concludere. Et quidẽ cum posterior sit hæc pars
præceptiõnũ in locõ Elocutiõnis, si ordinẽm consideres: lectũ præstat.*

IV.

*Quid Collo-
catio & qua
eius mate-
ria.*

* derivata.

V.

** officium
propriũ.
Collocatio
verborũ De-*

præit enim verborum delectus, & secundum naturam illius est fundamentum: voluptatem tamen & suavam, & vim non deteriorem, sed meliorem quam ille habet. Nulli verò videatur mirum, si cum de verborum delectu multæ & graues sint considerationes, de eoque tum Philosophi, tum Rhetores multa scripserint; *Collocatio* verò ordine & loco posterior sit; parumque absit, quia consecuta fuerit æquales cum illo sermones: tamen

* *Vt omnem vim, qua in delectu verborum est, speret.*

VI.

tantum virium & potestatis habeat, * vt omnia alia negotia in oratione consistenda superet & vincat: considerando, quod etiam alia artes quæcunque materias diuersas recipiunt, ex his persimilem faciunt finem. Quemadmodum in architectura, arte fabrilis, pictura, & aliis quæ his similes sunt, facultates quæ habent vim componendi, ordine quidem posteriores sunt iis, quæ in delectu consistunt: virtute verò priores: quod & orationi si contigerit, non absurdum esse existimandum est. Nihil autem prohibet nos fidem propositæ rei adstruere, ne sermones ambiguos pro manifestis sumere videamur. Est igitur omnis Oratio, quæ senta animi significamus, quædam ligata quædam soluta: quarum utraq; si pulchram iuncturam nata fuerit, poterit pulchrum facere & carmen & orationem: si verò inscienter & temere proficiatur: etiam ea quæ præclare sunt cogitata corrumpunt. Multi siquidem Poëtæ, multi rerum scriptores, Philosophi item & Rhetores, cum verba summo studio pulchra & decentia ad propositam rem accurate deligerent, temerariamque & insulfam iuncturam adiungerent, nullam frugem ex tanto labore perceperunt: alij verò cum verba contempta & humilia assumerent, eaque collocatione iucunda & eleganti exornarent, multam venustatem & gratiam orationi addiderunt. Et quidem rationem eandem habere videtur Collocatio cum Delectu quam habent verba ipsa cum rebus. Quemadmodum enim nulla utilitas cogitationis præcæra est, si ei quis pulchræ locutionis non addiderit ornamentum: ita etiam nulla est laus inuenire purum & venustum verbum, si iuncturæ aptum ornamentum non addideris. Ne autem, quod aiunt, videar * in demonstrabilia dicere: quibus rationibus inluctus firmam

VII.

* *Sine teste dicere.*

affirma-

affirmare, præstantiorem & perfectiorem exercitatio-
nem esse in verborum collocacione, quam in delectu, re
ipsa demonstrare conabor, idque si pauca tam ex ligata
quam ex soluta oratione excerpta delibauero. Accipia-
mus igitur ex Poëtis quidem *Homerum*, ex Historicis
autem *Herodotum*: licebit enim ex his de aliis iudicare.
Est igitur apud *Homerum* locus ubi à subulco *Vlysses*
circa matutinam horam deducitur ientaturus: ut mos
priscis erat: ad quos *Telemachus* venit ex peregrinatio-
ne redux, quæta susceperat in *Peloponesum* *Negotio-*
rum vile & commune, supra quam dici potest, bene pro-
latum. Vbi autem sit elocutionis virtus, versus hi propo-
siti demonstrabunt.

*Interea ut venit rosais Aurora quadrigis,
Eumæus pastor, simul & præclarus Vlysses,
Mane foco accensis reparabant prandia flammis
Cum simul emittunt suibus per pascua mille
Cum grege pastores, Venientem gratia canum vis
Telemachum circa cauda blanditur inerti:
Namq; canes propius non lastrauere meantem.
Hospes adulantes sensit tum diuus Vlysses.
Atque pedum strepitus. Cum sic affatur Vlysses
Eumæum breuiter: Sedi succedit amicus,
Et socius certe, siue hospes notus amore:
Blandisq; canes, tacita sed voce resulant,
Excussusq; sonus. Vix hac effatus Vlysses
Vestibulo astiterat cum foris natus Vlyssis.
Qua tenuit dextra miscens ardentia vina:
Accurrensq; cito sese offert obuius alto
Eumæus regi, capitiq; hinc oscula figit:
Luminibus cecidis teneris quoq; plurima gutta.*

*Odys. lib. 15
initio.*

Hic detineri & permulceri auditum poemate ipso & VIII.
quidem suauissimo præcipuam partem habente, omnes
quantum sciam faterentur. Vbi autem *suada horum *persuaden-
carminum sita sit, vtrum in *Delectu* verborum, an † *Col-*
locacione? Equidem nemo diceret in *Delectu* quantum † *al. Compo-*
ego existimò. Nam omnis ea oratio ex *vilissimis & hu-
milimis dicti onibus connectitur: quibus & agricola, & *minutissi-
mista, & artifex, & quilibet alius, qui nullum vnquam *mis.*

tempus studio bene dicendi insumsit, ex promptu & facili uti posset; dissoluto etiam carmine omnia humilia nec digna imitatione videbuntur. Nec enim hic sunt translationes generosæ, non * Permutationes aut Abusiones, non aliqua locutio figurata, non dialecti varix, † non noua & elaborata verba. Quid ergo reliquum est, * an non ipsam Collocationem pulchritudinemque interpretationis in causa ponere? Talia verò sunt apud poetam infinita quæ ut existimo omnes cognoscunt: mihi quidem cui commemorasse satis est, sufficiat hæc indicasse memorix causa. Age itaque transeamus ad orationem solutam, inspiciamusque si eundem habere possit affectum; præsertim si in rebus paruis & humilibus versetur: in verbis tamen pulchre collocatis magna insit gratia. Est itaque apud Herodotum rex quidam Lydiæ (quem ille Candaulem vocat, Myrsilum autem à Græcis appellari dicit) hic suam uxorem supra modum amabat: deinde dignatus est quendam ex amicis ut eam nudam conspiceret. resistebatur primò ille, ne ad id adigeretur: ubi verò non persuadet, tandem sustinuit & conspexit. Negotium quidem ipsum est turpe, nec quod eleganter efferatur idoneum: imò abiectum & periculosum, & propius turpi quàm pulchro; sed quia optimè efferitur, sic melius dum auditur dictum, quàm conspicitur gestum. Ne autem aliquis suspicetur voluptatem hanc orationis dialectum efficere, immutabo characterem in Atticam linguam, nulla; amplius re addita ipsum * dialogum proferam.

* narratio-
nem.

X.
Herod. lib. 1.

* al. suam.

*Gyge, neque enim videris mihi fidem habere referens de coniugis specie: (quod minus credula sunt hominibus aures quam oculi.) fac illam conspicias nudam. Hic autem vehementer exclamans, Quémnam, inquit, herc, sermonem profers haudquaquam * sanum, qui me iubes inspicere heram meam nudam? Mulier exuta tunica & verocundiam pariter exiit. Iam olim ab hominibus qua honesta inuenta sunt; unde discere ea debemus: ex quibus hoc unum est. Qua sua sint, quemque inspicere decere. Ego verò tibi fidem habeo illam esse /æminarum omnium speciosissimam, teq; oro ne me ores illicita.*

Atque

Atque hoc dicendo, Gyges repugnabas: ne quid tibi ex ea re mali contingeres. Cui vicissim ille his verbis, Fidens, inquit, esto Gyge: neque vereare aut me, tanquam hoc te sermone tentantem, aut uxorem meam, ne quid tibi ex ea detrimenti creetur. Principio enim sic ego machinabor, ut illa ne deprehendat quidem abs te fuisse inspectam. Te namq; deducito in habitaculum in quo cubamus, post fores apertas collocabo. Vbi ergo fuero ingressus, aderit & uxor mea in cubiculum: prope autem ianuam sella posita est, super quam vestes illa (ut quamq; exues) reponet: ibiq; tibi plurima quiete spectanda praesto erit: quū vero à sella cubis ūperget, tuq; à tergo fueris, cura tibi sit deinceps ne te per fores abeuntē cōspiciat. Gyges igitur ubi effugere nō potuit, fuit paratus ea facere.

XL

Hoc loco nullus quidpiam haberet, quod diceret, quia dignitas grauitasque verborum, elegantem facit locutionem. Verba enim, quæ notæ sunt rerum, nullo studio & delectu adhibito sunt posita, sed qualia ipsa natura rebus imposuit. Neq; sanè conueniens esset aliis melioribus vti. Necesse est igitur cum maximè propriis & proximis rei verbis, sensa efferimus, ut nihil accedat augustius supra ipsa: in quibus nihil grauitatis, nihil excelsitatis inesse, qui voluerit sciet, si nullam rem aliam præter iuncturam mutauerit. Multa autem alia apud hunc auctorem huius generis sunt, ex quibus quilibet conicere poterit, non in pulchritudine verborum & proprietate, suauitatem elocutionis, sed in coniugatione sitam esse. Et de his quidem hæc sufficient. Vt autem magis notum sit, quantam habeat vim collocatio tam in versu, quam in oratione soluta assumam aliquot exempla, quæ etsi bona primo aspectu videntur, tamē eorum iunctura mutata, diuersa penitus apparebunt cum carmina, tum orationes solutæ. Sumamus autem hæc Homeri.

XII

Atq; ut qua manibus victum paupercula quarit,

Vnde suis possit victum conquirere vatis.

H. M. V. 433.

Appendens lunam tenet omni à parte flateram

Lancibus equatis trutina constante labello.

Hoc carmen Heroicum est, constans sex mensuris, perfectum, quodq; pede dactylo procedat. Ego verò immutata collocatione horū verborū, pro Hexametris faciam

A 4

DIONYSI. MEDICARN.

Tetrametris, & pro Heroicis faciam Proloquia ad hunc modum.

Ἄλλ' ἔγωγε ὄψε γυνὴ χερσὶ πάλαι αἰχμητῶν
 καὶ ἔχον ἀμφὶς κ' ἐπαυρῶν ἔχον ἀέλικας
 ἰσχυρὰς, ἵ' ἀρκία παρῶν ἀρσὶ μίθον.

Quæ quidem Priapeia ab aliis Ithyphalica vocantur. Qualia sunt illa.

Non profanus, ut dicitur, adolescentis Bacchi
 Ego verò ex opere, sacris Bacchi initiatus adsum.

Alios deinde accipiam versus Homeri, nihilque ipsi addam, nihil adimam: ipsam tantum collocationem immutabo, aliudque carmen tetrametrum quod vocatur Ionicum efficiam.

Iliad. v.
 392.

Ὡς ὁ παρθ' ἱππῶν κ' ἔφρα κείτο πηνυθεῖς.
 Αἰμυλῆος κένυθ' ἔδρα μιδυθ' βεβρηχῆς.
 Eiectus bigis ad equos sic ille iacebat.
 Collapsus, miser ipse suo se in sanguine versans.

XIII.

Talia sunt & illa Sotadia.

Ibi quidem in summitate rogorum mortui iacebant;
 In terra aliena, viduos muros relinquentes
 Græcia sacra & cubiculum domus paterna.
 Et inuentum amabilem & proleptam solis faciem.

* rhythmis.

Possem præterea multas formas carminum & differentias quæ in Heroicis incidunt versus proferre, in omnibusque aliis fere, tam menturis quam * numeris hoc idem demonstrare: verborum delectu permanente, sed sola collocatione maxime concidente & carmina ipsa transmutantur, & cum eis figuræ, colores, mores, affectus corruunt, sed necesse habeo plura præcepta attingere: ex quibus quædam paucis omnino sunt cognita. De multis autem fortasse, sed non minus his licebit illud Euripidis proferre.

No mihi attingas subiles sermones
 Anime quid superuacanea cogitas?
 Si non relaturus es honorem apud pares.

XIV.

Itaque relinquenda hæc puto in præsentia. Quoniam autem & soluta oratio hoc ipsum quod & ligata pati potest, ut manentibus iisdem verbis, mutata collocatione alia videatur, præsto est cuilibet considerare volenti. Assumam

sumam autem ex Herodoti dictione principium historiarum; quandoquidem multis autor iste notus est, characterem tantum dialecti immutabo.

Craesus genere quidem fuit Lydus, patre autem Halias. Herod. lib. i. eo : earum uerborum nationum tyrannus quae intra Halym amnem sunt : qui à meridie Syros ac Paphlagonem interfluens, contra ventum Aquilonem in mare quod uocant Euxinum euoluitur.

Transponam dictionis huius iuncturam : statimque fiet non iam connexio continuata neque historica : sed potius simplex & inglorata. Κροῖσος ἢ ἡὸς μὲν Ἀλυάτις, ἡὸς δὲ Λυδὸς, τύραννον ἢ τὸ ἐντὸς Ἀλυῶ πύλας ἔθων, ὅς δ' ἀπὸ μισημεθρίας ῥέων, μετὰ Σύρων καὶ Παφλαγγῶν εἰς τὸν Εὐξείνιον καὶ ἁλῆδρον πόντον ἐκδίδωσι ὡς βορίαν ἀέρον.

Hic character non multum differre videtur ab his Thucydidis. Epidamnus est urbs ad dextram sita nauiganisibus Ionium sinum versus : cui finitimi sunt Taulantii barbari, gens Illyrica. Lib. i.

Rursus transmutans hanc ipsam dictionem, aliam ei formam dabo in hunc modum : Ἀλυάτις μὲν ἢ ἡὸς Κροῖσος, ἡὸς δὲ Λυδὸς τὸ ἐντὸς Ἀλυῶ πύλας τύραννον ἔθων, ὅς δ' ἀπὸ μισημεθρίας ῥέων, Σύρων τε καὶ παφλαγγῶν μετὰ ὡς βορίαν ἔξεισι ἀέροι εἰς τὸν καὶ ἁλῆδρον πόντον Εὐξείνιον.

Talis quidem figura collocationis est Hegefiaca : parum compta, ignobilis, mollis : inter eiusmodi enim nugas facer ille vir uerfabatur, cum talia scriberet.

Ex bona solemnitate bonam aliam ducimus.

A Magnesia sum magna Sipyleus.

Nec enim paruam in Thebanorum aquam expuit Dinyseus.

Dulcis quidem est, facit autem insaniam.

Satis sit exemplorum : existimo enim me copiose demonstrasse id, quod proposueram ; uidelicet maiorem vim habere Collocationem uerborum, quam Delectum. Et mihi quidem non peccare uidebitur, qui eam Homericæ Mineræ similem dixerit. Quemadmodum enim illa eundem Vlyssēm aliās alium uideri faciebat, nunc rugosum, paruū, turpem.

Od. v. 273. *Mendico tristi similem, formaq; senilem.*

Alibi verò, vbi virga cum tetigerat:

Od. 8. 230. *Maioremq; dedit membris, facieq; videri
Augusta, atq; comas nitidas, crinemq; deorum
Demissum capiti, flores similes hyacynthi.*

Similiter etiam Collocatio, iisdem verbis assumptis, aliquando sententias informes, humiles, ieiunas, facit videri: aliquando verò sublimes, copiosas, validas & elegantes. Et quidem poëta à poëta, orator ab oratore, collocatione verborum bona differre videtur.

* in precis
habita.

Antiquis præpmodum omnibus magnæ illa curæ fuit: vnde etiam illorum carmina, modulationes, & orationes, sunt * elegantes: recentioribus verò paucis exceptis, non adeò: denique temporibus consequentibus, omninò neglecta est nullusq; prorsus existimabat, Collocationem necessariam esse, quidpiàmue ad orationis pulchritudinem conferre. Itaque eiusmodi structuras reliquerunt, quales nemo sustinuerit ad finem vsque narrando persequi. Dico autem Phylarchum, Durim, Polybiũ, Saonem, Calantianum, Demetrium, Hieronymum, Antilogum, Heraclidem, Hegeſiam Magnetem, & alios infinitos: quorum omnium si vellem proferre nomina,

XVI.

dies me prius deficeret. Verùm quid opus eos admirari, vbi etiam hi qui Philosophiam profitentur, & de Dialecticis disſerunt disciplinis, adeò sunt in collocandis verbis futiles, vt etiam pòdeat dicere. Sufficiat autem argumento vti oratione Chryſippi Stoici: (* vltèrius enim non procedam) quo neque melius quisquam, neque exactius Dialecticas disciplinas proſequutus est: neque deteriori iunctura compositos sermones protulit; ex his qui alicuius nominis & famæ sunt. Et quidem nonnulli se eam partem curæ habere affectarunt: tanquam ad orationem necessariam: præceptaq; nonnulla de Collocatione partium orationis conscripserunt; sed maximopere omnes à vero aberrarunt: nec per somniũ quidẽ viderunt, quidnã sit, quod iucundam & pulchram collocationem efficiat.

* no longius
abeam.

XVII.

Ego autem cum constituisset in animo opus hoc componere, quærebam si ab aliquibus de eadem re prius aliquid dictum sit; maximeque à Philosophis, ex Stoa; sciri enim

enim viros illos multam curam & studium in explicandis verbis insumisse. (oportet siquidem vera de illis testari.) Nihil verò apud quempiam, (qui aliquo nomine digni sint) inueni, quod de Verborum Collocatione, siue id magnum siue paruum fuerit. ad id quod ego proposui negotium, collatum sit, illi verò duo libelli à Chrysippo relictī, qui de Collocatione partium orationis, inscribuntur, non Rhetoricam sed Dialecticam considerationem habent: quod & illi sciunt, qui illius libros legunt. De compositione enunciationum, verarumque & falsarum, possibilium & impossibilium, * contingentium & * licitarum, migrantium, & ambiguarum, & aliarum huiusmodi, quæ nullum commodum, nullum usum ciuilib. sermonibus, nullamque voluptatem aut pulchritudinem elocutioni conferunt: ad quæ præcipuè collocatio collimare debet. ab hac igitur tractatione abstinui.

Deliberavi autem mecum ipse, si quem * naturalem * aliquod ab ductū inuenire: (quandoquidē is in omni negotio, & in ingenio sub qualibet quæstione videtur præstantissimus & principii sidium nanc esse) cumque attingissem nonnullas considerationes; putaremque; via quadam rem procedere: posteaquam animaduerti, me hoc cursu aliò deductū esse, non eò quò proposuerā, & necessariū erat venire, negotiū reliqui. Nihil tamen nos prohibet, quominus etiam illas considerationes attingamus causasque; proferamus, ob quas ab incepto destinamus: ne fortasse quispiam existimet, ignorantione potius, quàm de industria, nos hæc præterisse. Existimabam autem, maximè naturā ducē sequentibus ita oportere partes orationis coaptare, quemadmodū ipsa postulat. Nempe vt nomina ponantur ante verba: illa enim substantiā, hac accidens cōnotant. Prior autē est naturā substantiā, quæ accidens. quemadmodū se habent illa Homeri.

XVIII.

*Dic mihi musa virum versutum,
Iram Pelidæ Dea dic.
Sol verò ascendit pulcrā palude relicta,*

*Od. a. v. l.
Iliad. a. v. 6.
Odys. γ. v. 1.*

Et alia his similia; in quib. nomina præeunt, sequuntur verba. Quæ quidē ratio verisimilis, at non vera mihi visa est. Nam posset aliquis exempla ostendere, apud eundem Poëtā posita, contrariōque; modo quam hæc ordinata: non minus pulchra & verisimilia. Quæ ergo sunt hæc?

Od. d. 762.

Audi diue precor, nos ô Tritonia Pallas.

Iliad. β. 484.

Dicite nunc Musa cœlestia templa tenentes.

Iliad. α. 486.

Eslo memor patris, oro, tui, fortissime Achilles.

In his primum locum habent Verba, sequuntur Nomina: nemo tamen structuram tanquam iniucundam accusabit. Præterea censebam, melius esse prius verba quam Aduerbia ponere; quandoquidem natura prius id quod agit aut patitur, quam ea quæ in iis consistunt: dico autem modo, loco, tempore, & his similibus: quæ nos appellamus Aduerbia. Ad id verò, eiusmodi exemplis utebar.

α Il. χ. 483.

α Verberauit autem fortiter, illorum verò gemitus excitabatur indecens.

Od. χ. 308.

ϕ α. 183.

β Cecidit autem retro, animam verò efflauit.

β Il. x. 467.

γ Inclinatua verò alseram in partem, poculum autem ei excidit manu.

Odyss. χ. 17.

In omnibus enim his posterius posita sunt verbis aduerbia. Hoc quoque præceptum perinde verisimile est, vt prius: non tamen verum: quemadmodum & superius. Etenim hæc, eiusdem poetæ, contrariò modo illis sunt dicta.

XIX.

Iliad. β. v. 89.

Cateruatim autem volant sub floribus vernis.

Iliad. γ. v. 103.

Hodie virum lumenq; dolorosa Iuno Ostendit.

Deteriora ne sunt hæc poemata in quibus verba aduerbiis sunt posteriora? Præterea existimabam oportere non negligenter illud obseruandum, vt ea quæ ordine & tempore priora sunt, priora etiam ordine sumantur. Qualia sunt hæc.

Il. α. v. 459.

γ Rursus trahabant quidem primo, & iugularunt & excoriarunt.

Il. δ. v. 125.

δ Stridorem verò fecit, neruus verò sonuit, saluitq; sagitta.

Et:

Od. ζ. v. 115.

*ε Globum postea proiecit ad Amphipolum regem
Ab Amphipolo quidem [supple, aberrauit] profundus
autem incidit turbo.*

XX.

Profectò diceret aliquis, esse multa carmina non ea ratione constructa, nihilominus tamen pulchra esse.

Od. η. v. 425.

θ Percussit eleuans, in fissuram quercus quam reliquit seredo.

Prior

Prior autem est eleuatio, quam peroussio. Nec

non

Adfuit prope stans: securis autem abscidit nervos cor- *Odyss. y. v.*
niciis. 449.

Prius enim quodammodo conuenit eum qui cupit ecuri ceruices tauro incidere, propius assistere. Præferebam censebam, ut prius substantiua ponerentur, quam adiectiua: appellatiua prius, quam *substantiua: pronomen prius, quam appellatiua: In verbis etiam obseruabam, ut recti casus obliquis præirent, indicatiua infinitiuis, & cætera huius generis plurima. Omnia verò hæc, ipsa experientia exēssit, nulliusque ponderis esse declarauit. Nam quandoque ex talibus, & his similibus, iucunda & elegans collocatio conficitur, quandoque non ex talibus, sed ex contrariis. Eas ob causas ab his speculationibus destitit. Quoruſta nunc quoque mentionem feci, non tamen tanquam studio digna sint: rationesque dialecticas adhibui, non tanquam necessarias, sed ne quis existimans utile aliquid esse in iis, ad præsentem contemplationem, curam eorum magni faciat: deceptus, aut inscriptionibus, *operuti, similitudinem quandam habentium; aut auctoritate eorum qui ista composuerunt. *denominata. *librorum.

Reuertor itaque ad eam disputationem, à qua digressus sum: antiquis uidelicet tam Poëtis quam Historiis, tam Philosophis, quam Rhetoribus, magis curæ fuisse formam hanc dicendi, ut neque uerba uerbis, neque membra membris, neque periodo ostenterè inter se committi oportere existimarent: sed artem quandam & præcepta haberent, quorum beneficio bona compositione uerentur. Qualia autem hæc præcepta fuerint, quantum potero pro facultate solertiae meae in eiusmodi rebus inquirendis, docere conabor: non omnia proferens, sed quæ maxime sunt necessaria.

XXI.

I.
Doctrina de Collocatione tribus constare mihi uideatur. Primum aduertendum quid cum quo connexum pulchram & iucundam soleat sumere coniugationem. Deinde cognoscendum, eorum quæ secum conueniunt, quomodo unumquodque figuratum, præstantiorem

Natura Col-
locatio-
nis in tribus
reb. con-
sistit.

III. tiorē apparere faciat iuncturam. Terriò, ex iis quæ

**mutations.*

XXII.

sumpta sunt, qua opus habeant * transformatione, nempe ablatione, appositione, permutatione: tum dispiciendum quomodo & quam propriè ad vsum præsentem singula elaborentur. Quam autem vnumquodque eorum vim habeat, dicam manifestius, vsus similitudinibus vulgarium artificiorum, quæ omnib. nota sunt: hoc est architecturæ, & nauium fabricandarū scientiæ, & his similibus. Architectus itaq; cum materiam parauerit, ex qua domum ædificaturus est, lapides, ligna, tegulas, & id genus alia, dum ex his opus suum constituerit, tria hæc fatagit. Primò cum quali lapide, vel ligno, vel latere, qualem connectere lapidem, lignum, laterem oporteat: deinde quomodo vnumquodq; eorum conformatum, & in quo latere collocandum sit; terriò si aliquid non sit suo loco aptū, id abiicit, recidit, & congruū reddit. Nauium quoq; artifex hæc eadem facit. His, inquam, similia opus est ut faciant ii, qui cupiunt bene partes orationis collocare. Imprimis considerabunt, quale nomē aut verbū, aut alia orationis pars, cum quali coniuncta conuenienter ponitur: ita ut melius poni nō possit. non enim omnia omnibus adnexa æquè aures solent afficere. Deinde discernent quo modo conformatū nomen vel verbū, vel quidpiam aliud elegantius collocetur: vtrum numero singulari vel plurali accepta meliorem capient copulam? rectōne casu an obliquo prolata, ex masculinis fœminina facta, an ex fœmininis masculina, vel neutra melius secū congruant? & cætera his similia. Ex verbis etiam quænam potiora sunt, ut assumantur: vtrum recta an supina, tum per quas coniugationes prolata, quas nonnulli casus verborū vocant, optimam sedem capiant, & quales differentias temporum repræsentent, & cætera quæ solent verbis accedere. Hæc autem in aliis quoq; partibus orationis obseruanda erunt, ne de singulis dicere sit mihi necesse. Præterea quæ sumpta sunt, discernere, num quodpiam nomen vel verbum aliqua transformatione indigeat, quò aptius & conuenientius euadat. Cuius * elementi vsus in Poëtica luculentior est, in orationibus verò solutis parcius, idque tantisper, quantum illæ permittunt, vsurpatur. Qui enim dicit

XXIII.

** principii.*

dicat *Εἰς τὸν αἰῶνα*, Collocationis rationē habens, apponit pronomini literā : satis enim fuerat *Εἰς τὸν αἰῶνα*, dixisse. rursus qui scribit *Καλῶν Νεοπτελεμν ὑποκαρτίω*, appositione auxit nomen : namq; *Ἰδῶν* sufficiebat. Quiq; scribit *Μήτ' ἰδίαις ἐχθρας μηδεμίαις ἐνεκ' οἴκην*, élisionib. partes orationis commisit, quasdam verò literas attriuit. Et qui *ἐπιήσει*, pro *ἐπιήσει* dicit, sine *ν*, & qui *ἔγραψεν* pro *ἔγραψε*, & *ἀφαιρήσεται*, pro *ἀφαιρήσεται*, & omnia talia, & qui *χωροφιλήσεται* pro *φιλοχωρήσεται* dicit, & *λελύσει* pro *λυθήσεται*, & his similia : ille dictiones transformat, vt illas habeat ad coaptandum pulchriores & cōuenientiores. Hæc est vna cōsideratio Collocationis, quæ versatur circa primas partes atq; elementa orationis.

Altera est, vt initio dixi, quæ circa membra versatur : **XXIV.**

quæ quidem multò exactiore diligentia & maiore studio opus habet, de qua quid sentiam mox conabor dicere. Membra itaq; primum connectere inuicē ita oportet, vt cognata & quasi domestica appareant : deinde conformare quantū fieri potest optime : postremò sicubi opus sit adornare, auctione, diminutione, aut alio quopiam apparatu, si quem membra admittunt. Quæ singula experientia ipsa docet. Persæpè enim, hoc membrū illi præpositū aut postpositū, elegantiam quandā & grauitatem præ se fert : quod si aliā connexionē sumpserit, futile & ingratum apparet. Id verò quod dico manifestius erit, si quis in exemplo hoc idem intuitus fuerit. Est quædam *Thucyd. l. 3.* apud Thucydidem oratio in concione Platænsiū omnino elegantè constructa & plena affectus, hæc : *Ἰ μέεις τε, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἡ μὲν ἐλπίς, δέδραμ' ἡμεῖς βέβαιος ἦτε.* Age verò resoluat aliquis Collocationē hanc & membra permuetet hæc ratione. *Ἰ μέεις τε, ὦ Λακεδαιμόνιοι, δέδραμ' ἡμεῖς βέβαιος ἦτε, ἡ μὲν ἐλπίς.* Manēbitne eadem gratia & idem affectus, hoc modo membris dispositis ? nemo sanè id dixerit Quòd si hæc Demosthenis locutionem : *Τὸ λαβεῖν ἐν τοῖς διδραμῶν ὁμολογῶν ἐνομοῖ εἶναι, τὸ τῶν χαίρων δὲ ὄσον, πικροτόμως γράφει* immutaret aliquis & membra transponeret hunc in modū *Ὁμολογῶν ἐν ἐνομοῖ εἶναι τὸ λαβεῖν τὰ διδραμῶν, πικροτόμως γράφει τὸ τῶν χαίρων δὲ ὄσον.* Erūtne æquè contorta & contentioni forenti apud oratio ? M. namè verò, vt ego existimo.

XXV.

Atque in connexionibus membrorum consideratio est talis; in conformationibus autem cuiusmodi? Non est vnus modus efferendarum dictionum. Quasdam enim enunciantes eloquimur, quasdam interrogantes, quasdam precantes, nonnullas imperantes, plerasque dubitantes, plerasque supponentes: porro alias alio quoque modo transformamus: cui consequenter & locutionem conformare conamur. Multæ autem conformationes dictionum sunt, quemadmodum & sententiarum, vt breuiter comprehendi nulla ratione possint, fortassis etiam infinitæ, de illisque tum multus sermo. tum speculatio profunda fuerit. Nec verò idem potest idem efficere membrum, aliter atque aliter conformatum. Demonstrò id exemplo. Si hoc modo protulisset Demosthenes orationem hanc. Ταῦτα εἰπὼν ἔγραψα, γράψας δὲ ἐπέσβουσαι; περὶ ἐβούσας δὲ ἔπειτα Θεόαιμυς: non ita lepidè construeretur quemadmodum nunc construitur. Καὶ οὐκ εἶπον μὲν ταῦτα, οὐκ ἔγραψα δὲ. ἔδ' ἔγραψα μὲν, οὐκ ἐπέσβουσαι δὲ. ἔδ' ἐπέσβουσαι μὲν, οὐκ ἔπειτα ἰδὲ Θεόαιμυς. Longum fuerit, si omnia vellem genera conformationum, quas membra recipiunt recensere: sufficit introductionis gratiâ ista dixisse.

XXVI.

Verum enimverò quod membra quædam transfigurationes recipiunt, aliquando adiectionibus assumptis non necessariis sententiæ, aliquando ablationibus imperfectum reddentibus sensum: quas non aliam ob causam admittunt poëtæ & scriptotes, quam ob iucundiorum & elegantiorum iuncturam, non multis opus habere verbis existimo. Quis enim non agnoscat eam locutionem Demosthenis, adiectione abundare non necessaria, idque propter solam iuncturam? Οὐ γὰρ οἷς αὐτῶν ἐγὼ ληφθεῖναι, ταῦτα πρῶτον καὶ κελεύσει δαζέμεθ' ἔπος ἐμὲ πολυεὶ καὶ μήπω βάλῃ, καὶ τὸ ἐξέδῃ. quod breuius quam par erat, neque auditu iucundum, adiectione hac factum est venustius. Præterea Platoniam illam periodum, quâ in * Epitaphio vir ille vsus est, quis non dicet necessaria adiectione dictionis cumulatam esse? Ἐργων γὰρ ἀπείραχθέντων λόγων καλῶς ῥηθῆναι μνήμη ἐκείνου γίνεται τοῖς ἀσάξασσι παρὰ τὸ ἀκωνάντων. nullius necessitatis gratiâ id dicitur,

* i. Laudatione fune-
bri.

dicitur, sed potius ut membrum hoc ultimum, nempe πῶς πρῆξις αὐτῶν ἀξιοῦσι & consonum illis quæ prius dicta sunt hæret. Quid verò quod ab Æschine dicitur Ἐπι πάντων κελῖς, ἐπὶ τῶν νόμων κελῖς, ἐπὶ τῶν δημοκρατικῶν κελῖς hic trimembris locutio omnino dilaudata, nonne eandem formam habet? quod unico membro fortasse concludi posset, hoc modo, Ἐπὶ πάντων ἐ τῶν νόμων ἐ τῶν δημοκρατικῶν κελῖς, id in etia diducitur per eandem dictionem, non alicuius necessitatis gratiâ, sed ut iucundior iunctura efficeretur, frequenti repetitione: unde affectus etiam quidam in oratione inest. Adiectionis igitur quæ sit in membris ea est ratio: ablationis autem quæ? quando quod necessariò dici debet, molestia afficere & perturbare potest auditorem: id ablatum iucundioram dictionem reddit. qualia sunt in carminibus Sophoclis hæc.

Μῦθόν τι ἐ δίδρυθ', ἀφ' αἰσθημάτων,
 Πλείον φυλάσσει αὐτὸς, ἢ φυλάσσομαι.
 Oculis conpiceo, ἔν' ἴδῃ ἔν' ἔμῃ ἀρῆ
 Πλευρᾷ, εὐστοδίῳ ἴψῃ quam εὐστοδίῳ.

Hic enim secundus versus ex duobus constituitur: perfecta verò locutio sic effertur. Πλείον φυλάσσει αὐτὸς ἑαυτὸν, ἢ φυλάσσομαι ἔν' ἑτέρων, atqui metū violaretur, nec eam gratiam haberet, quam nunc habet. In oratione verò soluta hæc. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν πινὼν κρητῆρῶν ὡς πᾶσι ἀφαιρέσθαι τῶν ἀτελείων ἢ ἀδικῶν ἐστίν, ἰάσω. etiam hic duorum membrorum alterum imminutum est perfecta autem oratio esset, si hac ratione profertetur. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν πινὼν κρητῆρῶν ὡς ὅσα ἐπιτηδείων ἔχον τῶν ἀτελείων, πᾶσι ἀφαιρέσθαι ἢ τῶν ἀδικῶν ἐστίν, ἰάσω. Atqui visum est Demostheni maiorem rationem habere membrorum, ut apta, quam ut perfecta essent.

Hæc de Periodis dicta sunt: quas & cum præcedunt & cum consequuntur a commodatè aptare necesse est: si oratio per periodos effertenda erit. Non enim ubique periodica oratio utilis: atque adeò ista spectatio propria est artis Collocatorix, quando & quantum utendum sit periodis, quando verò non.

His sic definitis dicendum est, quæ sunt ea, ad quæ XXV III.

L II. Inmensi laboris res esset, si omnium vellem exemplæ proferre; præsertim si quis hoc in loco ea reposceret, sed contentus his quæ dicta sunt ad reliqua transibo. Dico autem eum, qui vult efficere orationem pulchram, in Collocatione vocum, eiusmodi nomina in vnum coniungere debere, quæ elegantiam, magnificentiam, & venerationem præ se ferunt. De quibus pleraque à Theophrasto Philosopho dicta sunt communiter, in libello *De Orations*; ubi definit: quædam namina natura pulchra: exempli causâ, quilibet coniunctis pulchram existimat & magnificentiam parari locutionem: quædam parua & humilis;

ex quibus neq; pœta bonum posse fieri asserit, neq; orationem. Et sanè non * ad scopum hæc ab eo dicta sunt. Si * non abs re. enim concedatur omnes partes orationis, quibus res demonstrari solent, sonoras & venustas reperiri posse, stultitiæ fuerit quærere deteriores: si verò impossibile est, quemadmodum in multis apparet, compositione, commistione, tentandum erit naturam deteriorum occultare. Quod Homerus solet facere. Si enim quis aliquem pœtarum aut oratorum interrogaret: quamnam dignitatem aut pulchritudinem vocabula habeant illa, quibus ciuitates Bœotiz notantur? *Hyria, Mycalesson, Græca, Ekebonus, Scylus, Thysbe, Onehestus, Eustrasis,* & alia quæ ordine pœta memorat? certè nullus vllam demonstrare possit: verum ita pulchrè illa pœta contexit, & concinnauit, & additamentis sonoris circumduxit, vt ipsa quoque ampla & magnifica appareant.

LIII.

Βοιωτῶν μὲν Πλευκίως κὲ Λιτίῳ ἦρχον,
 Ἀρκεσίλαος τε, Προθοῖνός τε, Κλονίδης τε
 Οἳδ' Ἰεῖλῳ εὐίμοντο κὲ Αὐλίδῳ πιτσίσιον,
 Σχαιῖόν τε, Σκελῶν τε, πολύκημῶν τ' Ἐπεινόν,
 Θιασσίῳ, Γραϊῶν τε κὲ δὲρύχρον Μυκαλησσόν.
 Οἳτ' ἀμφ' Ἀριῶν εὐίμοντο, κὲ Εἰλείσιον, κὲ Ἐρωθράς.
 Οἳτ' Ἐλεῶν εἶχον, ἠδὲ Ἰλῶν ἔπεπῶνα,
 Ὡ κελίῳ, Μεδεῶνά τ' εὐκκίμῳ πῶλιθρον.

21. β'. 494.

Quinq; duces Troia Bœotia misit ad oras.
 Penelson, Prothoenora, Leiton, Archesilaum,
 Et Clonium, populos habet hos Bœotia tellus,
 Quisq; colunt Hyrien, petrosamq; Aulida pascunt,
 Et Schoenon, Scolonq; & Origanis Eteontum
 Insignem foliis, Thespiam, Graam, & urbem.
 Latuagam Mycalisson, & antiquum Harma colentes,
 Quisq; apud Il. sium, & veteras pascuntur Erythras,
 Quisq; Eleona habitant, quisq; Hylen, qui Petrona,
 Qui Copas, & qui muris Medeona superbam.

Cum autem in genere dicam, pluribus exemplis vt non necesse esse existimo. Tota illa enumeratio verborum est eiusmodi: nec non plura alia, in quibus coactus verba assumere minithè pulchra ex natura: ea tamen aliis

C

pulchris exornat, illorumq; turpitudinem, horum venustate diluit. Sed de his quidem hæcenus.

LIV. Quoniam verò in ampla & magnifica Collocatione, dixi numeros non paruum momentum habere : ne aliquis existimet me rythmos & mensuras speculationis musicæ proprias in locutionem non rythmicam, neque metricam introducere; huius rei rationem reddam. Sic autem se res habet. Omne nomen & verbum & quævis alia pars orationis, quæ non est monosyllaba, rythmo seu pede aliquo profertur. Idem autem appello pedem & rythmum. Dissyllabæ itaque dictionis sunt differentię tres. Aut enim constat vtrisque syllabis breuibus, aut vtrisque longis, aut altera longa, altera breui. Terni autem pedis duplex est modus, aut enim incipit à breui, & desinit in longam, aut incipit à longa, & desinit in breuem. Primus itaq; pes ex duabus syllabis breuibus constans vocatur Pyrrichius, neq; est magnificus, neque grauis. Forma ipsius sit hæc.

Δίχα ἢ σὺ κ' ἑ πόδα ἑόλυθε μέλα.

Dis ve: ò tu, per pedes nuper resoluta membra.

Qui ambas syllabas longas habet vocatur spondæus, dignitatem autem habet magnam, & grauitatem plurimam. Exemplum illius hoc esto.

Ποίαν δὴς ὄρμησιν, ταύταν ἢ κείναν, κείναν ἢ ταύταν;

Qualis iamq; commouebo, hanc an illam, illamne an hanc?

Qui longa & breui componitur, si à principio acciperit breuem, iambus vocatur, estque non ingenerosus: si verò à longa inceperit, Trochæus: estque illo mollior nec ita generosus. Prioris exemplum est tale.

Ἐπει χολη πάρεσι, παῖ Μενεσίε.

Quandoquidem otium est filii Menesi.

Alterius autem.

Θυμέ, ἦ ἢ ἀρετῆνοισι κήδεσι κυκώμενε.

Anime, anime immensis curis consumpta.

Pedes trisyllabi.

L V.

Dissyllabarum partium orationis differentię & numeri & figuræ tot sunt.

Trisyllabæ autem dictiones, maiorem, magisque variam, quam illæ de quibus diximus habent speculationem.

hērū. Pes enim ille, qui omnibus breuib; constat, à quibusdam vocatus Chorcus, dicitur Tribrachys. Cuius exemplum hoc est.

Βρόμις, ἀροῦσφορε, στυάλις, πολυμεπέλαδι.
Bromis hastiger; bullicose; tumultuose.

Humilis est, vilis, ignobilis, nihilque ex eo generosum fit. Qui verò constat ex omnibus longis, Molossium illud Metrici appellant: sublimis & cum dignitate est, & plerumq; transcendens. Exemplum illius.

Ὡ Ζηνός & Αἴδας κροῖσι σωτήρης.
O Ionis & Leda optimi servatores.

Qui longa & duabus breuib; constat, si mediam habuerit longam, extremas breues, Amphibrachys dicitur: non admodum elegantes numeros habet, sed elumbis est & muliebri ac ignobile quiddam in se continet. Qualia sunt hæc.

Ἰακχα διθύραμβε, σὺ πάνδε χοροῦ.
Bacche Dithyrambe, tu eorum chori ductor.

Qui à principio capit duas breues, Anapestus vocatur, multam habet grauitatem, & vbi magnitudo rebus adhibenda erit aut affectus, assumitur. Huius exemplum tale:

Βαρύ μιν κεφαλῆς ἐπιπρονον ἔχθ.
Gratem in capite galeam habet.

Qui à longa incipit, & in breues definit Dactylus appellatur: omnino est grauis, & ad pulchritudinis harmoniam aptissimus, heroicumq; illo exornatur potissimum. Exemplum illius hoc.

Ἰλιόθεν με φέρων αὐέμ & Κικόνισσι πέλασιν.
Merapuis ventus, Ciconumq; ad istora vexit.

Odys. l. 39.
 LVI.

Verificatores huius pedis, longam breuiorem esse dicunt * perfecta: cum verò quanto id fiat nesciant, pedem † irrationalem esse aiunt. Alium porro pedem huic quasi ex altera parte respondentem, qui à breuib; incipiens in eandem irrationalem definit, hunc ab Anapesto separant, Circulumque appellant, adferuntq; illius exemplum hoc.

* parte extrema:
 † εἰς αὐτὸν.

Κέχυται πόλις ὑψίπυλῳ κτ' γαῶ.

Cecidit urbs alterarum portarum in terram.

Sed de his alius erit locus dicendi, nisi quod utriusque istius, ex numero pulcherrimorum pedum sunt. Vnum adhuc restat trisyllaborum pedum genus, quod constat ex duabus longis & vna breui. Tres autem habet formas. Cum enim media est brevis, extremæ autem longæ, Creticus appellatur pes, estque non ingenerosus. Exemplum illius hoc.

Οἱ δ' ἐπείρουσ' ἑλοταῖς ἀπήνησι χαλκεμβόλοισιν.

Illi veiò τεgebant παιγδαλίβις ἰαφίσι ἀεὶ ὀρναῖσι.

Cum verò principium duæ longæ occupant, finem brevis: qualia illa sunt.

Σὶ φοῖβι Μέσση τε, συμβόλῳ.

Tecum Phœbe & Musa conuenimus.

Talis forma omninò virilis est, & ad grauitatis rationem conueniens. Idem eueniet cum brevis ante longas ponitur: hic quoque pes dignitatem plurimam & amplitudinem habet. Exemplum illius hoc.

Τὴν ἀκτῆν, τὴν ἕλαν δρᾶμας ποῖ πορδῆς.

In quatuor terram aut syluam engram, quò ibo?

Verificatores huic utriusque pedi nomina imponunt, illum quidem Bacchium, hunc autem Hypobachium appellant.

Hi sunt rythmi seu pedes duodecim priores, qui mensurant omnem orationem, tam ligatam quam solutam, ex quibusque fiunt carmina & membra: alii enim rythmi & pedes omnes ex his componuntur. Simplex autem rythmus aut pes, neque minor est duabus syllabis, neque maior tribus. Et de his quidem nescio quid amplius dicendum sit. Quorum autem gratia ista præfari aggressus sum, (non enim frustra attingendam mihi proposui speculationem pedum & carminum, sed necessitatis causa) ea sunt. Quandoquidem propter generosos, graues atque amplos pedes, etiam compositio plena maiestatis, firma & magnifica sit; propter ignobiles & abiectos, exilis & contempta: siue per se illi sumantur, siue connexionibus inuicem commisti. Si igitur facultas erit ex omnibus optimis pedibus componere orationem,

fiet

LVII.

fiet id sanè iuxta votum : at si necesse fuerit commiscere melioribus deteriores, quod plerumque fit (rebus enim prout contigerunt nomina adesse solent) profectò necesse est ea artificiosè disponere, & quasi * suffurari, gratià compositionis, necessitatem: secus multam † inopiam habituri. Neque enim quispiam pes execipitur ex soluta oratione, quemadmodum nec ex ligata.

* togere venustate tompos. necess. † licentiam.

Eorum quæ dixi testimonia adferre reliquum est, vt oratio mea fidem habeat. Pauca autem ea pro multis erunt. Age igitur, quis non censuerit summa dignitate & amplitudine Thucydidis illam orationem in Epitaphio constare ? Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκέντων, ἐπιταφίᾳ τῶν περὶ τὸ νόμον τὸ λόγον τὸνδε, οἷς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ περὶ μέλοις ἀγροῦσι δὲ αὐτόν. Solent plerique qui ex hoc loco dicunt eum laudare qui legem laudat orationem hanc haberi iussit : quoniam ea magna cum laude ad eorum sepulcra, qui in prælio ceciderunt pronuntiantur.

LVIII. lib. II. belli Peloponnes.

Quid est quod magnificam hanc Collocationem facit? nempe quod ex eiusmodi pedibus composita sunt membra. Prioris enim membri tres præcedentes pedes spondæi sunt, quartus Anapæstus, quintus rursus spondæus: deinde Creticus, omnes pleni dignitatis. Ac primum quidem membrum eam ob causam est grave; aliud verò quod sequitur ἐπιταφίᾳ τῶν περὶ τὸ νόμον τὸ λόγον τὸνδε, Quia duos priores pedes habet Hypobachios, Creticum tertium; postea rursus hypobachios duos, & syllabam; qua membrum terminatur. Vt non immerito grave sit, vnumquodque ex iis quæ ex generosissimis & pulcherrimis pedibus componuntur. Membrum autem tertium, οἷς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ περὶ μέλοις ἀγροῦσι δὲ αὐτόν, incipit à pede Cretico, deinde sumit Anapæstum: tertium spondæum, quartum anapæstum, deinde ordine duos dactylos, & duos ad extremum spondæos, postea terminum. generosum & id propter pedes est. Thucydidis Plurima autem sunt apud Thucydidem eiusmodi, paucaque inveniuntur quæ sese sic non habeant, adeo, vt singulari merito sublimis & elegans, & generosus esse videatur, Tractatus Dionys.

LIX.
Decius sty-
lo Dionysius
Halic. ad
Pompeium
Epist.

Platonicam autem locutionem quam ob rem aliam adeo ornatam, summaque cum gravitate & venustate esse coniunctam dixerit aliquis? nonne quod ex pulcherrimis & dignissimis pedibus componatur? Est verò excellentissimum & celebratissimum illud quo utitur in principio Epitaphii. Ἐργα μὲν ἡμῖν οἰδ' ἔχουσι τὰ σοφιστικὰ σφισιν αὐτοῖς ὡν τυχεῖτες, πορδαῖοντα τὴν εἰμαρρῆβην πορείαν. Reipsa iusta his apud nos facta sunt, qua iam affectu iser fatale peragunt.

In his duo sunt, quæ implent periodum, membra; pedes autem qui ea comprehendunt isti, Bachius primus: non enim existimo ego iambo membrum hoc dimensum esse: ea ratione ductus, quod non festinantia aut velocia, sed diducta & tarda rebus miserabilibus decuit addere tempora. Eum sequitur spondæus, deinceps dactylus, diuisa contractione, atque ex hinc rursus spondæus, aut potius Creticus: vel anapæstus: postea, ut ego existimo, spondæus. Vltimus autem hypobachius, aut si quis volet, anapæstus: deniq; terminus. Ex his numeris nullus humilis, nullus igoobilis est. Alterius autem membri ὡν τυχεῖτες πορδαῖοντα τὴν εἰμαρρῆβην πορείαν, Duo primi pedes sunt Cretici spondæi deinde duo, quos deinde sequitur Creticus, postea vltimus hypobachius. Necessè est itaque orationem quæ ex omnibus elegantibus pedibus componitur, esse etiam elegantem. Infinita huiusmodi apud Platonem sunt: fuit enim ille vir in apta modulatione, & pedum collocatione planè diuinus: utinam verò itidem excellens esset in verbis seligendis, quemadmodum in componendis planè eximius fuit. Et sanè vicerit Demosthenem, * aut ambiguum reliquerit in dicendi pulchritudine: veruntamen in † eligendis verbis sunt quædam in quibus errat; maximè verò vbi sublimem & abundantem & artificiosam locutionem consequi cupit: de quibus * alio in loco à me demonstrabitur: splendidius autem collocat verba, & reuera eleganter, nec est quicquam quod in hac parte reprehendi à quoquam possit.

* *Homeri*
imitatio
Iliad. ψ. v.
382. & 572.
 † *verborum*
delectu.

* *Epist. ad*
Cn. Pomp.
 L X.

Vnius adhuc addam locutionem, cui gravitatis pal-

mam

mam in orationibus tribuo. * Metà enim quædam ** Familiam ducit,*
 est, tam electionis dictionum, quam pulchritudinis ia collocando Demosthenes, in oratione *de Corona*. Tria sunt membra quæ primâ periodum impleat, pedes verò qui illa meriuntur sunt hi: Πράτον μὲν, ὡς αἰθρες Ἀθλωαῖοι, τοῖς θεοῖς δῶκεμα πᾶσι τὸ πῖσαις. Inchoat hoc membrū pes bachius, post sequitur spondæus tum ordine cretici tres: spondæus autem vltimus est. Secundi autem membri huius. Ὅστιν δὲ νοῖαν ἔχον ἐγὼ ἀγρελά τῆ τε πόλει & πᾶσι ὑμῖν, primus quidem est pes hypobachius, deinde bachius, aut si quis velit dactylus, postea Creticus, deinde duo pedes compositi, qui appellantur Pæones, quos consequitur molossus, aut Bachius, (licet enim vtrumlibet eorum eligere,) vltimus autem est spondæus. Tertii autem huius membri, Τοσάπτω ὑπαρξαι μὲν παρ ὑμῶν εἰς τῆσσι τ' ἀγῶνα, primum locum obtinent hypobachii duo, postea Creticus, cui annectitur spondæus, deinde rursus bachius, aut Creticus, vltimus rursus Creticus, tandem terminus. Quid itaque prohibent elegantem harmoniam esse orationis, in qua neque pyrrichius est pes, nec iam- bus, neque amphibrachys, neque aliquis ex choreis, aut trochæis? Neque verò id dico, quod nullus eorum virorum vnquam vtratur ignobilioribus pedibus: vtuntur quidem, sed affabrè deteriores melioribus excipiunt & attexunt, sicque eorum vitium occultant.

Qui verò ad eam partem curam non adhibuerunt: **L X F,**
 eorum quidam humilia, & infracta, quidam aliam quampiam turpitudinem & deformitatem habentia scripta in lucem protulere. Quorum primus & vltimus & medius est, Magnesium ille Sophista *Megestias*, de quo per Iouem & alios omnes Deos, quid dicendum sit, nescio. Vtrum enim tanta stupiditas & crassitudo in eo fuerit, vt non perspexerit qui sint generosi & nobiles pedes: an verò tanta Deorum ira & corruptio mentis, vt cum nosset pedes meliores, tamē ** seligeret deteriores? Quod * praefertur.*
 quidem ego magis existimo. ignorantix enim est,

corrigi frequenter: Prouidentia nunquam. In scriptis autem his, quæ ille reliquit, nullus vnquam vnquam paginam inuenerit, dextrè compositam. * Par est autem ea quæ scribuntur, & cum cura perficiuntur, meliora esse illis, in quæ, licet prudens quilibet vir, extemporaneo sermone, ob necessitatem incidens, pudoris cuitandi causa expromit. Ponam autem ipsius orationem ex historia, ut appareat ex collatione, quantam dignitatem generosum illud in pedibus habeat: quantam verò ignominiam ignobile. Quam autem rem affumit Sophista? Eam. † Alexander oppugnans Gazam, locum in Syria munitionissimum, cum in oppugnatione vulnus accepisset, munitionem vix longo tempore cepit, præ ira uniuersos superstites interfecit, Macedonibus mandato dato, ut quemuis obuium occiderent: Ducemque captum, virum prima dignitatis & fortuna, & forma eximium iussit viuum curui armato alligari, & equis vehementer incisati in omnium conspectu discerpi. Enimuerò hoc loco nihil ad concitandum aff. Cum aptius, nihil aspectu horribilius, quispiam habuerit. Quomodo igitur exposuerit Sophista, dignum inspectu est. num grauitè & magnificè, an humiliter & ridiculè?

* Eiusdem
Hegesias in-
opium ac fri-
gidum dictū
refert in A-
lexandro
Plutarchus,
Zonaras, &
Cicero, se-
cundo de
Nat. Deorū,
& i. de Di-
uinat. ideo
Diana E-
phesia ab
Eleostrato
templum
fuisse incen-
sum quod eo
die nato A-
lexandro
Diana in
pariu Olym-
piadis occu-
rata abisset,
& succurre-
re non po-
tuerit, quod
adeo frigidū
visum dictū
est, ut incen-
dium illud
extinguere
de Pet. Vi-
florium lib.

Ὁ ἰ βασιλεὺς ἔχων τὸ συνέταγμα προηγεῖτο, καί πως ἐβε-
βήλαυε τὴν πολέμιον τοῖς ἀρίστοις ἀπαλαῖαν εἰσιών. τὸ τὸ γδ
ἔγνωτο, κρατήσουσι ἐνός, σωκευθάλαψ, κὴ τὸ πλῆθος. ἢ μὲν ἔν
ἐλπίς αὐτῆ συνιδραμῶν εἰς τὸ πλεῖον, ὡς τε Ἀλέξανδρον μη-
ρηναῖα συστραφθεῖς, ἔδοξε τῷ Ἀλεξάνδρῳ τὴν ἰκεταίας ἐνεκα
πρῶτα. πρῶτον δὲ ἐγὺς μικρὸν ἐκείνῳ τὸ ξίφος ἐνίγ-
καίῃ. ἰπὸ τῶν πλεονύχια ἔθρονα, ὡς τε ἡνιόχ, κὴ πλε-
πληγῶν ἐκαελεῖται τῶν ἀλλὰ ὅς μὲν αὐτὸς ἀπώλεσε, κὴ κε-
φαλῆς τύπλωσθαι μοχλαίρα. τὸς δὲ ἄλλους ὀργῆ πρὸς φάλαξ ἐ-
πίμπερα. ἔτι γδ ἐκάστῳ τὴν ἑλεον ἐξέστησεν ἢ τὴν τολμήσασθαι
δύονα, τὴν μὲν ἰδόντων, τὴν δὲ ἀκουσόντων ὡς τε ἐξακίς χλίβες
ἰπὸ τῶν σάλπιγξα ἐκείνων τὴν βαρβάρων κατακοπήσασθαι. τὴν
μὲν τοῖς βασιλεία αὐτὸν ἀνήγαγον ζῶντα Λεωνάτῳ κὴ φι-
λαῖσιν.

Idid.

33. variar. lect. cap. 20. & Turnebum lib. 27. cap. 4.

† Confer cum Q. Curtio lib. 4. de gestis Alexandri.

Ἰδὼν ἃ πολύσερκον, καὶ μέλαινα, ὡς ἐδελυραίπετον· μέλαινα ἦδ' ἰὼν ἐν τῷ λαῷ· μισησας ἐφ' οἷς ἐβουλεύθη, καὶ ἐδίδου, ἐκέλευσε ἄλλ' ἢ ποδῶν χαλκῶν ψαλλίον διαίρατος ἔλκεν κύκλω γυμνόν. πλάσμευθ' ἢ κρηγίς περὶ πολλὰς τεραχύτης ἔκρηξεν. αὐτὸ δ' ἰὼν ὁ λέγων, τὸ σινάρον αὐθρόσας. ἐπίτεινε μὲν ἦδ' ὁ πόντος, βάβαρον δ' ἔβρα διαπότην, ἐκετ' ἄων γαλαῶν ἢ ὁ σολοικισμὸς ἐποίησεν. τὸ ἢ γάρ ἐν τῷ κῶτ' ἢ γαστρί, ἠμφαινε Βαβυλωνίων ζῶον ἔπερον ἀθρόν· ὁ μὲν ἔν' ὄχλῳ ἐπέπυξε, φρακτικῶν ὕδατων ὑβρίζων εἰδελυραίπετον καὶ τὰ πρὸς φασκιδόν ἐχθρόν.

At rex agmen habens praeducebat, et ut constituerat, primoribus hostium occurrere, ibat: hoc enim arbitrabatur, superato uno, reliquas tuare simul multitudinem. Cui rei audenda, et spes ipsa praesid adfuit: ad id, ut nunquam prius tantoperè Alexander sit periclitatus. Vanus enim hostium, genibus aduolutus, videbatur Alexandro supplex esse: sed quum propius tanquam transfuga admissus esset, parum absuit, quin declinatione corporis gladium illius evitauerit, quem sub alas thoracis barbarus intulerat. Itaque vulnus quidem fecit, sed non lethale, propterea quod rex ipsum gladio secundum caput percussum, occidit; in quo aliorum ira recens, exarsit. qua ad id (propter dementem audaciam hominis) singulorum misericordiam, partim facinus vidensium partim audientium ademit; ut ad unum tuba sonitum, sex millia barbarorum interfectorum ceciderint. Ipsum autem regem vivum adduxerunt Leonatus et Phibotas.

Quem quum viderent obesum et vastum, fadissimumque: atrii enim fuit coloris, praeter id quod meruerat, ipsa etiam specie exosum, iussit ferreo unco per pedes traiectum, nudum in circulo trahi. Quibus malus ille pressus, et multum exasperatus, vociferabatur. idque dico fuit, quod homines congregavit: inualefcebat enim dolor, barbarè autem clamabat dominum, et supplex fuit: Unde risum solacismus illius faciebat: abdomen autem et ventris profundum ostendebat, aliquod Babylonicum animal saginatum. Murtisudo igitur irridebat, et conuiciis militaribus afficiebat, turpem et moribus rudem hostem.

Schol. Geminus huius locus allatus est à Simone Bircouio

ex Hegesippi lib. 5. Excidij urbis Hierosolymæ, cap. 23. maeris
 nimirum verba filium deplorantis, quem interfectum opinabatur
Virgiliis quoq; locus insignis versibus, amplius 16, è lib. 9.
Aeneidos hoc principio:

Interem pauidam volitans pennata per urbem, &c.

LXIII.

Nunquid similia sunt hæc illis Homericis, ubi Achilles opprobrio afficit Hectorem mortuum? & quidem affectus est illo minor; nam contumelia est in corpus ex-animatum. Nihilominus æquum est videre, quantum differat Poëta à Sophista.

Iliad. χ'. 395.

Ἡρα καὶ Ἐκτόρα Διὸν αἰεκία μῆδ' ἔργα.
 Ἀμφότεροι μὲν ποδῶν τέτρως τινούσιν,
 Ἐς σφυρὸν ἐν πλῆρης, βοῆς δ' ἐξήπτεν ἰμαίνουσα·
 Ἐκ δίφροιο δ' ἔδ'ησε, κέρη δ' ἔλκισσ' ἔασεν,
 Ἐς δ' ἴφρον δ' ἀναβάς, ἀνά τε κλυτὰ τεύχε' ἀείραται
 Μάστιξιν δ' ἰλαίω· πῶ δ' ὅσα αἰχροντε πτερόδ'ω.
 Τῆ δ' ἰὼ ἔλκρομοιο κρηίσταλθ' ἀμφὶ ἢ χαῖται
 Κυαύται πύπλωνθ', κέρη δ' ἄσαν ἐν κρηίσι
 Κεῖτο παρ' ἄχαιῶν τότε ἢ Ζῴης δευρομέεσσι
 Δάκνειν αἰεκίως αἰετὴ ἐν πατρίδι γαίῃ.
 Ὡς ἔμ' ἰδὼ κηρόνθ' κέρη ἄσαν. ἢ ἢ θυμήτηρ,
 Τίθις κέρη, δ' ἰδὼ δ' λιπαρῶν ἔρριψι κελύπτειν
 Τηλόσε, κέρησεν ἢ μάλα μάλα πῶ δ' ἔσιδ' ὄσα·
 Ὡμωξεν δ' ἰλαίω πατὴρ φίλθ', ἀμφὶ ἢ λαοὶ
 Κωκυτῶ τ' εἶχονθ' ἐοίμωνθ' ἔσ' ἄστυ
 Τῶ δ' ἢ μάλα ἄρ' ἔλω ἐναλίσιον, ὡς οἱ ἄπασα.
 Ἴλιθ' ἔφρουόεσσα πυρὸς μύχαιθ' κέρ' ἀκρης,

*Dixit, & indignum facinus molitur, utrosq;
 Traiecit ferro salos, & vulnera loris
 Connectens bubulu, ad postremum alligat axem,
 Pulverem cervice solum vertente supina.
 Tum super assiliens, currum fulgantibus armis
 Conspicuas, compellit equos, quibus ire coactis,
 Haud tamen inuitis; pulcerrima pulvere foedo
 Casarius trahitur capitibus decore omni honesti
 Sordibus eluitur terra. Sic Iuppiter ipsis
 Hostibus indulset, postquam miserabile nati
 Conspexit corpus genetrice à turribus altis,
 Infelix evulsa comas, exuta decoros*

Corporis

*Corporis ornatus, & scemineo ululatu
Proxima peruolitat late loca, quæstibus implens
Omnia, nec fixam posuisti adhibere dolori.
Parte alia pater & cives circum undiq; stantes,
Flare, dolere, queri lamentis rumpere uocem,
Non secus infesto quam si ardeat Ilion igni.*

Hoc modo grauitate & genere decet affectus efferre, viros qui prudentiam & mentem habent. quo autem pacto Magnes dixit: à mulierculis & quibusuis ignauis hominibus dici posset: idque non serio sed per iocum & ludibrium. Quæ autem caussa in istis carminibus generositatem, in illa uero oratione uanitatem & humilitatem faciat: pedumne differentia potissimum; an non ea sola? In istis enim nullum carmen sine grauitate, sine honore: in illis nulla periodus est, quæ non lædat. Satis sit dictum de pedibus, quantam vim habeant; ad ea quæ restant transibo.

LXIV.

Erat autem mihi tertia consideratio inter ea quæ pulchram harmoniam faciunt, De mutatione: dico autem non ex melioribus in deteriora, id enim esset stultum omnino; neque etiam ex deterioribus in meliora: sed de variatione eorum, quæ similis formæ sunt: satietatem enim habent pulchra omnia, quemadmodum & iucunda, cum permanent in similitudine; cum autem variantur mutationibus, plerumque fit ut semper recentia appareant. His itaque qui carmina & melea scribunt, non omnia licet permutare, nec in omnibus, nec quantum uolunt: neque enim licet Heroici carminis scriptoribus carmen permutare aut pedem: uerum uersus omnes Hexametros esse necesse est, & pedibus qui à longis syllabis incipiunt, ut debent, neque his omnibus. * Hi autem qui melea scribunt, stropharum & antistropharum melos non possunt immutare, sed quamuis melodias harmonicas, quamuis coloratas, quamuis diatonicas ponant: in omnibus tamen strophis & antistrophis eisdem ductus seruare oportet: neque tantum pedes illos, qui totas continent strophas & antistrophas, sed opus etiam eisdem ipsos permanere.

LXV.
*Mutatio in
collocatione
pulchra.*

* *Lyrice,*

* *Incisa.*

LXVI.

† *Lyrice.*

* *At vero*
Stesichorus,
& Pinda-
rus, &c.

In Epodis autem utraque hæc mouere licet; tum melos, tum numerum: * membra etiam ex quibus quælibet circuitio constat, liberrimè concessum est variare, nunc his, nunc illis magnitudinibus atque figuris illis appositis: usque dum perfectam constituant stropham: deinde rursus eadem menturæ, sunt conficiendæ. Et quidem veteres † Melopæi, dico autem Alcæum & Sappho, paruas strophas fecerunt, ut in paucis membris, non multas etiam inducerent mutationes: epodis etiam paucis vsi sunt. * Qui verò temporibus Stesichori & Pindari fuerunt, cum maiores facerent periodos, in plurima carmina & membra, eas diducebant: nullam aliam ob causam, quam studio permutationis. Porro Dithyrambici & modos ipsos, permutabant Dorios & Phrygios & Lydios in cantu facientes, Melodiasque ipsas immutabant: nunc enim eas enharmonicas faciebant, nunc verò chromaticas, aliquando etiam diatonicas; pedibus verò libertate, multa vsi eas efferebant. Qui verò temporibus Philoxeni & Timothei, & Thelestis vixerunt, ab iis iam veteribus constitutus & ordinatus Dithyrambus fuit. Soluta verò oratio, omnem libertatem & potestatem habet variandi mutationibus compositionem: utenque voluerit. Estque locutio hæc optima omnium: præsertim si habeat multas intermissiones & permutationes harmoniæ: nempe, cum modò periodo effertur, modò extra periodum: & periodus quædam ex pluribus membris componatur, altera ex paucioribus: ipsa quoque membra, quædam breuiora, quædam longiora fuerint, tum ex longioribus quædam celeriora, quædam tardiora, quædam exactiora. Numeri etiam diuersi, & figuræ omnimodæ, & extensiones vocis, quæ accentus vocantur variæ, quæ omnia variatione satietatem suffurantur. Habet autem gratiam quandam compositio in iis quæ ita componuntur, ut composita esse non videantur: ita fit, ne ars manifestè appareat. Existimo verò non esse necessarium, prolixiorem sermonem eo in negotio facere: iucundissimam enim & pulcherrimam in oratione esse Mutationem, omnes nosse intelligo. Exemplum autem eius facio totam locutionem Herodoti, totam Platonis,

totam

LXVII.

totam Demosthenis. Difficile enim est reperire alios, qui aut epifodiis inductionibusve pluribus, aut variationibus affluentioribus, aut figuris multiformioribus, vsu fuerint: dico autem hunc in historię figuratiōe, alterum in dialogorum suauitate, tertium in forensium orationum vsu. Atqui Isocratis, & qui eum sequuti sunt secta non est similis, sed quamuis iucundè & magnificè multa componant, in mutationibus tamen & variationibus non admodum felices sunt: estque apud illos vnicus periodorum circulus, vniformis figurarum structura, compositio vocalium similis, aliaque multa quæ aures feriunt. Qua in parte, non approbo sectam illam, fortassis sanè multæ apud Isocratem gratiæ efflorescunt, quæ eam turpitudinem occultant: apud eos verò qui eum secuti sunt, propter quædam multò pauciora bona dicta, vitium hoc manifestum est.

Restat adhuc, vt dicam de Decoro. Omnibus enim formis opus est, vt adsit Decorum, & si quod opus hac in parte errauerit, si non in omnibus, certè in præstantissima te errauerit. De vniuersa autem specie hac, non præsentis temporis est considerare. Profunda enim hæc, & quæ copiosa oratione egeat speculatio. Quantum verò ad hanc partè, de qua nunc sermonem facio, pertinet, etsi non omnia neque plurima, ea tamen, quæ locus hic requirit, conabor dicere. Cum apud omnes in confesso sit Decorum id esse, quod rebus & personis subiectis conuenit: idcirco veluti in delectu verborum obseruatur, vt quædam sit subiecto conueniens, quædam inconueniens: itidem in conseruatione obseruandum erit. Loco autem exempli, accipienda est ipsa veritas. Quod dico eiusmodi est. Non eadem collocatione vtimur, cum irascimur, & cum lætamur, neque cum lamentamur, aut timemus: neque cum in aliquo alio affectu, aut malo versamur: veluti dum cupimus, nihilque nos aut perturbat, aut contristat. Siue demonstrationis, siue exempli gratia, hæc dicta sunt pro multis: quandoquidem infinita sunt, quæ materiam præberent dicendi, quisquis omnes species Decori vellet percensere. Vnum verò facillimum &

LXVIII.
*Decorum in
Collocatione
pulchra.*

LXIX.

huiusmodi. Hæmines iidem in eadem animi constituti-
tione positi ; cum nunciant negotia, quibus eos adesse
contigerit, non simili utuntur collocatione in omnibus:
quin res ipsas, quas nunciant imitantur, nullamque pe-
nitentiam habent collocationis verborum, sed natu-
ræ ductu duntaxat aguntur. Hoc idè obseruare opus est,
bonum Poëtam & Oratorem, ut imitetur ea negotia,
quæ oratione explicare vult : idque faciat non tantum
verborum delectu, verum etiam collocatione. Quod fa-
cere consuevit diuinissimus Homerus, quamquam & v-
num genus carminis habeat, & pedes paucos: nihilomi-
nus in his nouitate vbique & artificio vitur : adeo ut pa-
rum differat, rem ne gestam, an narrationem oculis in-
tueamur. Proferam pauca, quibus quilibet, ad multa pro-

Lib. II.

exemplis possit uti. Cum narrat Vlysses apud Phæa-
cas suos errores, dicens quomodo ad inferos descende-
rit, propemodum oculis exponit intuitum malorum il-
lorum: in quibus afflictiones, etiam Sisyphi recenset, cui
aiunt, Deos inferos metam hæc calamitatis finiendæ
constituisse, ut supra * montem quendam saxum voluat,
(quod factu impossibile est,) relabente vbi ad summum
peruenit rursus saxo. Quomodo autem ille id exponat,
per imitationem atque per ipsam verborum collocatio-
nem, operæ precium est videre.

* *Corymbus*

Od. λ. 592.

Καὶ μὲν Σίσυφον εἰσεῖδον κρητὶρ ἄλλα ἔχοντα,

Λῆαν βασιλῆος πρὸ ὤμων ἀμφοτέρωθεν.

** Ἦτοι δ' οὐδὲ σκηνεῖσθε μὲν ἔχουσιν τὰ ποσσὶν τε,*

Λῆαν ἢ γὰρ ὄπισθε ποτὶ λάβον.

Sisyphon Eolidem cernit quoque dura ferentem;

Versantem manibus saxum: his innixus agobat;

Dextris impellens validis pedibusque resistens;

Vsq; ad summa iuga & prærupta cacumina voluens.

LXX.

Hic collocatio est eiusmodi, ut quodque factum de-
monstrat: grauitatem saxi: laboriosum è terra motum:
ipsum connitentem membris, adnitentem contra pon-
dus: saxum vix sustentatum. Nemo sanè efferret sin-
gula, supra quam facta sunt, nèque enim temerè, aut casu
sic prolata sunt. Imprimis enim in prioribus duobus car-
minibus, in quibus voluit factum, exceptis duobus ver-
bis,

bis, reliquæ omnes partes orationis sunt aut bisyllabæ, aut monosyllabæ: deinde dimidia parte, plures sunt longæ syllabæ quam breues, in utroque carmine: præterea omnes dictionum harmoniæ progrediuntur gressibus generosis, planèque distant, magnò sensu, aut vocalibus mutuo collisis, tum semiuocalibus & mutis coaptatis; pedibus verò dactylis & spondæis longissimis, multosq; gressus habentibus, omnia componuntur. * Sed quid * Sed quæ vnum quodque eorum valet? monosyllabæ quidem & bisyllabæ dictiones, multis intervallis inter se distantes, tempus imitantur gestæ rei: longæ syllabæ, obfirmationem & resistantiam quandam habentes, repressioem, grauitatem & difficultatem: verborum verò, quæ vbique ponitur densitas, & asperarum literarum insertio, interruptionem operis, renitentiam & laboris magnitudinem. Numeri verò in longitudine considerati, extensionem membrorum, & voluentis conatum, & saxi obfirmationem imitantur. Hæc autem non esse naturæ, sua sponte se offerentis, negotia, sed artis quæ res gestas imitari conetur, ex his, quæ postea dicentur, patet. Relabentem enim rursus ex summitate montis, & reuolutum lapidem, non eodem modo expressit, sed accelerans & conglobans compositionem, cum enim dixisset in eadem forma.

LXXI.

— ἀλλ' ὅτε μέλλοι

Ἄκρον ὑπερβαλίει,
[ἐπιπῆσι τῆτω,]
τότ' ἀπὸ πρὸ ψαυκε κροταυ' ἴσ'
Αὐτὸν ἐπὶ τῶν πέδων δὲ κύλινδρον λαῖσιν ἀειδής.

Od. l. 593

— sed cum superares in alto

Monte cacumen agens, ingente fragore ruobas,
Saxum immania retro labens. —

An non vna pronoluitur cum grauitate saxi verborum collocatio, magis que præcurrit lapidis lapsum dictionis celeritas? mihi sane videtur. At quæ eorum est causa, par est enim eam dispicere? versus qui notat saxi reuolutionem nullam dictionem monosyllabam, bisyllabas autem duas dictiones habet: id verò non

permittit resistere tempora sed accelerat. Deinde cum in carmine sint decem & septem syllabæ, decem quidem sunt breues, septem autem tantum longæ, neque eæ ipsæ perfectæ. Necessè est itaque contrahi & coarctari locutionem breuitate syllabarum retractam. Præterea neque nominis à nomine iustam vllam sumpsit distantiam, neque enim vocali vocalis, neque semiuocali semiuocalis, aut muta adest, nihilque eorum quæ solent asperare, & disungere harmonias est adiunctum. Nullaque est diuulsio sensilis, non coaptatarum dictionum: quin se mutuo collidunt, & simul feruntur, orationemque quandam vnam ex omnibus efficiunt propter harmoniarum exactam perfectionem. Tum quod maximè admirari conuenit, nullus pes constans ex longis, quorum natura est, vt cadant in carmen Heroicum, neque spondæus, neque Bachius carmini admiscetur, præterquam in fine: cæteri omnes sunt dactyli, neque ii qui affectatam ostentationem habeant, sed quorum plerique non multum, à trochæis differant. Nihil itaque obstat orationem rotundam, conuolutam fluidam fieri, quæ ex huiusmodi temperatur pedibus.

LXXII.

Multi huiusmodi apud Homerum dicta aliquis posset demonstrare: mihi quidem ista sufficere videntur, vt cætera explicandi locum habeam. Quæ igitur assequi oportet eos qui cupiunt pulchram & iucundam facere collocationem, tam in ligata quam in soluta oratione, hæc iuxta sententiam meam sunt, conuenientissima & præstantissima. Cætera autem minutiora & obscuriora, & ob multitudinem scripturum non facile comprehensibilia, proponam tibi in quotidianis exercitationibus, multorumque & optimorum tam Poëtarum quam Historicorum, & Oratorum testimoniis illustrabo. Nunc quæ restant ex iis, quæ promisi, nihilominus dictu necessaria, vbi addidero finem faciam. Nempe quod sunt differentie Collocationis, quis vnus cuiusque, vt plurimum, character, admonebo etiam quid in illis primarium, & demonstrationes vnus cuiusque exhibebo. Ea vbi finem acceperint, tunc & in illa inquiram, de quibus plerique dubitant. Quædam sit, quod efficit vt soluta oratio
quamuis

quamuis permaneat in sermōnis forma, similis carmini appareat: poetica verò locutio soluta oratione efferatur, cum tamen gravitatem poeticam retineat. Propemodum enim & Oratores & Poëtæ præstantissimi, iisdem bonis in locutione utuntur. Conandum est igitur de iis quæ sentio dicere. Incipiam autem à primâ.

Ego Collocationis speciales differentias oppido multas esse pono, neque eas posse venire in compendium, neque in connumerationem exactam existimo. Puto autem unumquemque nostrum, proprium characterem, quemadmodum in videndo, sic in collocandis verbis sequi; non malè ad eam rem vsus exemplo artis pictoriæ. Quemadmodum enim in illa omnes pictores, eosdem colores sumunt, non tamen mixturas colorum similes faciunt: eadem ratione in oratione poetica, & in alia omni, etsi omnes iisdem verbis utimur, non tamen eadem ratione illa collocamus. *Generales differentias tres esse existimo, quas qui vult propriis appellationibus connotare, prius characteres eorum & differentias audiat.* Ego quidem quoniam nomina propria, quibus eas appellem non habeo, ut potè carentes suis nominibus et anslatis eas appellabo. Sit itaque una *austera*, altera *polita*, tertia *communis*. Atq; hæc tertia quomodo tandem fiat, dubito quid censeam: ancepsque nunc est animus, quid certi pronunciem, num ex defectu alterius extremorum, num propter missionem, (neque enim facile est manifestum conicere) num melius dicatur propter remissionem & intensionem extremorum terminorum medios constitui, qui multi omnino sunt. Noti enim quemadmodum in musica æqualiter distat, ab humili & sublimi media, eadem ratione in oratōnibus mediis ab extremis æqualiter distat: sed est ex iis quæ in latitudine considerari debent, veluti grex, aut cumulus, & id genus alia multa. Sed non est tempus aptum considerationi huic, dicendum potius quod proposui, neque de characteribus, quæ dici possent, omnia dicentur. Existimo enim id negotium multa egere oratione, ego verò tantum manifestiora exponam.

D

LXXIV. *Austera harmonia.* Austera itaque harmonia talis est character. Vult firmiter stabilire verba, & status assumit fortes, ut exte-
Vide Her- mogenem de Ideis Orati- onis. & transpareat quodlibet nomen, partesque inuicem se-
 parentur iustis interuallis, & temporibus manifestis di-
 stinctæ sint: asperis etiam & resistentibus sibi connexionibus frequente vitur. Non ab similibus, gradibus in ædificiis, qui neque in rectum angulum neque in quadrum expositi, sed rudes & extemporanei, ex lapidibus aceruantur cõiectis. Amat etiam magnis & dilatatis dictionibus, ut plurimum diduci; auerfatur autem breuibus syllabis contrahi, nisi forte necessitas cogat, ac in verbis singulis hæc sectatur, & talia desiderat: /

In membris quoque non minus eadem satagit, pedesque seligit dignitatis & maiestatis plenos, nec coæquata inuicem membra esse vult, neque similia, neque necessario consecutioni insertiuentia: sed generosa, simplicia, & libera, & quæ naturæ magis conueniant, quam arti, in affectuque potius quam in oratione morata preferantur.

Periodos etiam sententiam conformantes, ut plurimum non requirit, quod si forte fortuna ad eos desixerit, ruditer non ex industria factum vult videti. Neq; additionibus nominum quæ non sententiam, sed circulum dumtaxat implent vitur. Neque ut eorum gradus theatriæ & expositè vel spiritui dicentis sufficienter commensurati sint curam adhibet: profusq; artificia huiusmodi, tanquam huic harmoniæ non congrua negligit. E contra varia est in figuris: cõiunctionibus rarissimis, sine articulis vitur: cõsequentiæ ut plurimum negligens: minime florida, magnanima, præ fracta, incompta, vetustateni & sordes pro pulchritudine habens.

LXXV. Huius harmoniæ multi fuerunt amatores; & in poësi & in historia, & in orationibus ciuilibus. Qui autem alios superarunt, hi sunt. In Epica poësi Colophonius, Antimachus, & Empedocles Physicus: in * Melopœia Pindarus: in Tragedia, Æschylus: in historia, Thucydides: in orationibus ciuilibus, Antiphon. Propositi ratio requireret à me, ut cuiusque dicti complura darem exempla: forsitanque non ingratus sermo fieret veluti pluribus ver-
 nis

nis flosculis variatus : sed immensum opus appareret, & scholę magis conueniens quam præceptis. Nihilominus ea quę protulimus inexaminata linquere, ac si per se manifesta sint, nec testimonio egeant. nõ decet: modus itaq; vtrorumq; capiendus, vt neq; tempore abutamur, neq; fides dictionũ in dubio relinquatur. Hoc conabor facere; exempla sumens pauca, præcipuè à præstantissimis viris.

Ex Poëtis quidem Pindaris accersitus sufficet, ex historicis Thucydides: isti enim præclare grauem & asperam harmoniam assecuti sunt. Ordiaur igitur Pindarus, & quidam illius Dithyrambus cuius initium est.

Ἄδ' ἔσ' ἐν χορῶν ὀλύμπιοι, ἐπὶ τε κλυταί πεμπτε χόρον θεῶν
 πολλὰ θεῶν οἳ τ' ἄστ' ὀμφαλῶν θυ' ἐνθεῖ ἐν ταῖς ἰσραῖς Ἀ-
 θηναῖς ὀχνεῖτε, πανδαυδαλά τ' ἄκλε' ἀγροῖν ἰοδῆτων λα-
 βετε σφάριων ἔκαστ' ἐπὶ λω. διοθεν τε με σὺν ἀγλαῖα
 ἔδ' εἰτε, προδύθεντες αἰοδαῖς δ' ἄπτερον ἐπὶ κίον ὀδῶν θεῶν, ὃν Βρό-
 μοιον, ὃν Ἐρῶσαν βροταὶ καλεῖσθε. γόνον ἰσραῖτων τε πατέρων
 μέγα πορῶν, γυνοικῶν τε καὶ θεῶν Σαμέλαι, ἐν Ἀργεῶ Νεμεῖ
 μέγιστον ἐλευθέρων Φοινικῶν ἔρνος, ὅπατ' ὀχνητῶν ἄριστον ἰαλά-
 ρων. Ἄδ' ἔσ' ἐπὶ ταῖς ἐσθρῶν φῶδα, ῥόδων τε καὶ καμῶν μίσητον.
 ἔμνεῖτε ὀμφαῖ μέλιων σὺν αἰλοῖς ἔμνεῖτε Σαμέλαι ἑλικῶν
 πορῶν χορῶν, *Adeste ad chorum caelestes, & inclytam im-*
mittite gratiam Di. frequentē qui vrbis umbilicum thure
perfusum in sacris Athenis teruis, elegansq; loco aprico sitū
forum: violis vincularũ accipite coronatũ vero decryptatũ,
libationem: & à Ioue me cum Aglaia inuisite; accedentes
carminib. iterum ad hedera redimitũ. Deniq; quę Bromiũ;
quęm grandis strepsum nos mortales vocamus. prolemq; sum-
torum parentum canimus; mulierumq; Semelē in Ar-
giua Nemea vasem, non laet palma germen: quādo re-
ctu o Horarum thalamo, odoratum persenserint, ver plā-
ta nectarea. tunc germinans, tunc per immortalē terram;
amabilis violarum crinis & rosa comis miscantur. Cele-
brate voce carminum cum tibiũ, celebratē Semelem, crinet
auro nodantem o chori.

LXXVI;
 * *auspiciam;*

Hæc esse fortia & robusta, dignitatem & rigiditatem plurimam habentia, quęq; siac molestia exasperent, aures moderatè irriterent, inclinentur temporibus, gē-

LXXVII;

diantur amplis harmoniis, non theatricam aut floridam pulchritudinem præ se ferant, sed illam vetustam & horridam: omnes nunc testes ad futuros existimo, quicunque vel mediocre sensum elocutionis habuerint. Qua autem arte elaborata talia prædiderit, (non enim sine arte, & ratione, neque sua sponte & fortuito assumpta, receperunt talem characterem) tentabo demonstrare. Primum membrum ex quatuor orationis partibus compositum est: Verbo coniunctione, & appellatiuis duobus. Verbum quidem & coniunctio, elisione commissa non iniucundam iuncturam fecerunt: appellatiuum propositioni adiunctum percommode aspirauit connexionem: hoc enim ἐν ῥοδῶν, repercussiuum, neque velox est, coniunctione desinente in semiuocalem ῥ, appellatiuo autem initium sumente à muta χ, quæ literæ naturaliter commisceri & conglutinari non possunt; non enim solet in vna syllaba, χ poni ante ῥ: adeo, ut quanquam syllabarum sint duæ partes, sonum tamen non compingant, sed necesse sit silentium quoddam medium inter vtramque existere, quod disternat vtriusque literæ facultates. Primum itaque membrum tali positione exasperatur. Membra autem dico me non ea accipere, quibus Aristophanes, aut aliquis poetarum exornat odas suas: sed quibus natura ipsa solet diuidere orationem, & Rhetores suas periodos distinguunt. Adiunctum verò huic membrum hoc ἐπί τε κλυτὰν πύμπιτε χόεον, statim à principio progreditur gradu egregio, comprehenditque in se multas harmonias repercutes. Inchoat enim illud vocalis ε, adnectiturque alii vocali ι: in eam enim desinit præcedens membrum: non eliduntur autem ista inuicem, neque præponuntur in vna syllaba ε, & ι: silentium itaque quoddam, inter vtramque literam fit, obfirmans vtramque partem, gressumque illis tutum attribuens. In particulari autem compositione membrorum coniunctionibus quidem ἐπί τε, à quibus membrum incipit (aut si propositionem vocare liceat, id quod præcedit) annexa appellatiua pars κλυτὰν, repercutientem & asperam facit compositionem: propter quod etiam prima syllaba κλυτὰν est breuis: longior tamen est breui; siquidem

dem ex muta & semiuocali, & vocali constat. Illius por-
 rò non perspicua breuitas difficilisque ex ea literarum
 commitione prolatio, intermissionem & præcisionem
 facit harmoniæ. Si autem aliquis κ, à syllaba adimeret
 faceretque ἐπί τε λυταῶ, dissolueret moram & asperita-
 tem harmoniæ. Rursus huic dictioni κλυταῶ appellati-
 uæ, verbum πέμπτε adiunctum, non habet conuenien-
 tem, nec rectè attemperatum sonum: sed necessariò in-
 hærendum est literæ ς, quæ vbi sufficienter compressa
 fuerit, tum exaudiri poterit σ. Non enim connecti po-
 terit ς, cum σ. Huius autem causa est figuræ confor-
 matio, neque eodem in loco, neque eadem ratione v-
 tramque literam efferens, π videlicet & ς: huius enim
 circa palatum sit sonus ad summitatem dentium linguâ
 erectâ, spirituque per nares sese diuidente: illius autem
 videlicet σ, compresso ore, linguâ nihil adlaborante, spi-
 ritu per labiorum apertionem consertum sonum con-
 cipiente, vt ante à me dictum est. Cum itaque os confor-
 mationem alteram ex altera, neque eiusdem generis aut
 similitudinis recipit, intercipitur quoddam tempus: ex
 quo conficitur leuis & velox harmonia; simul etiam ne-
 que dictionis πέμπτε quæ præcedit syllaba, mollem ha-
 bet sonum, sed exasperat auditum, cum & à muta incipit,
 & in liquidam desinit, Huic autem dictioni χείρην adiu-
 ctum θεοί, præcidit sonum, facitque separationem par-
 tium congruam: quod vna earum desinat in semiuoca-
 lem ς, altera à muta θ, principium sumat. Nunquam au-
 tem solent præponi mutis semiuocales. His adiungitur
 tertium membrum hoc: πολύβαλον οἱ τ' ἄστρ' ὀμφαλὸν
 θύοεντα ἐν ταῖς ἰσραῖς Ἀθλιώας ὀχνεῖτε. Huic dictioni ὀμ-
 φαλὸν quæ desinit in ς, adnectitur θύοεντα quæ incipit à
 θ, simili reddit, priori repercussionem. Huic verò di-
 ctionem θύοεντα, quæ in vocalem α, desinit, illud quod ad-
 iungitur ἐν ταῖς ἰσραῖς, quod à vocali s, principium sumit,
 distrahit interiecto tempore sonum, quod non exiguum
 est. Deinde illa sequuntur, πανδαίδαλον τ' ἄκλει ἀγροῖν,
 etim hæc compositio est aspera, & repercussiuæ. Semiuo-
 calienim, muta connectitur videlicet ς, τ, graditurque iu-
 stopassu inter appellatiuū πανδαίδαλον, & synalcepham

Pag. 24.

N

Π

quæ illi coaptatur. Longæ enim sunt utræque: non parvò autem maior & supra mensuram, quæ super elisionem coniungit duas syllabas, quam quæ ex muta & ex duab. vocalib. constat. Si aliquis adimat τ, & faciat *ωνδαιδων* *δωλε: ἀργον*, iustam mensuram oratio ingressa, faceret harmoniam habiliozem. Similia his & illa sunt, *ιδδπαι λάβετε σιφένων*, duæ semiuocales simul coniunguntur, videlicet & λ, quæ naturalem coniunctionem non habent, quoniam non per eandem figuram oris efferuntur, ea quoque quæ proximè dicuntur, & syllabis protrahuntur, & harmonis plurimum distāt *σεφάων* & *εαριδρέπων*. Longæ enim his etiam syllabæ colliduntur, quæ iustam transcendunt mensuram. Huius autem dictionis *σεφάων* vltima syllaba habet vocalem, duabus semiuocalibus fultam naturâ longam, & quæ huic connectitur, tribus literis protracta est: mutâ, vocali longa, & semiuocali. Diuisio itaque facta est, longitudinibus syllabarum, & repercussio compositione literarum: quoniam τ, non potest cum ν in eodem sono convenire: vt & antea dixi. Adiungitur dictioni *λοιθαυ* in ν, desinenti dist. ο quæ à δι incipit, *διόθεν τί με*, & illud *σὺ ἀγγεῖα*, quod terminatur in ι, *ιδίτι περιδέντες αοιδᾶς*, quod quidem incipit ab ι.

LXXVIII.

Multa his similia ab aliquo inueniri possent, qui vniuersam Odam examinaret Vt autem de cæteris quoq; tempus me dicere permittat: de Pindaro quidem hætenus.

Thucydidis autem dictione ex præmio accipiat hęc. *Θηκυδίδης Ἀθῶναῑς̄ ξηνίγραψι τ̄ πόλεμον̄ τ̄ Πελοποννησίων̄ κ̄ Ἀθῶναῑων̄ ἐπιπέμνησαν̄ πρὸς ἀπάλῃς ἀρεῶν̄ ἀδύς̄ κ̄ οὐδιστάμνον̄, κ̄ ἐλπίσας̄ μέγαν̄ τε ἔσταλ̄ ἐ ἀξιολογῶν̄ τ̄ πρὸς μαθητῶν̄, τεκμαυρόμνος̄ τε ὅτι ἀκμῶζοντες̄ τε ἦσαν̄ ἐς αὐτὸν̄ ἀμφοτέρω̄ παρεσπύη̄ τῇ̄ πύσῃ, κ̄ τὸ ἄλλο Ἐλληνιστῶ̄ν̄ ὄραν̄ ξηνιστάμνον̄ πρὸς̄ ἐκείνους̄, τὸ μὲν̄ ἀδύς̄, τὸ δ̄ ἐ ἀθῶνῶν̄ κίνησις̄ γδ̄ αὐτῇ̄ μεγίστη̄ δὴ τοῖς̄ Ἕλλησιν̄ ἐγγύς̄ ἐ̄ κέρεῑ πνῑ τ̄ βαρβάρων̄, ὡς̄ ἡ̄ εἰπεῖν̄ ἐ̄ ἐπὶ πλεῖστον̄ ἀθηναίων̄. πῶ̄ γδ̄ πρὸς̄ αὐτῶ̄, κ̄ ἔ̄ ἐπ̄ παλαιότερᾱ, σαφῶς̄ μὲν̄ ὄρειν̄ ἀπ̄ χροῖε̄ πλῆθ̄ ἀδιώατᾱ ἰὺ̄ ὅτῑ ἡ̄ τεκμηρίων̄ ὄν̄ ἐπιμακρότατον̄ σκοπεῖν̄ ἡ̄ μὲν̄ πισδύσσῑ ξυμβάινεῑ, ἢ̄ μὲν̄ ἰσχυροῦς̄ ἢ̄ τε̄ τῶν̄ πολέμων̄, ἢ̄ ἐς̄ ἑ̄ ἄλλα, φανίταῑ γδ̄ ἡ̄ μὲν̄ Ἐλλάδῑ καὶ̄ ἡγεμονίᾱͅ, ἢ̄ παλαιβεσάως̄ οὐκ ἐμνή, ἀλλ̄ ἢ̄ μέλας̄ σπύσας̄*

πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἐπιπέσει, ἔμελλεν ἔχειν τὴν ἑαυτῶν ἀπο-
 λυτοίαν, βιαζόμενοι ὑποπῆαι εἰς πλειόνων τῆς γὰρ ἐμπορίας
 ὄσων ἔσων, ἢ ἰππιγγυώτες ἀδελφεῖς ἀλλήλοις, ἢ τε Διὰ θαλάσσης,
 νεμερόμενοι τε ἐπὶ ἑαυτῶν ἔκειτο, ὅσοι δὲ πολεμῶν, καὶ ἀφαιρήσειαν
 ἑαυτῶν ὄσων ἔροντες ἢ δὲ γὰρ φησὶ οἷοντες, ἀδελφὸν δὲ ὁ πῶτε
 τις ἐπληθῶν ἔσται ἔχοντων, ἀμα ἔσονται, ἀλλὰ ἀφαιρήσει-
 ται, τῆς καὶ ἡμεῖραν ἀναγκαίως τρέφει πᾶσι καὶ αὐτὴν ἡγε-
 μοιοί ἐπιπεσεῖν, ἢ καὶ ἐπὶ αἰσῶν, Thucydides *Athe-
 nienensis* b. *Cum Peloponnesium Atheniensiumque quod in. er-
 se gesserunt, conscripsit; exorsus statim ab eo moto: sperans
 etiam fore cum magnam, tum superioribus memorabilibus:
 certis hinc signis quod utriusque forebant omni ad bellum
 apparatu, et cetera Gracia ē suis finibus ad alterutros
 accessit, alii quidem protinus, alii vero post consultationem.
 Etenim maximus hic Gracorum motus exiit, et qua-
 dam ex parte barbarorum, ac prope dixerim plurimorum
 hominum. Si quidem quae ante natos, quaeque vetustiora
 adhuc fuerunt, plane comperta esse propter longitudinem
 aevi non potuerunt, sed ex coniecturis, per quas longissime
 repetenti mihi contingit credere (non magna sane existisse
 existimo, neque bellicis, neque ceteris in rebus. Nam constat
 eam quae nunc Gracia vocatur, haud quaquam * stabili-
 ter olim fuisse habitatam, crebroque illuc migratum quoad * certis ho-
 facie sua quique relinquebant ab aliquo maiore numero minū sedib.
 coacti. Quippe nulla dum negotiatione nullo inter se citra
 formidinem commercio vel terra, vel mari existente, sua
 quisque eateenus colentes, quateenus suppetere viderent: non
 pecunia copiam habentes, nec humum arboribus conferen-
 tes: utpote cum incertum esset, quando quis alius superve-
 niens ablaturus esset alius, praesertim cum muris carerent.
 Et existimantes se necessarium quotidie victum, ubique ade-
 pturos haud agrè pellebantur.*

Schol. Thucydida Historicorum Gracorum principis et mul-
 tus apud Latinos ab antiquis Criticis C. Salustius Crispus nomi-
 natur. Is quoque historiarum (quae pro dolo intercedunt)
 principium hoc habuit à Rufino lib. de mercis commensura-
 tum. *Res populi Romani Marco Lepido, Q. Catulo Coss. &c. ut &
 Iugurthini belli initium hoc alii exarant: Bellum scripturum
 fuit quod populus Rom. cum Iugurtha Rege Numidarum gessit, &c.
 Sic Titii Livii Patavinus exordium Annalium ab urbe condita M.
 Fabius Quintilianus expendit: facturus ne opera pressum sim, &c.*

LXXIX.

Hanc itidem locutionem nullam leuigationem, nullam ad amussim perpoliram harmoniam habentem non esse peruenuit, neque suauiter permulcentem auditum, quam plurimum repercussionis, asperitatis, acerbitatis præ se ferre, panegyricæque vel theatricæ ne minimum quidem gratiæ attingere: sed quaedam antiquariam & præfractam ostentare pulchritudinem, tam peritis quam imperitis, plerisque omnibus non necesse habeo declarare: cum ipse historicus fateatur, suam scribendi rationem aurium delectationi non seruire, eamque magis quam studium aliquod momentaneæ aurium delectationis curæ habere. Quibus autem præceptis usus, ad eò obsoletam & austeram confecerit harmoniam, paucis demonstrabo. Facile enim est parua pro magnis dare exempla: his præsertim, qui non difficulter in similem & consequentem descendunt speculationem. Statim autem à principio nomini appellatiuo Ἀθωαῖον verbum ξυρίζεσσι adnexum conuenienter separat harmoniam. Non enim potest poni σ, ante ξ, in eadem syllaba, ut per eandem pronunciationem efferatur. Opus autem prius σ, silentio intercipi, tunc exaudiri ξ. Ista autem forma asperitatem & repercussionem effecit. Deinde illæ concisiones quæ postea sequuntur sonorum, videlicet literæ, υ, eum τ, & literæ π, cum κ, quadruplici ratione inter se complicatæ mirum in modum auditum ferunt, & harmonias vehementer perturbant, cum dicit, τ̄ πολέμου τ̄ πλοπониσησίων, κ̄ ἀθωαίων. In istis enim orationis partibus, nulla est quam non prius oporteat interciperi & in ore comprimere circa finalem literam, ut ex ea quæ illam sequitur, puram & liquidam assumat potestatem. Præterea vocalium adiunctio, quæ fit circa finem membri, & ἀθωαίων, displosit continuationem harmoniæ, & sensum diuulsit, admissio medio interuallo. Non possuat enim coniungi hæc vocales ι, & α, & sonum discernunt. Mox in secunda periodo membrum hoc quod præcedit ἀρξάνδρου ἀγῆς καθεστῆς moderatè conuenit, ut concinnum & apprimè molle appareat. Sed quæ postea sequuntur, exasperant & diuellunt resolutionibus harmoniarum, κ̄ ἐλπίσας μέγαν τὴ ἴσταν & ἀξιολογώτατον τῶν

* integrum.

τάς αὐτοῦ ἀλλομενίας. Tres enim non longè à se ponuntur vocales, quæ collisiones & præcisiones faciunt, nec sicut auditum ve vnus continui membri cõceptum percipiat. Periodus quoque ipsa, quod desinat in τὸ αὐτοῦ ἀλλομενίας non habet gradum elegantem, neque circumductum: sed videtur esse sine fine, & sine conuersione: vt pars potius sequentis non finis prioris sit. Hoc idem passa est tertia periodus: nam ipsius quoque gradus non est circumscriptus, neq; sat elaboratus, dum hanc in fine partem habet τὸ ἵ ἐξ ἀλλομενίας: quæ multas complectitur vocaliũ ad vocales, & semiuocalium ad semiuocales repercussiones: vnde prodeunt naturaliter dissona atq; aspera. Vt autem sursum dicam: cum duodecim periodi sint quas proposui, si quis eas aptè metiatur ad spiritum: membra autem quæ comprehenduntur iis, non pauciora triginta: ex iis quæ sint affabrè composita & perpolita harmoniis, sex aut septem membra, amplius non inueniet: connectiones autem vocalium in duodecim periodis vix sunt triginta: porro semiuocalium atque mutarum asperitimarum & difficillimarum pronuntiatiu collisionum inter se commissiones, ex quibus amputationes & procidentia orationis constantur, tot & tantæ sunt numero, vt parum absit, quin quælibet particula ex iis constet. Multa idcirco inest membrorum inter se inconcinnitas, multa periodorum inæqualitas, multa conformationum nouitas, multus ordinis neglectus: & id genus alia, quæ incomptam & austeram harmoniam efficere dixi. Omnia siquidem excutere in exemplis, & in ea insumere tempus, minus necessarium existimo.

Polita autem & florida compositio, quam in ordine secundam posui, talem characterem habet. LXX.

Polita harmonia.

Non requirit vt vnumquodq; nomen in aperto conspicatur, neque vt sede plana & trita collocetur: neque interualla intermedia longa, neque tarditas & mora penitus amica illi: sed moueri & ferri vult locutionem, & alia nomina pro aliis poni & præteruehi. hunc hos, nunc illos, passus assumentia, instar fluminum temper manantium, nec vsquam quiescentium. Parte quoque orationis connectere & contexere inter se sat agit vt specie &

pag. 26.

aspectu ipso robur præ se ferant. Hoc autem præstat harmoniarum exactis elaborationibus; quæ nullum interuallum, quod sensu possit percipi, inter verba committunt. Per similes hac in parte textus vel picturis affabre factis, quæ cum umbris obscurioribus, lucidos colores collisos habent. Verba etiam omnia requirit bene sonantia, leuia, mollia vultu venusto, ac prope virgineo, asperis & repercussiuus omninò abhorret: ab omnibus autem, quæ audacius & quasi cum periculo vursantur, prope religiose cauet.

Non solum autem nomina cum nominibus conuenientissimè connectere & committere vult: sed membra membris contexere, & omnia periodo terminare: membri quoque eam longitudinem requirit, quæ neque breuior, neque maior sit ultra mensuram; tempus etiam periodi tale, quod spiritus viri integer exsuperauerit. Sine periodo autem orationem, aut periodum sine membris, aut membrum non dimensum, fieri non patitur. Vtitur etiam pedibus non longissimis, sed mediis & breuioribus; fines verò periodorum pedibus aptos & terminatos habet, quasi contraria faciens in periodorum & verborum conformatione. Verba enim coniungit, periodos separât, & quasi in luce conspicuas vult esse. Figuris autem non illis quæ antiquitatem oleant, neque quibus græuitas aliqua, aut pondus, aut asperitas ad sit, sed delicatis & mollibus, ut plurimum uti amat; in quibus multus fucus, multa que theatra insint. Ut autem summatim dicam, contrariam formam priori quam maxime habet: de qua non necesse est me iterum dicere.

LXXXI.

* *Lyricos.*

Consequens est ut eos qui in eo primas habuerunt enumerem. Inter hexametri carminis scriptores maxime ego existimo in eo caractere elaborasse Hesiodum: inter * Melopæos, Sappho: post eam Anacreontem & Simonidem: inter Tragicos solum Euripidem: inter Historicos, exacte quidem nullum, magis autem ex aliis Ephorum & Theopompum: inter Oratores, Isocratem. Ponam autem huius harmoniz hæc exempla. Ex Poëtis assumam Sappho, ex Oratoribus Isocratem.

Incipiam

Incipiam autem à Lyrica.

Florida, immortalis Aphrodite, filia Iouis, dolis instruita, obsecro te, ò Domina: ne meum animum damnis neque curis conficias.

Sed huc ades: si aliquando de amore meos cantus audisti quibus frequenter celebrata es. Patriſq; auream domum relinquens, aduenisti.

Iuncto curru pulchri verò & celeres te traxerunt passeres, nigris alis celeriter procurrentes ex cælo, per medium ætherem.

Quo postquam peruenissent, tu ò beata veniens immortalis vultu, interrogasti quidnam illud esset quod patarer, quid te huc vocarem.

Quid meo maxime fieri cuperem furente animo: quare verò rursus suadella, quis irretit Amor, quis tibi ò Sappha iniurius est?

Etenim si modo fugit, breui sequetur: si munera non recipit, at ultro offeret: & si non amat, amabit postmodum, te etiam iubente.

Adsis mihi nunc iam, & exsolue difficillimis curis: quæ autem animus meus perficere desiderat, tu perfice, atq; adiutrix esto.

Hélias Andreas Burdigalensis sic reddidit,

*Sedibus gaudens variis, dolisque
O Iouis proles Gyprî sempiterna
Confici me patiaris oro,*

Diua dolore,

*Huc ades tandem, precibus vocata
Si meus unquam celer affuisti:
Tecta me propter quia sæpè linquis*

Aurea patris,

*Et venis curru properante veſta;
Te nigris ad me tenuos per auras
Passeres alis agiles ferebant.*

Æthere ab alto,

*Mic iugales vix tibi sunt soluti,
Oro cum tu me Dea sempiterno
Incipis videns, animum rogare,*

Qua mala tangant.

*Cur vocem te, quid mihi tum furenti
Maxime poscam fieri, quis autem
Struas captus mihi. Quis laceffit*

Tamen Sappho.

*Si fugis nunc te cito prosequatur.
Accipit nunquam? dabit usq; dona.
Non amat te nunc? at amabit. & quod-
cumque iubebis.*

*O fauens adsus quoq; nunc, meumq;
Libera curis animum molestis
Adiutrix oro mihi sis in omni*

fortis amore.

Eiusdem autem Sapphus Oden C. Valerius Catulus Sapphico quoque carmine reddidit quod Græcè sic incipit

Φαίρε' Ἰμι κείν' ἰσ' Ἰστού.

Epigr. 52. ad Lesbiam:

Ille mi par esse Deo videtur, &c.

LXXXII.

Huius orationis venustas & gratia consistit, in concinnitate & leuitate harmoniarum: adiacent enim inuicem verba & contexuntur per quasdam proprietates & coniugationes literarū naturales Vocales enim mutis & semiuocalib; coaptantur, paucaq; omninò sunt per totam Oden quæ proponantur aut postponantur. Semi-uocaliū verò ad semiuocales, & vocaliū secum cōcurfus, qui sonos disturbent, prorsus paucissimi sunt. Ego quidem cum totam Oden examinarem, quinque aut sex vix reperi in verbis & nominibus, & aliis orationis partibus, semiuocalium & literarum tales connexiones, quæ non soleant secum commisceri: neque eas quæ nimium venustatem exasperent inuenio: appositiones autem vocalium quæ in membris fiunt etiam pauciores: porro eas quæ connectunt ad inuicem membra paulò plures. Non sine

siue ratione igitur hæc oratio benè fluens & mollis est: si quidem nominum harmonia sonum non obruat. Proferrem & reliquas quæ in ea compositione sunt proprietates, reque ipsa demonstrarem talia hæc esse, qualia aio; *Παγ. 27.* si non nimium excreceret oratio opinionemque *ταυτολογίας* generaret. Licet enim tibi, & cuilibet alteri, iuxta singula à me enumerata proposito charactere, tum seligere, tum in exemplis expendere, pro temporis & otii ratione. Me autem id facere non conuenit: sed satis est ea sufficienter demonstrasse: quæ sequantur ii, quibus facultas adfuerit.

Adiungam adhuc orationem, iuxta hunc characterem **LXXXIII.** compositam, Isocratis Oratoris: quem ego existimo præ aliis omnibus qui soluta oratione vsi sunt, maximè eam harmoniam expressisse. Est itaque oratio ex Arcopagittico hæc:

Multos ego vestram mirari puto, quidnam in mentem mihi veniat, ut in dicto concilio prouidendum esse monent, ne quid detrimenti respub. capiat: quasi ea vel bellis urgeatur, vel rebus dubiis conflictetur: quum & triremes amplius ducentas possideat, & agrum pacatum habeat, & maris imperium teneat, & societate munta sit: cum multorum, qui, si res postulet, alacriter nos adiuuent: tum longè plurimum qui & tributa pendant, & imperata exequantur. Quæ cum ita sint, vos quidem dixerit aliquis non immeritò magnis esse animis, ut qui longè à periculis assitis: hostes autem vestros causas habere timoris, ac salutis sue consulere oportere. Tamen si autem non ignoro vos, ista cogitantes & denunciationem meam contemnere, & sperare, his copiis totius Græciae potituros: mihi tamen hæc ipsa metum incutiunt, quippe qui videam florentissima (ut sibi persuaserunt) ciuitates uti pessimis consiliis: & eas quæ securissima sunt, plurimis periculis circumueniri. In causa illud est quod neque secunda, nec aduersa res ulla mortaliibus sola contingunt: sed ita comparatum est, ut opes & potentiam, dementia & cum hac, immodestia, comitetur: inopiam autem & humilitatem, prudentia & moderatio. Quare difficile iudicatu est utra istarum partium, preoptanda sit, quam liberis quispiam suis relictam à se velit.

Catuf-
acc sic

con-
i inui-
tes &
i mu-
nt per
sem-
urfus,
qui-
ex vii
ibus,
non
n ve-
oca-
cas
Non
sine

Si quidem ex ea qua deterior habetur res plerumq; videtur incrementa sumere felicitatis: ex altera verò qua præstantior putatur, recidere solere in deterius.

Schol. Cum Isocratis hoc loco numerorum studioſissimi (vt omnes agnoscunt) comparat Simon Birëbuius Polonus Metaphrastes elegans exordium Orationis Tullianæ pro A. Cecinna, vbi in exordio insignis *aiντωια* elucescit: *Si quantum sit agro locua, desertu audacia potest, tantum in foro, &c.*

LXXXIV

Hæc secum mutuo sumi, & quasi coloribus commiseri, singulaq; verba non sede aperta & plana apparere; neque temporibus longis interpositis discepti & digregari ab inuicem : sed in motu & progressionem & fluxu continuo procedere : moderataſque & molles & veloces esse harmonias, quæ orationem connectunt : ipse sensus auditus qui ratione caret, testari potest. Quod verò non alia eorum sit causa, nisi quæ à me de talibus præceptionibus orationum dicta est, cognitu per facile est. Vocalium enim repercussio nulla inuenitur, in his quos propofuæ pedibus: existimo autè nec in tota oratione inueniri posse, nisi forsan aliquid me lauit: semiuocalium autem & mutarum paucas admodum, nec valde manifestas aut continuas. Cuius venustatis alia etiam causa est, membrorum secum apta commensuratio, periodorumque orbis, habens quiddam illustre & expressum, & conditum exactissimis dimensionibus. Super omnia autem figuræ plurimæ nouitatem præferentes, nempe contentiones, agnominatioes comparia, & quæ his similes sunt : ex quibus Panegyrica elocutio conficitur. Neque isthic existimo esse necessarium sermonem protrahere: ad reliquæ absoluenda properans: Satis enim dictum est, quantum ad præsentem materiam pertinet.

LXXXV.
Commun
harmonia.

Tertia verò & media inter duas dictas harmonias, (quam communem appello: propter penuriam proprii nominis) formam quidem propriam nullam habet, temperatur autem quadam moderata ratione ex superioribus: estq; quidam selectus eorū, quæ in vtraq; sunt, optima. Hæc mihi primarias partes videtur ferre, siquidè mediocritas quædã est. Mediocritas autè est virtus, & in vita, & actionibus, & in artibus, quemadmodum Aristoteli videtur,

stetur, & aliis qui iuxta illius opinionem philosophantur. Consideratur autem quemadmodū antea dixi; non secundum exequationem: sed in plano, multasque habet proprias differentias. Illi verō qui ea vtuntur, non eadem; neque eodem modo omnes persecuti sunt: sed quidam magis ista, quidam potius illa tum intenderunt, tum remiserunt, eademque aliter alii: omnes verō commendatione digni sunt, propter omnigenas formas orationum. Caput autem omnium & icopus ex quo quasi fluiui omnes, & mare vniuersum, & omnes fontes prodeunt, merito Homerus dici potest. Omnino enim locus quicumque ab eo attingitur, & auferis & floridis harmoniis exacte variatur. Alii verō, qui in eadem mediocritate studium posuerunt, si diligenter cum Homero examinarentur, multo inferiores illo apparerent: si per se inspiciantur digni admiratione nonnulli. Inter Melopæos, Stesichorus, & Alcæus: inter Tragicos, Sophocles: inter Historicos, Herodotus: inter Oratores, Demosthenes & inter Philosophos, vt ego existimo, Democritus, Plato, Aristoteles: præ his enim difficile est inuenire alios, qui melius orationem temperarent. Et de characteribus quidem hæc sufficiant: exempla verō adferre eorum, rem minus necessariam esse existimo: cum manifesta sint, orationeque mea non egeant. Si autem aliquibus videtur labore plurimo & studio vehementi hæc digna esse, admodum recte appareat in Demosthene: quod si considerabunt gloriam etiam quæ secuta est eos, qui iuxta præcepta hæc sese exercuerunt, fructumque omnino quanta dulcis sit; profecto leuissimos hosce labores existimabunt. Epicureorum autem turbam, qui nihil horum curant, contemnamus. Si enim scribere non est laboriosum, vt Epicurus cenfer, qui id non assequitur, sæpiusque iudicio labuntur, sanè proxima ignauiæ & ineptitudinis fuerit hoc remedium. Verum his finitis, illud audire te desiderare existimo, quomodo conscribatur oratio non

*Ælianus in
variis histo-
riis lib. 13.
cap. 22.
Pag. 28.*

LXXXVI

*Quomodo
soluta oratio
similis car-
mini redda-
tur.*

LXXXVII

metrica, similis pulchro poemati, aut melico carmini: & quomodo poemata aut melos pedestri orationi pulchreque virum assumam, quem in suis scriptis maximè poetice expressisse existimo; cuperem quidem plures, sed deficit me tempus ad omnes proferendos. Age igitur quis non fatebitur orationes Demosthenis similes esse optimis poematibus & melis, maximè verò Philippicas actiones, & iudicaria certamina ad populum? Ex quarum vna, sufficiat hoc procernium accepisse.

Nullus vestrum o viri Athenienses existimet, me autem propriarum inimicitiarum gratiã ad accusandum hunc Aristocratem descendere: aut leue aliquod peccatum videre, ut prater illud me ipsum hostili illius animo obiiciam: sed si ego recte considero, & video, ut Chersonesum vos tui detineatis, neque, rursus deturbati capriuermini: circa id omne studium meum versatur.

Tentandum est igitur de his dicere, quæ sentio: quamquam mysteriis hæc simillima sunt, nec in multos divulganda. Itaque odiosus non fuerim, si adhorter eos, quibus fas est, adire sacra eloquentiæ: **pro- * Schol. Respicit ad fanis autem edicam, ut aurium fores occludant.* Plerique enim tes apprimè serias propter ignorantiam risu excipiunt: nec absurdè forte id faciunt. Quæ autem volo dicere talia sunt. Omnis oratio quæ sine pedibus composita est, ob talem collocationem, neque poeticeam musam, neque melicam gratiam, potest recipere: quamquam delectus verborum multum valet, & est quædam poetica locutio, cum & nomina ad linguæ arbitrium constructa, vel peregrina, vel figurata, vel ficta, qualibus poetis leporem acquirit, in orationem solutam permiscantur: quod faciunt cum alii plures tum non rarò Plato. Verum nunc non est sermo de delectu: idcirco hæc consideratio in præsentia omittatur. De collocatione ipsa sit nobis speculatio; quæ cum sit in verbis communibus

LXXXVIII.

Orpheus Poetæ celebrè illum versum, & ab aliis Pythagoræ attributum à Clemente Alexandrino, B. Cyrillo in Iulianum, & Iustino Martyrè, ac Stobæo. Φησὶ Ὀρφεὺς οἷς θεοῖς ἐστὶ, ἄρπας δὲ ἐπιθεῖσθαι βέβηλον.

Fas quibus alta canam: & procul hinc, procul esto profani.

munibus, & tritis, minimeque poeticiis: tamen poeticiam gratiam præ se fert. Aio itaque solutam orationem, non posse esse similem numerosæ & melicæ, si non comprehenderit versus & pedes quosdam occultè permixtos: non quidem par est eam ligatam aut pedestrem apparere, pœma enim foret vel melos, plâneque excederet suum characterem: sed sufficit eam numerosam & mensuram videri: sic enim erit poetica, non tamen pœma: & melica, non tamen melos. Quæ verò horum sit differentia, omninò facile est videre. Ligata enim oratio similia assumit carmina & ordinatos retinet pedes; & in versu, aut periodo, aut strophe, per easdem formas terminatur: rursusque iisdem pedibus, iisdem carminum generibus, in reliquis versibus, aut periodis oratio dicitur, nomenq; illi datur, aut metrum aut melos. Soluta autem oratio vagabunda metra, & incompositos pedes recipit, nec ordinem eorum aduertit, neque coniugationem, neq; conuersionem: atque est quidem pedibus ligata, quando quidem pedibus variatur: non habet verò pedes, cum non iisdem nec eadem ratione utitur. Talem itaque existimo omnem orationem esse, quæ præ se fert aliquid poeticum aut melicum, quæ etiam Demosthenem vsum fuisse affirmo. Et hæc vera esse, nihilque me mouere, accipiat quilibet vel ex Aristotelis testimonio fidem. Cum enim à Philosopho multa alia dicantur de oratione Politica, in libro tertio artis Rhetorica, qualem eam esse oporteat: tum de pedestri iunctura vnde constituatur admonet, conuenientissimosque percenset pedes, & quo loco cum fructu quisque eorum conspici possit; addit præterea locutiones quasdam, quibus confirmare suam dictionem nititur. Quin præter testimonium Aristotelis, rem esse necessariam quosdam pedes ad solutam orationem adhibere, si pulchritudo poetica efflorescere in illa debeat, experientia ipsa cognoscitur. Oratio illa in Aristocratem cuius paulò prius mentionem feci, statim incipit à Cœthnico carmine tetrametro, ex pedibus anapaestis composito, desinit autem in pedem perfectum, quo etiam artem occultauit. *πένδης ἕμης ἀ ἀρδρες Ἀδλωαῖος νομῆος μς.* hoc enim carmen si recipiat pedem, siue à principio, siue in

Pag. 29.

LXXXIX

medio, siue in fine, perfectum est tetramentum anapaesticum, quod quidam appellant Aristophaneum : μηδὲς ὕμων, ὡς αὐδρὸς Ἀθλουαῖοι, νομίση με παρῆναι, & æquale huic, λέξω τοίνυν ἀρχαίαν ποιθεῖαν ὡς δίκαιον. Sed fortè aliquis obiiciet Hæc non studio, nec data opera fieri: sed fortuito sese offerre. * Multos enim versus ipsa natura sponte fundit. Esto ita sanè : sed alterum metabrum quod ei adiungitur, si resoluat aliquis secundam ipsius elisionem, quæ adaptata tertio membro, obscurum illud fecit, pentametrum erit Elegiacum, exactum & perfectum.

X C.
* multi enim
versus im-
prudenter
excidunt.

Μὴ τ' ἰδίᾳς ἔχθρας μηδεμίᾳς ἔνεκα.

Hoc simile uic.

Κῆρυ ἐλαφροπόδων ἵχνη ἀφ' ἑμῶν.

Nata instar ceruorum vestigia attolentes.

Quod si id casu quoque nec de industria factum censerimus: at post hoc membrum, quod interponitur simplici locutione, Ἦκων Ἀριστοκράτης κατὰ γρηγοροῦ τεταυῖ, sequens membrum quod ei adnectitur, ex duobus constituitur pedibus, μήτε μικρὸν ὀράνῃ π' ἔφωλον ἀμάρτημα, ἐπίμῳς ἕπως ἐπὶ τεταυῖ. Simile enim est Sapphus huic epithalamio:

Οὐ γὰρ ἐπέεα λῶ πῦς, ἃ γαμβροί, τοιαῦτα

Neg enim alia fuit puella ὁ sponse talis.

Et comico tetrametro qui dicitur Aristophaneus, huic:

Ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων λῶθον, ἔσωφροσύνην νομίσο.

Quia ego iusta dicens adueni, ἔ qua temperantia scimit.

Extremos pedes tres, & finem adiciens, si connexueris hoc modo:

* Aristophanis in neb-
līs.

Οὐ γὰρ ἐπέεα λῶ πῦς, ἃ γαμβροί, τοιαῦτα, * ἔσωφροσύνην νομίσο.

Nihil differunt ab hoc: μήτε μικρὸν ὀράνῃ π' ἔφωλον ἀμάρτημα, ἐπίμῳς ἕπως ἐπὶ τεταυῖ. Hoc autem quod sequitur æquale est Iambico trimetro, cui ademptus est ultimus pes ποσάδην ἑμαυτὸν εἰς ἀπύχθειαν. Erit enim perfectus Iambicus, si assumat vnum pedem, & talis fiat, ποσάδην ἑμαυτὸν εἰς ἀπύχθειον πιν. Omittamus etiam hæc

hęc tanquam non ex industria, sed sua sponte facta. Quid verò sibi vult proximum huic membrum? est enim Iambicum trimetrum rectum, ἀλλ' εἴωθε δὲ ὁμοίως ἐγὼ λογιζομαι. si ἀεὶ. coniunctio longam assumpserit primam syllabam. hoc magis, mediustudius, quod illi interiectum est Ἐ σκοπῶ, à quo carmen obscuratum disparuit. Membrum autem quod postea assumitur, ex anapæstis componitur, produciturque pedibus octo, formam eandem seruans, ἀεὶ ἔ τιμὴν χερρόνησον ἔχον ἄσφαλός ὑμαῖς τῆ μη πικροκυοθίνου. Simile illi apud Euripidem:

Ὡ βασιλεύ, χῆραι τῆς πολυβόλε Κιοτά πιδου πωρὲ κρημαίρει.

O rex, regionis lasi fundi, Ciffen, campis igne resplendet.

Illā præterea membri eiusdem apposita pars, ἀπὸ τῆρ-θῆναι πάλιν αὐτῆς, est Iambicum trimetrum, vno & medio pede mutilum: fiet autem perfectum sic ἀπὸ τῆρ-θῆναι πάλιν αὐτῆς ἐν μέτρῳ. Hęc dicemus spontanea nec studio elaborata, cum tam varia & tam multa sine? Ego certè non existimo; siquidem & quæ sequuntur, hęc similia licet respicere, variis & multimodis referta pedibus & carminibus.

Sed ne quis suspicetur solam eam duntaxat orationem sic constructam esse, attingam aliam quæ omninò diuinam habere videtur elocutionem pro Ctesiphonte: quam ego optimam esse pronuncio omnium orationum. Video autem statim, in prima Atheniensium compellatione, pedem Creticum: siue aliquis eum præna appellare voluerit. Nihil enim differt ab iis qui ex quinque temporibus construuntur, qui sanè pes, non tenerè, ied quantum pote est, maximo studio, per totum membrum intexitur, τοῖς θεοῖς ἀρχομαι πασι τῆ πάσης. Nonne talis etiam ille?

Κρησίαις ἐν ῥυθμοῖς παῖδα μέλψω μῦθον.
Creticus rhythmis puerum canamus.

Mihi quidem videtur, nam excepto ultimo pede,

Ε 2

XCI.
Demosthenis
de corona pro
Ctesiphonte
Oratio.

Pag. 30.

cætera in omnibus æqualiter sunt definita. Etiam hæc si quis velit spontanea vocet ; at quod ei adiungitur membrum, Iambicum est rectum, vnica syllaba perfecti carens, vt hic quoque occultum carmen fiat, si quidem vna syllaba addita, perfectum erit, ὅστω δ' ὄνομα ἔχων ἐγὼ Διὰ πάλω. Postea pæan aut Creticus, ille quinque temporum procedit pes, in his quæ sequuntur : τῆ πόλει καὶ πᾶσι ὑμῖν, προσώττω ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς ταύτην ἢ ἀγῶνα. Hæc similia sunt in cæteris omnibus, nisi quod non infractos habent pedes in principio, illis apud Bæchylidem :

Οὐχ ἔδρας ἔργον εἶδ' ἀμβολαί,

* Ἀλλὰ χρυσουργίδ' Ἰωνίας

Χρῆ παρ' οὐδ' αἰδέλλον ναὸν

* Ἐλθὲ ἴσ' ἄσπρον ἐδείξαι.

Non sedendi aut cunctandi locus est : sed necesse est, ad aurea Itonia bene constructum templum accedere, & ibi delicatum quid exhibere.

XCII.
Occupatio.

Demosthenis lassus.

* *Pœta.*

XCIII.

Video aduersus hæc insultum quorundam hominum, orbis doctrinarum expertium, circulatoriam autem partem Rhetorices, sine via & arte exercentium, quibus respondere necesse est : ne videamur desertum certamen reliquisse. Dicunt sanè, A deon' Demosthenes miser fuit, vt cum scriberet orationes, mensuras & numeros, veluti * plastæ, apponens, adaptare conatus sit eiusmodi modulis membra : sursum versus nomina torquens, atque obseruans longitudines & tempora, & casus nominum, & flexiones verborum, & cætera partium orationis accidentia, curiosè elaborans. Equidem stultus fuerit tantus vir, si sese in tam operosas nugas dederit. Hæc & similia eos iactantes & blaterantes, non difficile aliquis retuderit, si talia dicat. Primò quidem nihil esse absurdi, si vir tanta præditus gloria, quanta nemo ante eum ex his, qui grauitate dicendi clauerunt, opera ad perpetuitatem componens, seque examinandum acerrimo iudici inuidiæ & tempori offerens, nullam sententiam, nullum verbum irritum, & vanum assumpsit, multam vero curam vtrorumque habuit, & dispositionis & verborum elegantix : præsertim cum illa ætate extarent, qui non

κατα

tam scriptis quam cælatis & tornatis operibus, consimiles conficerent orationes. Dico autem Isocratem & Platonem sophistas. Quorum ille orationem panegyricam, quemadmodum scriptores asserunt, qui illi brevissimum tempus assignant, decem annis composuit. Plato verò suos dialogos comens & calamistris inurens, ac veluti coronis vinciens octoginta ipsis annis elaboravit. Omnibus philologis nota sunt, quæ de laboribus huius viri historiis feruntur: cum in multis aliis, tum in illa tabula, quam mortuo ipso dicunt inuentam variè interpolatam, quæ principium librorum de Repub. continebat, *Κατὰ τὸν χρόνον εἰς πρῶτα μὲν γλαυκῶν & Ἐ' Ἀρείων*.

Quid itaque est absurdum, si & Demostheni cura fuit elegantiae, & concinnitatis. sique nullum verbum, nullam sententiam temerè & inexploratè posuerit? Multò enim æquius mihi videtur virum orationes civiles constituentem, monumenta facultatis suæ perennia, ac minima quidem negligere: quam pictorum aut tornatorum liberos, in materia fragili manuum dexteritatem & labores ostentantes circa venulas, lanugines, & pulverem, & cæteras hoc genus minutias, conterere artis subtilitatem. His aliquis rationibus usus, videtur mihi nihil extra rei verisimilitudinem sentire. Illud præterea addam. Quod dum aliquis iuuenis est, recenterque doctrinam attingit, non est extra rationem, cum omnia circumspicere, quæ in stadium & curam humanam venire possunt: postquam verò, tempore confirmata exercitatio, multas vires acceperit, fortunasque in omnium rerum, quæ consequi solent & notas impresserit, iam ex facili & ex habitu ista ipsa facit. Quale quiddam existit etiam in aliis artibus, quarum finis est actio aliqua, aut effectio. Siquidem & ii qui citharam pulsare, aut tibia canere, aut psallere exactissimè sciunt, quando insolentem aliquam cantilenam audierint, non illicò eam ad organa attemperant: verum & meditando multum contententes & tempore & labore plurimo discentes facultates sonorum resumunt: neque è vestigio manus eorum efficere possunt ea quæ allata recenter sunt: verum serò tandem & ubi plurima exercitatio consuetudinem ipsorum in na-

X C I V.

XCIV.
Pag. 31.

turam stabiliuerit, tunc operum fiunt compotes. Et quid opus est de aliis dicere? illud siquidem, quod omnes scimus potest omnes illorum nugas præcidere. Ecquid tale? Literas cum discimus, primò quidem earum nomina cognoscimus, postea figuras & potestates: sic demum syllabas, earumque affectiones: tum postea dictiones & accidentia earum: hoc est productiones, correptiones, accentus, & his similia. Cum autem eorum cognitionem perceperimus, tunc incipimus scribere & legere per syllabas: & quidem lentè primum. Vbi verò tempus sufficiens processerit, firmasque species in animis nostris impresserit: tunc ista facillè perficimus, omnemque librum, quem quilibet obtulerit, sine offensione legendo percurrimus. habitu quodam & dispositione incredibili. Tale quiddam contingere in collocatione verborum & concinnitate membrorum est existimandum, in eo negotio exercitatis: hos autem qui inexerti & inexercitati sunt in re aliqua, demirari, & fidem non habere, si aliquid artificiosè ab alio factum cum plausu excipitur, non est absurdum. Itaque contra eos qui soliti sunt irridere præcepta artium, hæc dicta sunt.

XCVI.
*Quomodo
carmen si-
mile soluta
orationi red-
datur.*

De Oratione autem ligata & melica, quæ multam habet similitudinem cum soluta, hæc dicenda habeo. Præcipuam hic quoque causam atque eandem rationem esse, quam & solutæ poëtices: nempe verborum ipsorum coaptationem, deinde membrorum collocationem, tertio periodorum commensurationem. Qui enim hac in parte volet rectè collocare orationem, is necesse est, ut eam multifariam conuertat atque coaptet: & membra in suis distantis affabrè constituat: neque efferat in versum, sed metro detruncet, atque ad eò membra inæqualia & dissimilia conficiat: sæpius etiam in commata redigat, breuiora membris: periodos quoque neque pares magnitudine, neque forma consimiles adiacentes sibi elaboret. Nam proxima apparent sermonibus, quæ à rhythmis & mensuris aberant. Idcirco his qui Epica carmina & Iambos, & cætera eiusdem formæ metra componunt, non licet variis carminum generibus aut pedibus sua scripta distinguere: sed necesse est eos, semper in vno modo

dulo permanere. * Melopœi autem, multa metra & rythmos in vnum periodum iniiciunt: ad eò vti qui monometra componunt, postquam missos fecerunt versus, membris aliàs aliter arreptis confundunt, & obscurant carminis perfectionē: cumq; periodos magnitudine & formis varias constituunt, in obliuionē carminis deueniunt. Melopœi autem qui conformes strophas faciunt, cum singulorum membrorū, inæqualium atq; dissimiliū inter se, dissimiles itidem & inæquales constituunt diuisiones, ob vtrāq; hæc non sinentes nos æquale rythmi cōceptū percipere, multam in carminib. suis cum solutis orationib. similitudinē adstruunt. Quanquā autē figurata, peregrina, extranea, poëtica nomina in poëmate obuersentur, nihilominus solutæ orationi apparent simillima.

* Lyricis.

Nullus autem arbitretur me ignorare, quod vitium poëmatis sit id quod vocatur Simile solutæ orationi: neq; mihi eam attribuat inscitiam, quasi vitium aliquod, inter virtutes poëmatum aut orationū à me ponatur. Verum quomodo ego bona à rebus nullius pretii distinguam, audiens, discat. Ego quidem quoniam sciam orationum alias esse rudes & impolitas, nempe istas garrulas & vanas: alias politas, in quibus multus est apparatus, multum artificium: quicquid in Poëtis inuenero garrulis & vanis persimile, rili dignum statuo: quicquid studio & artificio confectum, cura & imitatione persequendum existimo. Si itaq; orationes vtræq; diuersas appellationes nactæ sunt: consequens est etiam vtræq; poëmata, quæ illis similia sunt, diuersis nominib. appellari, nempe, quoniam alia docta, alia nullius pretii vocetur oratio, nihil peccauerit, quisquis poëmata bonis orationibus persimilia, bona censuerit, malis autem mala: nihil nominis paritate perturbatus. Nihil enim impedit similitudo nominis apposita diuersis negotiis, vtriusque naturam perspicere. Et de his quidem satis.

XCVII.
Occupatio.

Earum autem rerum, quas proposui, vbi exempla produxero, finem sermonis faciam. Ex * Epica itaque poësi hæc sufficient:

CXVIII.
* Heroica.

Αὐτὰρ ὅγ' ἐν λιμῷ πρὸς πύργῳ τετρακτατῷ ἀπαρπύων.

Progreditur portem nunc undis liber Vlysses.

Odyss. ξ. 1.

748. 32.

Hoc vnum est membrum, Aliud autem,

Χάρον αὐτὸ ὑλήεντα, --

Per locum syluis oblitum.

Minus hoc iam priori, carmenq; in duas partes secans.

Tertium autem hoc,

-- Δι' ἀχαιῶν. --

Per iura.

Minus hoc commatium membro,

ἢ οἱ Ἀθωῶν

Πίθηξι δὲ δῖον ἄφορβόν. --

*Vbi ei Minerva**Dixit nobilem esse subulcum.*

Ex duobus hemistichiis compositum, prioribusque nihil simile: postremò illud vltimum :

Ἐκχ. ξ'. 3.

— ὁ οἱ βιότοιο μέλισσα.

Κίδηλο εἰκίαν, ἢς κτήσας δὲ ὄδου δῖς:

*Cui pecudum viduasq; fuit cum maxima cura,**Quos Ithacus ruri tenuit fidissimus unus.*

Imperfectum quidem tertium carmen facit, quarti vero additione perfectionem ademit. Postea rursus.

Τὸν δ' ἄρ' εἰς ἀσπίδα μαδρῆ ἤιδρον, --

Hunc cum vestibulo residentem reperit alca,

Ἐτιὰμ id non concurrat cum carmine,

— Ἐπιθῆ οἱ ἀλλὰ

Ἰψηλὰ δίδμητο. —

— *Vbi porticus alta**Constructa. —*

Id quoque inæquale priori. Postea verò in his, quæ ordine sequuntur sententia, neque membris, neque commatibus periodicè prolata. Cum enim addit,

-- ἀεικέλιον εἰς χόρον, --

Circumspicua in loco.

Rursus fecit,

Καλή τε μεγαλή τε.

Pulchraq; magnaq;

Breuior est membro commatium. Postea

-- ἀείδραμε --

Qua circumiri poterat.

Verbum, per se ipsum sententiã quandam habet:

Deinceps

Deinceps alia eadem ratione collocat. Quid enim opus est protrahere sermonem?

Ex Poësi autem Iambica hæc Euripidis sunt.

XCIX.

Ὡ γαῖα πατρίς, ἧ Πέλοψ' ἐπέστηται,

Χαῖρ'

O terra patria, quam Pelops terminat.

Salve:

Primum hætenus membrum.

-- Ὅστι πίτρων δυσχέρων Ἀρκάδων

Ἔμβατθεῖς. --

Quæ saxum algidorum Arcadium

Ingredieris.

Secundum eo vsque,

-- Ἐνθεν δ' ἄρχεται γένος

Vnde gloriior genus me ducere.

Hoc tertium: & quidem priora superant carmen. hoc autem minus est:

Ἀύγῃ γ' Ἄλκυ πᾶσις με τῷ Τυρσηθίῳ

Τίχτῃ λαθραίως Ἡεροκλῆϊ.

Auge enim Alce filia me Tyrinthio.

Genuit latenter Herculi.

Postea,

-- Ἐνώϊδι' ὄρεθ'

Παρθέιον.

Agnosco ovans

Virgineam. —

Nullum hic membrum, cum carmine terminatus. Rursus aliud membrum est minus carmine, aliud carmine maius:

-- Ἐνθα μητὴρ ἀδίδων ἱμελῶ

Ἐλυσεν Ἐιλιθῆα. --

His matrem meam doloribus

Solvit Iuno.

Et cætera his similia.

Ex Melicis autem hæc * Simonidea. Scripta autem: C. fuit per distinctiones membrorum: ex qualibus nec Aristophanes, nec quispiam alius conficit: sed quales oratio soluta solet requirere. Attende itaque versui Lyrico, Fulvio Vrsilegeque omnia per distinctiones: & aduerte, quod cantilenæ rythmus te fugiat, neque poteris dignoscere, nec rursus

E 5

fracti leguntur, & ab Henrico Stephano conuersi sunt.

αὐτῇ non
αὐτῇ legendū
docuit Paul.
Leopard. em-
mendat. lib.
3. cap. 24.

stropham, nec antistropham, nec Epodum: sed apparebit tibi Prosa sic diuulsa. Describitur autem Danae per maria agitata, quæ deplorat suam calamitatem.

Ὅτι λάρνακι ἐν θαλάσσεια ἀνέμῳ
 βρίμη πνίαν· κινήθεισε ἢ λίμνα,
 θείμασι ἔραπνι, ἔτ' ἀλγόντασι
 παρειαῖς, ἀμφὶ τε Πιρσεΐβωδῃ
 φίλαν χόσιν, εἴπνι τε, ἠΐτενον,
 οἷον ἔχω πόνον, σὺ δ' αὖτε θαλασσιῶν
 ἦτορ κνώσας ἐσάπτωσι δῶματι,
 χαλκοζόμφῳ ἢ, νυκταμπεῖ,
 κυανίῳ τε δινόχῳ. τί δ' ἀναλίσσῃ
 ὑπὸ τῆ παύκῃ μαν βαδείῃσιν
 παρλόγῳ κύματι ἔσθ' ἀλέγας,
 ἠδ' αἰέμου φθόγγων, πορφύρεα
 εἰ δέ τοι θεινόν τό γε θεινόν ἰώ,
 κείμῳ ἐσχαλαίδι πρὸς σὺν κελόν.
 καί κεν ἐκὼν ῥημάτων λιστὸν
 ὑπεῖχας ἔας. κίλομαι δ' ἔδ' ἑρέφῳ,
 δίδῶτω ἢ πόνῳ, δίδῶτω ἄμα τῶν κηρῶν.
 μοταγυλία δ' ἔλας φανοῖη.
 Ζεῦ πάτερ, ἐκ σέο ὅπ' ἡμεροαλίαν
 ἔσθ' ἀγνομαί τεκνίφῳ δίκασματι.

*Quæcumq; in arca, affabrè facta, ventus fremere spirans:
 commotaq; palus pra horrore concideret, madidis genis:
 Perseo admonis charam manum, dixitq; o fili, quantis angustis premor:
 tu verò lacteo pectore dormis: in tristi domo:
 & clavis ferreis compacta: & noctis lucida atraq; caligine:
 Tu porro siccam supra tuam casariem, prateruentem fluitum
 non curas: nec venti sonos purpurea in cunicula comati-
 bus, habensq; faciem pulchram.*

*As si à te peniculum graue esse iudicaretur, ut certe graue est:
 saltem meis verbis teneram supponeres auriculam. Iubeo dormis infans,
 dormiat & mare dormiat & immensum malum. Ceterum hoc inane
 quoddam consilium fuisse reperiatur. Iupiter pater, per se,
 siquidem quod audacter dictum sit opto, filiis opera poenas mihi dari.*

Hæc carmina & mecum sunt simillima pulchris orationibus: idq; ob causas supra à me expositas.

Habes

Habes à me munus ô Rufe, *quo non præstantius vltum*, si illud volueris assidue, veluti quidpiam aliud vtilissimum in manibus habere, & vsu indies exercere. Neque enim artium præcepta per se sufficiunt etiam cupidos sui artifices excellentes efficere, sine meditatione & exercitatione: quin ea ipsa præcepta, vt sint vel nullius vel alicuius præcii, in iis situm est, qui elaborare, & molestiæ aliquid suscipere in illis velint.



DIONYSII Pag. 31

HALICARNASSEI

PRÆCEPTA DE ORATIONE PA-

negyrica, M. Antonio Antimacho

interprete.

PANEGRYS, solennis scilicet quinquennialium ludorum celebras suas conuentus, est inuentum & donum Deorum, ad requiem maiorum rerum quæ ad vitam attinet, tradita (sicuti quodam in loco inquit Plato) cum Diu humanum genus ad laborem natum miserati essent. Coacti autem fuerunt à sapientissimis hominibus conuentus, & à ciuitatibus publicè communi decreto, ad ressiendos recreandosque animos, ac ad oblectationem atque solatium spectantium constituti. Tributus verò ad hos mutuo celebrandos, est à diuitibus suppeditandarum quidem pecuniarum sumptus, à principibus circa hoc ornatus ad magnificentiam apparatus rerumque ad id commodarum opulentia. Panegyrim athletæ corporum robore ornant plurimum; &

H. Musarum ac Apollinis sectatores musica, quæ in ipsis reperitur. At virum, qui in literarum & eloquentiæ studiis versatus fuerit, ac vniuersum vitæ tempus in eis consumpserit atque contriuerit, in ornanda panegyri ita sese gerere oportet. ac tanto inniti artificio, vti eius oratio à vulgari dicendi ratione abhorreat. Age igitur, ô Eche-crates, ad hoc tamquam duces vitæ nequaquam tritæ nec à multis tentatæ facti. explicamus tibi ea quæ olim à nostratis sapient & parentibus nobis tradita accepimus: illi verò, & illorum etiam superiores, à Mercurio & à Musis habuisse dixerunt: non secus ac Alcæus pastor ab eisdem in Helicone possim est consecutus. Age itaque, cum huiusmodi arte orationes sequere. Deus etenim vniuersæ, quæcumque sit, panegyrius aliquo modo præses, & eiusdem est nominis: vt. Olympiorum, Olympius Iupiter: eius autè quod in Pythiis sit certaminibus, Apollo. Principium igitur huiusmodi orationis, quæcumque fuerit, laus Dei nobis sit, tamquam vultus seu persona quædam splendida, in sermonis inuio posita atque instituta. Laudandi autem exordium, ab iis quæ Deo insunt, eique attribuantur, prout res copiam suppeditent, sumes. si quidem Iupiter fuerit, adducendum erit, Deorum regem, rerumque omnium opificem esse: Si verò Apollo, musices iuuentorem extitisse, & eundem esse cum Sole: Solem autem omnium omnibus bonorum auctorem. Præterea si Hercules erit, Iouis esse filium: & ea quæ mortalium vitæ præbuit, connumerabis. Et locus sermone complebitur ex iis quæ quilibet aut inuenerit, aut hominibus tradiderit. Verum hæc breuibus narrabis, ne præcedens oratio sequenti maior euadere videatur. Deinceps vrbis laudes, in qua publicus conuentus celebratur, vel à situ, vel ab ipsius ortu, recensere oportebit. in quo sanè, quis Deus aut heros eius conditor extiterit, aut si aliquid habebis quod de eo in medium possis afferre: si quid videlicet ab eo vrbis præclarum, vel bello vel pace gestum fuerit, commemorabis. Congruet etiam de magnitudine, si ampla vel parua sit, aliquid dicere: quod pulchritudine excellit, quod licet parua, potentia tamen cum amplissimis est adæquata. Deinde quæcumque ad templorum

III.

ptorum, aut in his additamentorum seu donatorum, publicorum priuatorumque ædificiorum ornamentum attingent, non erunt silentio prætereunda: quemadmodum Herodotus quodam in loco, quinque & sex tabularum ædificia Babyloni esse dicit. si fluuius sit magnus, si purus & nitidus, vel regionem incolentibus utilis si itidem aliqua fuerit fabula, quæ de ciuitate prædicetur. Hoc pacto multum suauitatis, plurimum lepôris atque dulcedinis habebit oratio. Ad hæc de ipso certamine dicendum erit, quodnam habuerit initium, quæ ipsius fuerit constitutio, vel quam ob causam positum dedicatumque sit. si aliqua sit fabula, vel aliquid aliud priscum, horum nihil erit omittendum. Ad id verò cum veneris, non erit locus simpliciter transeundus: sed cum aliis certaminibus oportebit hoc comparare. nam id tibi suppeditabit dicendi copiam. Et hoc modo augebis orationem, vt ab anni partibus comparans. si quidem veris tempore agatur, explicandum erit agi in temperatissimo, respectu caloris & frigoris: si in hieme, in validissimo atque fortissimo (vt quispiam dixerit) tempore celebrari: si in æstate, ad exercitationem contemplationemque spectatorum, constitutum esse, & voluntatis indicium atque probationem existere, & deficientibus athletis spectatores decertare debere. poteris etiam auctumnum à fructuum collectione, seu repositione, non parum laudare: & ab eo quod iam homines à laboribus cessent atque quiescant. Deinde considerandum erit quo modo sint disposita certamina. Et ceterum si musicum & gymnicum sit, plane perfectum esse, in eoque nihil deesse, & sine aliquo defectu, corporum robore, vocum concentu, ac reliquis musicæ partibus temperatum, existere. Si autem gymnicum sit, musicam tamquam animum mollientem atque effeminantem abdicasse, corporum verò robur sumptisse atque retinuisse: & sollicitudinis & angoris modum ad fortunam qua in bellis opus est comparandam conferre plurimum. Coronam præterea, quæcumque sit, ne silentio negligenter prætereas non enim in hac re peragenda versaberis, tibi laudes deertunt. Nam si quercum laudate contigerit, eam Ioui sacram dices, & primum atque an-

IV.

V.

Pag. 344

tiquissimum fuisse omnibus cibum, & nequaquam mutam aut elinguem: quippe quæ in Dodona sit aliquando locuta. Si autem oliua fuerit celebranda, Palladi dicarum, laborum medelam, ex hac planta antiquos erexisse dedicasseque trophæa; hanc arborem esse signum & notam victoriæ; Pallademque, cum superasset Neptunum, hac prima coronatam fuisse differes: & tandem certantibus esse familiarissimam: athletarum enim certamina per oleum conficiuntur. nec non orationi sociam existere, eiq; multum suffragari, qua publici conuentus exornantur. Laurum quoque pari ratione laudibus efferes, dum Apollini sacram, plantamque vatibus dedicaram dices. in qua planè laudanda, si Daphnes fabulam attingere volueris, non utique alienum nec absurdum videbitur. Similiter etiam, si quid aliud affuerit; ut Cereris fructus: vel si fide non careas, circa vnumquodque istorum te poteris diffundere. Nec illud erit extra magnificentiam & gloriam, si certaminis coronam cum reliquorum certaminum coronis comparandam duxeris. Regis verò laus, à te veluti totius orationis fastigium, inducatur apponaturque, & quod verè omnium certaminum præses, qui pacem tuetur, propter quam certamina perfici queunt. Nonnulli etiam illos qui ludos disponunt, laudibus prosecuti sunt: siquidè hi gloria insignes sint, quod aliis ante in reb. utiles fuerint, at in his splendidissimi atq; ornatissimi reperti sint. Si verò nulla habeas antiquiora, quæ in medium possis afferre, explicandū erit, principiū gloriæ, quæ ad patriam pertinet, esse maximū, & Græcorū generi maxime innatum. Reliqua elocutio sit, ut vniuscuiusq; natura & voluntas postulat. Verum si in dicendo præstare oportet atque antecellere, (ut quod sentio dicam ingenuè) numquam auctor fuerim, uti eiusmodi elocutio sit vnius tantum modi, sed varia simul & mista: & alia sint simplicitate procedentia, alia oppositis & adæquationibus Isocratis respondentia, alia autem diuisis atque distinctis expressa. Scio enim nostratis chori ducem & præfultorem hanc viam vel in pluribus (ut ita dicam) sectatum fuisse: nisi quidpiam in aliquo præcipuo genere scribere proposuisset. Cuiusque autem formæ dicendi,

VI.

VII.

VIII.

materia

materia videtur facultatem præbere. Verum iis quæ excogitaueris, oportet etiam consequentem & congruam elocutionem inducere: quemadmodum narrationes, & aliquid fabulæ habentia, simplici & non fucata oratione opus est explicare. Quæcumque autem de regibus, vel de Diis optimis maximis literarum monumentis mandare volueris, ea cum venustate, sententiarum grauitate, & maiestate verborum dicenda erunt. Quæ verò ad collationes, siue similitudines, nec non ad comparationes pertinent, urbano sermone complecteris: nisi quispiam ad hoc, dignum aliquod orationis genus in omnibus præbuerit. Illud tamen quod prædictum est, habet plus ostentationis, & maiorem affert populo delectationem atq; voluptatem.

PRÆCEPTA DE ORATIONE
Nuptiali, eodem interprete.

I.
Mihî profecto iucundum admodum fuisset, tuis non solum adesse, sed interesse nuptiis, mi carissimum caput: quo tecum simul chorum ducerem, tecum baccharer, & paulò post conficiendum matrimonium iterum atque iterum laudibus extollerem, Hymenæumque (quem in nuptiis dici par est) canerem. Verum cum vinculum hoc, quod ad literarum studia, ad præsentemque eruditionem trahet, nos inuicem separet, (absit enim vt mente, affectu, & cogitationibus, quæ ad animorum coniunctionem spectant, vniquam seiungamur) iccirco habeas hoc me tamquam aliquod munus. ad vsum atq; ornamentum nuptiarum, vt nec expers. nec ignarus sis eorum, quæ his dici consueuerunt: seu tu id apud te ipsum seruare, e alicui tamquam symbolum ad promerendam gratiam conferre volueris. Forte igitur & tu iam à iuuentutinis huiusmodi orationem proluxisti, dum primam ad me rhetoricorum viam ingressus, tum cæteris contentis componendis quæ rhetoricis exercitationibus ornata nauares; tum etiam ea quæ quæstiones vocantur,

- & ex his ea quæ ad orationem de nuptiis pertinent, & cohortationem ad eiusmodi res studiosè admodum persequeris. In illis enim quæ præcipua sunt, hanc etiam in primis materiam iuvenes ad scribendum deligunt, An sit vxor ducenda? Oratio autem quam nunc in manibus habemus, in eiusmodi locutionum genere versatur: nec ab iis quibus in quæstionibus Deorum uti consueuimus, dissentire videtur: quod hi scilicet inuenere ostendereq; hominibus nuptias. Iupiter enim & Iuno, primi coniungentes & copulantes. Proinde hic quidem omnium Pater vocatur; illa verò, * Iuga nuncupatur, quod mari sceminam coniungat. & ab istis diis reliquorum Deorū, qui in nuptiis celebratur, ac nuptiales natalesque appellantur, cœtus in mortalium vitam prodiit. Et nuptiæ sunt in causa, ut Dii isti ita nominentur, colantur, maximoq; in honore habeantur. Nam absque nuptiis, neq; horum Deorum cultus celebrationesque ad homines peruenissent. Deinceps orationem de natura oportet inducere, quod hoc ipsius est opus, generare scilicet, concipere, & partum ferre. idque per omnia ipsius opera, & animalia & plantas transire. Adducemus postea differentiam quæ est in hominum coitu atque societate: quod alia sanè imprudenter & temerè miscentur, homo autem ordinem quendam matrimonii & institutum inuenit, non ut gregatim ferarum more coire concedat, sed qui duorum maximè commodorum coniunctionem societatemque per vniuersam vitam excogitauerit. In qua planè re commemoranda attinges, à fera agrestique ac erratica vita discessisse, & ad humanum, mansuetum, ordinatumque victum per matrimonium deductos fuisse & hominum genus cum mortale sit, ex matrimonii coniunctione atque societate, propter continuationis scèiem, immortale effectum fuisse. nam susceptione posterorum, veluti lumen accenditur: quod & posteritati per generationem hominis permanet, ac numquam exstinguitur. Et hoc vtrique symbolum optimum, non pecuniarum, aut possessionum, sed ipsius naturæ & generis, non iniuria quispian dixerit. Scrutaberis & quæres præterea post hæc, quot bona eis contingant qui vxores ducunt. Primum quidem

II.

Pag. 35.

* f. Iugia, vel
Iugalis.

III.

IV.

quidem, ad gloriæ existimationem. Nam temperantiæ fructum, quæ nimirum optima virtutis est pars, statim ab ipsis nuptiis assequi incipiunt. Matrimonium enim, continuo temperantes homines reddit: quoniam ii qui ad id sese contulere, ab illegitimo inordinatoque coitu liberati, ad solam propriam vxorem respicere videntur. Ex hoc namque homines honoratioresevadunt, fide- liores, beneuolentioresque omnibus in rebus erga pa- trias censentur: eo quod suos ipsorum liberos, tamquam obsoles, patriis dederint: propter quos in primis necessa- rium est, vt in consilium adhibeantur recipianturque. Ad dolores etiam & difficilia quæ sunt in vita, nuptiæ sunt utilissimæ: quippe quæ hæc tamquam onera red- dant leuiora, cum molestiarum omnium vxores facia- mus participes, & ex societate & communicatione non minimam capiamus consolationem. Hinc ea quæ sua- uia & iucunda sunt, necesse est vt videantur iucundiora: cum ipsi non nobismet ipsis tantum lætemur, sed filios, vxores, aliosque consanguineos habeamus, quibuscum hæc communicemus, qui profecto hæc nobiscum cele- brent, nobiscum gaudeant, ac læticia simul efferantur. Hac de causa dies festi, solennes celebritates, ludi, con- uentus publici, iucundiores sunt: quia inter multos fiunt, & cum multis communicantur. Ex qua nimirum te affi- nitates augeri necesse est. Inquies etiam, quod ex hoc primum habitationes domusque sunt ædificatæ, ædificia comuncta, postea pagi vicique facti, & deinde ciuitates constitutæ. Ex matrimonio verò quam plurimorum co- gnatio, & cum externis hominibus affinitas cognatioque est consecuta. Ad quod comprobandum, apponendæ erunt & commemorandæ celebres & gloriolæ nuptiæ, vel antiquæ: & bona quæ propterea hominibus prone- nere, explicanda: & difficilia atque molesta ferè omnia matrimonio depelli, nec non fugari, demonstrandum. & quo pacto Menelaus propter nuptias Helenæ immor- talis factus sit, & Peleus ob Thetidis matrimonium & Admetus propter Alcestim fatalem mortem euitauerit. Vbi autem de his satis dictum fuerit, precibus, quæ bo- norum petitionem pro nuptiis ac susceptione liberorum

F

V.

VI.

VII.

habeant, vteris. Præterea tibi erit effingenda malorum auersio, veluti prædicenti qualis vita sit futura cum liberis, & quod eorum chorus, si contingat, erit inspicienti iucundissimus, & quod rursus instaurabitur quodammodo, & vna cum propriis liberis iterum adolescet. Tam etiã memorare oportebit, ea quæ & ipse aliquando in iuuentute gesserit: suaui enim & iucunda est eorum quæ in pueritia nostra fecerimus, recordatio: nec aliud est quod rursus faciat reuiuiscere. Si verò quispiam suam ipsius imaginem inanimatam inspiciens delectatur, quando hanc non inanimam, verum expressam, viuam & spirantem intuetur, & non vnã, sed multas, (si ita contingat) quanto magis lætari debebit? Hinc rursus discedendum, & attingendæ sunt atque commemorandæ aliquæ historiæ, in quibus sint, quotquot mortales propter liberos floruerint, & propulsatis atque auersis malis, felices fortunatiq; euaserint, vt Anchisæ, Æneæ opera, contigit. Opus est etiam personas illorum qui matrimonio coniunguntur, nequaquam silentio præterite, sed harum quoque laudes in mediũ afferte. Aliquando igitur hæc dicendi formam in principio, aliquando in fine vtenum est. Si enim personæ fuerint gloria admodum celebres, in principio: si minus insignes, hæc erunt subdenda, & vltimo loco recensenda. Laus autem ea, quæ in laudationibus sunt, continēbit. Et loci iidem ipsi erunt, à patria, à genere, à natura, ab educatione: & quod æquales, similes, certiq; ambò sunt. Sumes itidem laudandi argumentum ab ipsorum parentibus atq; maioribus: qui profecto si ex eadem sunt patria, quod iam diu familiares atq; peculiare ex loco sint: si autem ex diuersis, quod à Diis optimis maximis in hæc societatem coacti fuerint: item si ex eodem genere sunt, quod incrementum, amplificatio & familiaritas affinitatis, alia ad aliam accessit: proinde vinculum multò firmiter & validius effectum est. Quando autem à variis studiis atque institutis sunt, vt militiæ, vt literarum, concentum hunc, cum sapientiæ sit adiuncta fortitudo, optimum esse consentaneum est. Ad des insuper, quales par est futuros illos qui ex his procreati suscipiuntur. Si autem tu ipse, qui orationem haberes,

Pag. 36.

VIII.

peractis propria est oratio accommodanda vt Thucydidēs fecit. De huiusmodi vrbe ac certamine multi etiam alii contenderunt, optaruntq; victoria potiri. Quoniam verò personæ diuersæ sunt (Alii enim gloria clari, alii verò inglorii : & illi quidem multas adepti sunt coronas, hi verò nunc primum) conabimur singulos in propriis cuiusq; rebus adhortari. His quidem, qui multas acceperunt coronas, pulchrum est, atq; honestum si pudeat alios etiam plures adipisci. Augescit enim coronis gloria. At qui pauciores coronas sunt consecuti, hortandi ne his contenti sint; quin etiam sic inualescant magis, quod & veie & gratuito certamen repetant, & alios excipiant. De

Prou. Dimidium facti
qui cepit
habere.
*Horat. **

nupet verò incipientibus illud, *Principium dimidium essetotius*. Et victis quidem, honestum esse certamen redintegrare, vt non tam animo vel corpore quam fortuna superati esse videantur. Deinde hos quidem excitare oportet honesto, alios turpi. Et eos qui multos antea vicerint turpe est vinci ab iis, qui nunquam antea vicerunt : aliis contra gloriosum. Neque fidem excedit victos tandem etiam vicisse, & singulari corona aliorum gloriam præterpisse. Hinc ostendere tentabimus, quomodo turpiter

Pausanias
lib. II. ἐλιακῶν.

quidam & ignominiose corrupti victoriam vendant, vtrisque turpitudinem applicando, cum iis qui pecunia nundinantur, tum qui accipiunt. Hi enim pecuniam cum victoria permutant: in quo sunt, pecunia, & gloria: illa quidem temporaria est: gloria verò immortalis. Illam aufert fortuna, tempus, ac belli calamitas; hæc verò amitti non potest. Pecunia delectat quidem viuentem; gloria etiam post mortem claros reddit. Illa malo sæpe paratur; gloria virtute & honestate acquiritur. Deinde etiam dantes, vt apparet, victori reuera victoriam comparant: neque gloriam sed ignominiam pepererunt. Etenim nõ reuera vicisse, dedecus potius quam honorem adfert: Et quamuis aliis sit victor ignotus, ipse sibi probe est conscius & aliis victor apparet, quem sui victum fuisse iudicabant. Ac ne in tali quidem victoria voluptas est: quia pudorem insutiens reprehensio in turpi victoria præsto

præsto semper est. Deteriores etiam huiusmodi sunt proditoribus. Hi enim aliis potissimum nocent; illi etiam damnum sibi adferunt. Scortis adhæc similes sunt, quæ corpore alios excipiunt; at hi turpis lucri causa, sese aliis tradunt. Quin etiam minimæ ignorantur. Conspicui enim statim sunt, vel corporum mole, vel exercitationibus, aut denique è prioribus certaminibus noti. Hos etiam manent flagra, conuitia, & corporum vulnera, quæ propria seruorum, nõ autem liberorum sunt hominum. Conuiciis adhæc à spectantibus excipi consueuerunt, pro laudatione, plausu, atq; corõna: interdum etiam damno affici solent, dum studio ac certamine depelluntur. Præcipue verò cum tanquam liberi sibi placentes in seruorum se videant supplicia pœnasque incidisse. Et sanè certantium pleraq; videant esse seruilia, vt accusari, & veluti indignos se certamine haberi. Ipsos verò suffragia athletarum, quasi liberi sint adeptos; seruorum verò * contra * se domi calculos habere. In his locis dum versam, ut veterum etiam decet meminisse: proferre etiam exempla eorum, qui clari victoria euaserunt, quiq; inuicti fuerunt & victoriam sepe pepererunt. Nonnulli quia paruam, at tamen gloriosam sint victoriam adepti, & omnes sine precio. Hoc amplius temperantia & continentia victus, corporis denique exercitatione tales euaserint. Quodq;


* ἡγεῖν ἔδωκε
πῶν.

fortuito sæpè illis hæc acciderint. Quidam etiam Diis pares habitus; nonnulli etiam pro Diis priorem culti sunt.

*Sic Delphica
vases Asy-
palaensibus
Pythium O=*

Faculum de Eleomede Olympia vincens, consulentibus respondit:

*Ἴσται ἡρώων Κλειμένης Αἰγυπιαίου
Ὁν θυσίας πρὸς ὧς σέβει θεῖον ἰόντα.*



DIONYSII HALICARNASSEI DE FIGVRATIS ORATIO- nibus Tractatus primus.

Interprete *And. Schotto, Antuerp.*

I.

Pag. Gr. 43.

v. 33.



VNT qui disceptationes omninò figuratas esse negent, sed partes earum figuris variari cōcedant: integræ verò caulæ ac controuersiz vt hoc orationis genere pertractetur, fieri aiunt nō posse: nequaquã enim posse auditores intelligere, nisi aperta fuerit oratio, quæ de re sermo habetur: neq; veteres esse vsos huiusmodi orationis genere, aut disceptationis. Nos autē quot figuratarū disceptationū sint species, dicemus; tractādīq; methodum indicabimus, veteribus ipsis, quos hac orationis formā vsos negant, in testimonium adductis. Sunt autem dictorum schematum seu figurarum species tres: quarum vna recto ductu quæ vult dicit, in quâ Decorum requiritur, siue vt personarum dignitati, ad quos oratio habetur, cōueniat; siue vt maiorem apud auditores sibi compararet fidem. Atque hanc quidem speciem rhetores non abnuunt, sed *χρῆμα* seu *colorem* appellant. Gratiolas enim & plausibiles orationes, nescio vnde persuasi, sic appellant, cum aut quis alloquitur patriam, aut optimum quempiam, aut Imperatorem, aut Magistratum aliquem, aut ciuitatem vniuersam. Altera verò species est, quæ obliquè alia quidam dicit, alia verò dicen-

do ma-

Pag. 24.

Forse εἴρεται

δὲ χρῆμα.

do machinatur. Tertia species est, quæ contraria his, quæ dicenda sibi sumsit, efficere conatur. Eius igitur, quem colorem plerique vocant, neque obscura, neque difficilis est methodus, ratioque tractandi. Siquidem, modestiâ orationi adhibita, dicendique libertate amota, verecundiam præ se ferre, & polliceri nihil velle temerè, nihil dolosè dicere; huiusmodi ratio dicendi postulat. Præcipue verò & maxime in hisce orationibus artis est, pro odiosis gratiosas obtendere causas. Quæ verò aliud dicunt, aliud agunt, quâ viâ & dicendi ratione vtuntur? Prætendunt alias auditoribus causas, aliumque scopum; vt, quæ persuadere volunt, tali obtentu credibilia faciant. Sustinent autem hi geminam quodammodo controuersiam: oratione enim prætendunt Reipub. commodum, arte verò id, quod causæ ratio & necessitas postulat. Quæ autem oratio, contraria his quæ dicuntur intelligi postulat, absurdam plerisque videbitur habere methodum. Neceffe est enim ipsum auditoribus in contrariam opinionem propensum videri; vt ex hac dicendi formâ facillimè appareat, rhetoricæ artis esse, contraria dicere. At quæ orationis ratio? breuis, & aperta. Vt enim in simplicibus, & minimè fucatis disceptationibus prodest, si nulla videantur dici aduersa; ita hîc, aduersa, si adsint, commodum adferunt: * si autem absint, noxam. Omnino enim probabit causam suam, cuius aduersa & pugnancia explicabit. Si enim contraria his, quæ [tectè] conatur & studet, dicendo persuadeat; negotium confecerit; si autem, quod [callidè secum meditatur ac] vult, efficiat; contraria iis quæ dicit, [ac probare conatur] persuasisse putabitur. Methodus autem horum, quæ? * Quibus suam causam probare conatur orator, ea infirma esse oportet; quibus autem aduersarii, firmissima: & quæ ipse obiicit, facile dissolubilia; quæ verò aduersarii nomine profert, eiusmodi, vt redargui facile nequeant. Atque hæc vna methodus: altera verò; vt in simplicibus non conuenit mutabilia dicere, neque ea, quibus aduersarius quoque vti queat; ita in hisce disputationibus ea dicenda sint, quibus etiam is, qui contradicit vtatur. Atque hæc sunt præcipuæ figuratæ orationis formæ. Spe-

*ὡς ἂν πρὸ
ἀκρίτου.*

* *δὲ μετα-
τιμῆ in μὴ.*

*Distinctio
alia.*

* *Omissa
paucæ.*

*ὡς περ ἐν τοῖς
ἀπλοῖς ἀγώ-
σι τῆς.*



VI.

Hæc est implexa ipsius oratio, quâ aliud spectat, aliud dicit. Quomodo autem id faciat, ex ipsius Oratoris verbis discamus. Sunt autem hæc: *Volo autem præceteris, quæ dicturus sum, vos imprimis admonitos; quod ple-rosque memoriâ tenere confido; quem Æschines locum in republicâ primum obtinere voluerit, quas sibi conciones in Philippum habendas putarit; ut intelligatis, quod suis ipse gestis & concionibus in principio habitus, maximè muneri- bus esse corruptus arguetur. Hic enim omnium Athenien- sium primus, (ut tunc oratione ad populum habitâ fassus est,) Philippum animaduertit Græcis insidiari, & quosdam in Arcadiâ ciuitatum Præfectos corrumpere: Cumque Isthandrum Neoptolemi filium haberet sibi subseruientem, & secundas partes agentem, huius rei gratia tum ad Senatum, tum ad populum accedens, vobis persuasit, ut quo- uo uersum legatis missi, huc conuocaretis de bello aduer- sus Philippum deliberaturos. Et postea de Arcadiâ reuer- sus, inter sexcenta alia, refert in summo Senatu, egregiam illam & benè prolixam orationem aduersus Hieronymum, qui Philippi partes tuebatur, pro vobis esse habitam: & narrat, quam malè mereantur non de suâ modo patriâ, ve- rum etiam de uniuersa Græcia, qui munera à Philippo ac- cipiunt, eisque se corrumpi sinunt. Postquam igitur, his ita ab ipsa tunc è repub. administratis, talique specimine sui exhibito, de pace ad Philippum legatos mittere persuasisset ab Aristodemo & Neoptolemo, & quibusdam aliis, qui ni- hil inde sani renunciabant; adscribitur legatorum illorum numero & hic Æschines; non quod ex iis crederetur, qui vestra vendituri essent, aut qui Philippo fidem dedissent, sed qui alios essent obseruaturi. Ob prædictas enim orationes, odiumque eius in Philippum, hanc meritiò opinionem de ipso conceperatis omnes. Hæc est callidæ machinationis in oratione tractatio. Iam enim & populum iam eodem so- cium errore versatum, probârat Demosthenes. Deinde accedit ad id, in quo est maximum artis momentum. Postea (inquit) me adiit, mecumque conuenit, ut pariter hac legatione fungeremur; quo impurum illum & nimis effrontem ambo simul obseruaremus Philocratem: multa præterea admonebat, usque ad reditum à prima legatione.*

Quare

Lego βυ-
λῆν pro
πρωτῶν.

Quare perditus ille, ô Athenienses, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit. Incredibilem eius calliditatem eo demonstravit, quod omnes fefellerit. Deinde statim hoc intulit; *Quemadmodum vos, ita & ego, deceptus sum.* Paucis inreriectis de Philocrate locutus, ipse sibi tribuit culpam, simplicitatis obtentu propositi sui vafritiem regens dicendo: *Quare perditus ille, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit.* non autem dixit, *Me quoque:* ne vniuersum institutum domi natum & elaboratum videretur. Ita quidem alia præ tendit ac dicit, alia spectat & molitur Demosthenes: ac deinceps per totam Orationem id facit, & in reliquis, vsque ad finem contentionis vniuersæ. Atque hoc tibi Iudicialium orationum fuerit exemplum; quæ figurâ quadam aliud præ tendunt, aliud moluntur. *Suasorii* verò generis artificium idem Demosthenes per totam *de Curis* orationem nobis ostendit: Negotium est huiusmodi. Athenienses vehementer erant in regem Persarum concitati Oratorum concionibus, extollentium ipsos, maiorumque laudibus instantium, rerum gestarum memoriâ contra barbaros renouatâ: sed in bello contra Philippum Macedonum regem suscipiendo sunt segniores. At Demosthenes his contraria studet; cum rege Persarum ipsos bellare non vult, cum Philippo vero, vult. Vides geminos scopos sibi contrarios. Quâ ratione igitur in his tractandis versatur? Duplici vtitur schemate: aduersus regem non negat pugnandum, sed ait nondum esse opportunum. Si enim apertè suassisset, ne pugnarent, animos illorum à se alienasset, illique audire ipsum recusassent; eum toto animi impetu ad bellum ferrentur. Dicit ergo, bellum esse quidem gerendum, concedens ipsis quod vellent; sed prius ad bellum necessaria esse comparanda, vt minore cum periculo, & iustiore de causa bellum moueretur, non sine quodam artificio id ita narrans. Sciebat enim quod morâ & procrastinatione animi impetus hebesceret. Atque statim à proœmio, ne videretur regis partibus studere: *Ego communem omnium Græcorum hostem esse regem existimo: Non tamen ideo suaserim vobis, vt soli, sine aliis, bel-*

VIII.

Pag. 46.

VI.

Hæc est implexa ipsius oratio, quâ aliud spectat, aliud dicit. Quomodo autem id faciat, ex ipsius Oratoris verbis discamus. Sunt autem hæc: *Volo autem præceteris, qua dicturus sum, vos imprimis admonitos; quod plebrosque memoriâ tenere confido; quem Æschines locum in republicâ primum obrinere voluerit, quas sibi conciones in Philippum habendas putarit; ut intelligatis, quod suis ipse gestis & concionibus in principio habitu, maximè muneribus esse corruptus arguetur. Hic enim omnium Atheniensium primus, (ut tunc oratione ad populum habitâ fassus est,) Philippum animaduertit Græcis insidiari, & quosdam in Arcadiâ ciuitatum Præfectos corrumpere: Cumque Isthandrum Neoptolemi filium haberet sibi subseruientem, & secundas partes agentem, huius rei gratia tum ad Senatum, tum ad populum accedens, vobis persuasit, ut quoque versum legatis missi, huc conuocaretis de bello aduersus Philippum deliberaturos. Et postea de Arcadiâ reuerfus, inter sexcenta alia, refert in summo Senatu, egregiam illam & benè prolixam orationem aduersus Hieronymum, qui Philippi partes tuebatur, pro vobis esse habitam: & narrat, quam malè mereantur non de suâ modo patriâ, verum etiam de uniuersa Græcia, qui munera à Philippo accipiunt, eis que se corrumpi sinunt. Postquam igitur, his ita ab ipso tunc è repub. administratis, talique specimine suis exhibito, de pace ad Philippum legatos mittere persuasissetis ab Aristodemo & Neoptolemo, & quibusdam aliis, qui nihil inde sani renunciabant; adscribitur legatorum illorum numero & hic Æschines; non quod ex iis crederetur, qui vestra vendituri essent, aut qui Philippo fidem dedissent, sed qui alios essent obseruaturi. Ob prædictas enim orationes, odiumque eius in Philippum, hanc meritò opinionem de ipso conceperatis omnes. Hæc est callidæ machinationis in oratione tractatio. Iam enim & populum in eodem seculum errore versatum, probârat Demosthenes. Deinde accedit ad id, in quo est maximum artis momentum. Postea (inquit) me adiit, mecumque conuenit, ut pariter hac legatione fungeremur; quo impurum illum & nimis effrontem ambo simul obseruaremus Philocratem: multa præterea admonebat, usque ad reditum à prima legatione.*

Quare

Lego Βυ-
λῆν pro
πολῆν.

Quare perditus ille, ô Athenienses, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit. Incredibilem eius calliditatem eo demonstravit, quod omnes fefellerit. Deinde statim hoc intulit; Quemadmodum vos, ita & ego, deceptus sum. Paucis inreriectis de Philocrate locutus, ipse sibi tribuit culpam, simplicitatis obtentu propositi sui vafritiem regens dicendo: Quare perditus ille, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit: non autem dixit, Me quoque: ne vniuersum institutum dominatum & elaboratum videretur. Ita quidem alia præ-tendit ac dicit, alia spectat & molitur Demosthenes: ac deinceps per totam Orationem id facit, & in reliquis, vsque ad finem contentionis vniuersæ. Atque hoc tibi Iudicialium orationum fuerit exemplum; quæ figurâ quadam aliud prætendunt, aliud moluntur. Suasorii verò generis artificium idem Demosthenes per totam de Curio orationem nobis ostendit: Negotium est huiusmodi. Athenienses vehementer erant in regem Perfarum concitati Orationum concionibus, extollentium ipsos, maiorumque laudibus instantium, rerum gestarum memoriâ contra barbaros renouatâ: sed in bello contra Philippum Macedonum regem suscipiendo sunt segniores. At Demosthenes his contraria studet; cum rege Perfarum ipsos bellare non vult, cum Philippo verò, vult. Vides geminos scopos sibi contrarios. Quâ ratione igitur in his tractandis versatur? Duplici vitur schemate: aduersus regem non negat pugnandum, sed ait nondum esse opportunum. Si enim apertè suasisset, ne pugnarent, animos illorum à se alienasset, illique audire ipsum recusassent; cum toto animi impetu ad bellum ferrentur. Dicit ergo, bellum esse quidem gerendum, concedens ipsis quod vellent; sed prius ad bellum necessaria esse comparanda, vt minore cum periculo, & iustiore de causa bellum moueretur, non sine quodam artificio id ita narrans. Sciebat enim quod morâ & procrastinatione animi impetus hebesceret. Atque statim à procemio, ne videretur regis partibus studere: Ego communem omnium Græcorum hostem esse regem existimo: Non tamen idèo suasurum vobis, vt soli, sine aliis, bel-

VIII.

Pag. 46.

VI

Hæc est implexa ipsius oratio, quâ aliud spectat, aliud dicit. Quomodo autem id faciat, ex ipsius Oratoris verbis discamus. Sunt autem hæc: *Volo autem præceteris, qua dicturus sum, vos imprimis admonitos; quod plerosque memoriâ tenere confido; quem Æschines locum in republicâ primum obtinere voluerit, quas sibi conciones in Philippum habendas putarit; ut intelligatis, quod suis ipse gestis & concionibus in principio habitus, maximè muneribus esse corruptus arguetur. Hic enim omnium Atheniensium primus, (ut tunc oratione ad populum habitâ fassus est,) Philippum animaduertit Græcis insidiari, & quosdam in Arcadiâ ciuitatum Præfectos corrumpere: Cumque Isthandrum Neoptolemi filium haberet sibi subseruientem, & secundas partes agentem, huius rei gratia tum ad Senatum, tum ad populum accedens, vobis persuasit, ut quo versus legatis missi huc conuocaretis de bello aduersus Philippum deliberaturos. Et postea de Arcadiâ reuerfus, inter sexcenta alia, refert in summo Senatu, egregiam illam & benè prolixam orationem aduersus Hieronymum, qui Philippi partes tuebatur, pro vobis esse habitam: & narrat, quam malè mereantur non de suâ modo patriâ, verum etiam de uniuersa Græcia, qui munera à Philippo accipiunt, eisque se corrumpi sinunt. Postquam igitur, his ita ab ipso tunc è repub. administratis, talique specimine suis exhibito, de pace ad Philippum legatos mittere persuasisti ab Aristodemo & Neoptolemo, & quibusdam aliis, qui nihil inde sani renunciabant; adscribitur legatorum illorum numero & hic Æschines; non quod ex iis crederetur, qui vestra vendituri essent, aut qui Philippo fidem dedissent, sed qui alios essent obseruaturi. Ob prædictas enim orationes, odiumque eius in Philippum, hæc meritò opinionem de ipso conceperatis omnes. Hæc est callidæ machinationis in oratione tractatio. Iam enim & populum in eodem seculum errore versatum, probârat Demosthenes. Deinde accedit ad id, in quo est maximum artis momentum. Postea (inquit) me adiit, mecumque conuenit, ut pariter hac legatione fungeremur; quo impurum illum & nimis effrontem ambo simul obseruaremus Philocratem: multa præterea admohebat, usque ad reditum à prima legatione.*

Quare

Lego Byz.
ἀπὸ τοῦ
πρόσφ.

Quare perditus ille, ô Athenienses, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit. Incredibilem eius calliditatem eo demonstravit, quod omnes fefellerit. Deinde statim hoc intulit; Quemadmodum vos, ita & ego, deceptus sum. Paucis inrelictis de Philocrate locutus, ipse sibi tribuit culpam, simplicitatis obtentu propositi sui vafritiem tegens dicendo: *Quare perditus ille, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit: non autem dixit, Me quoque: ne vniuersum institutum domitatum & elaboratum videretur.* Ita quidem alia præ-tendit ac dicit, alia spectat & molitur Demosthenes: ac deinceps per totam Orationem id facit, & in reliquis, vsque ad finem contentionis vniuersæ. Atque hoc tibi Iudicialium orationum fuerit exemplum; quæ figurâ quadam aliud præ-tendunt, aliud moliantur. *Suasoris* verò generis artificium idem Demosthenes per totam *de Curis* orationem nobis ostendit: Negotium est huiusmodi. Athenienses vehementer erant in regem Persarum concitati. Oratorum concionibus, extollentium ipsos, maiorumque laudibus instantium, rerum gestarum memoriâ contra barbaros renouatâ: sed in bello contra Philippum Macedonum, regem suscipiendo sunt segniores. At Demosthenes his contraria studet; cum rege Persarum ipsos bellare non vult, cum Philippo verò, vult. Vides geminos scopos sibi contrarios. Quâ ratione igitur in his tractandis versatur? Duplici vititur schemate: aduersus regem non negat pugnandum, sed ait nondum esse opportunum. Si enim apertè suafisset, ne pugnarent, animos illorum à se alienasset, illique audire ipsum reculassent; cum toto animi impetu ad bellum ferrentur. Dicit ergo, bellum esse quidem gerendum, concedens ipsis quod vellent; sed prius ad bellum necessaria esse comparanda, vt minore cum periculo, & iustiore de causâ bellum moueretur, non sine quodam artificio id ira narrans. Sciebat enim quod morâ & procrastinatione animi impetus hebesceret. Atque statim à procœmio, ne videretur regis partibus studere: *Ego communem omnium Græcorum hostem esse regem existimo. Non tamen idèo suaserim vobis, vt soli, sine aliis, bel-*

VIII.
Pag. 46.

V I o


Hæc est implexa ipsius oratio, quâ aliud spectat, aliud dicit. Quomodo autem id faciat, ex ipsius Oratoris verbis discamus. Sunt autem hæc: *Volo autem praeteris, quæ diciturus sum, vos imprimis admonitos; quod plebsque memoriâ tenere confido; quem Æschines locum in republicâ primum obtinere voluerit, quas sibi conciones in Philippum habendas putarit; ut intelligatis, quod suis ipse gestis & concionibus in principio habitus, maximè muneribus esse corruptus arguetur. Hic enim omnium Atheniensium primus, (ut tunc oratione ad populum habitâ fassus est,) Philippum animaduertit Græcis insidiari, & quosdam in Arcadiâ ciuitatum Praefectos corrumpere: Cumque Isthandrum Neoptolemi filium haberet sibi subseruientem, & secundas partes agentem, huius rei gratia tum ad Senatum, tum ad populum accedens, vobis persuasit, ut quo versus legatis missi, huc conuocaretis de bello aduersus Philippum deliberaturos. Et postea de Arcadiâ reuersus, inter sexcenta alia, refert in summo Senatu, egregiam illam & benè prolixam orationem aduersus Hieronymum, qui Philippi partes tuebatur, pro vobis esse habitam: & narrat, quam male mereantur non de sua modo patriâ, verum etiam de vniuersa Græcia, qui munera à Philippo accipiunt, eisque se corrumpi sinunt. Postquam igitur, his ita ab ipso tunc è repub. administratis, talique specimine suis exhibito, de pace ad Philippum legatos mittere persuasistis ab Aristodemo & Neoptolemo, & quibusdam aliis, qui nihil inde sani renunciabant; adscribitur legatorum illorum numero & hic Æschines; non quod ex his crederetur, qui vestra vendituri essent, aut qui Philippo fidem dedissent, sed qui alios essent obseruaturi. Ob prædictas enim orationes, odiumque eius in Philippum, hanc meritis opinionem de ipso conceperatis omnes. Hæc est callidæ machinationis in oratione tractatio. Iam enim & populum in eodem seorsum errore versatum, probârat Demosthenes. Deinde accedit ad id, in quo est maximum artis momentum. Postea (inquit) me adit, mecumque conuenit, ut pariter hæc legatione fungeremur; quo impurum illum & nimis effrontem ambo simul obseruaremus Philocratem: multa præterea admonere, usque ad reditum à prima legatione.*

Quare

Legō βυ-
λῆν̄ pro
πολῆν̄.

Quare perditus ille, ô Athenienses, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit. Incredibilem eius calliditatem eo demonstravit, quod omnes fefellerit. Deinde statim hoc intulit; Quemadmodum vos, ita & ego, deceptus sum. Paucis inrelictis de Philocrate locutus, ipse sibi tribuit culpam, simplicitatis obtentu propositi sui vafritiem regens dicendo: Quare perditus ille, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit: non autem dixit, Me quoque: ne vniuersum institutum domi natum & elaboratum videretur. Ita quidem alia præ-tendit ac dicit, alia spectat & molitur Demosthenes: ac deinceps per totam Orationem id facit, & in reliquis, vsque ad finem contentionis vniuersæ. Atque hoc tibi Iudicialium orationum fuerit exemplum; quæ figurâ quadam aliud præ-tendunt, aliud moluntur. Suasorii verò generis artificium idem Demosthenes per totam de Curis orationem nobis ostendit: Negotium est huiusmodi. Athenienses vehementer erant in regem Persarum concitati Orationum concionibus, extollentium ipsos, maiorumque laudibus instantium, rerum gestarum memoriâ contra barbaros renouatâ: sed in bello contra Philippum Macedonum, regem suscipiendo sunt segniores. At Demosthenes his contraria studet; cum rege Persarum ipsos bellare non vult, cum Philippo verò, vult. Vides geminos scopos sibi contrarios. Quâ ratione igitur in his tractandis versatur? Duplici vititur schemate: aduersus regem non negat pugnandum, sed ait nondum esse opportunum. Si enim apertè suasisset, ne pugnarent, animos illorum à se alienasset, illique audire ipsum recusassent; cum toto animi impetu ad bellum ferrentur. Dicit ergo, bellum esse quidem gerendum, concedens ipsis quod vellent; sed prius ad bellum necessaria esse comparanda, vt minore cum periculo, & iustiore de causa bellum moueretur, non sine quodam artificio id ita narrans. Sciebat enim quod morâ & procrastinatione animi impetus hebesceret. Atque statim à procemio, ne videretur regis partibus studere: Ego communem omnium Græcorum hostem esse regem existimo: Non tamen ideo suaseram vobis, vt soli, sine aliis, bel-

VIII.
Pag. 46.



DIONYSII HALICARNASSEI DE FIGVRATIS ORATIO- nibus Tractatus primus.

Interprete *And. Schotto, Antwerp.*

I.

Pag. Gr. 43.

v. 33.



VNT qui disceptationes omnimò figuratas esse negent, sed partes earum figuris variari cõcedant: integræ verò caulæ ac controuersiz vt hoc orationis genere pertractetur, fieri aiunt nõ posse: nequaquã enim posse auditores intelligere, nisi aperta fuerit oratio, quæ de re sermo habetur: neq; veteres esse vsos huiusmodi orationis genere, aut disceptationis. Nos autẽ quot figuratarũ disceptationũ sint species, dicemus; tractãdiqu; methodum indicabimus, veteribus ipsis, quos hac orationis formã vsos negant, in testimonium adductis. Sunt autem dictorum schematum seu figurarum species tres: quarum vna recto ductu quæ vult dicit, in quã Decorum requiritur, siue vt personarum dignitati, ad quos oratio habetur, conueniat; siue vt maiorem apud auditores sibi comparet fidem. Atque hanc quidem speciem rhetores non abnuunt, sed *χρῶμα* seu *colorem* appellant. Gratiolas enim & plausibiles orationes, nescio vnde persuasi, sic appellant, cum aut quis alloquitur patriam, aut optimatum quempiam, aut Imperatorem, aut Magistratum aliquem, aut ciuitatem vniuersam. Altera verò species est, quæ obliquè alia quidam dicit, alia verò dicen-

do ma-

Pag. 24.

Fortè ἑτεροῦ

δὲ χῶμα.

do machinatur. Tertia species est, quæ contraria his, quæ dicenda sibi sumsit, efficere conatur. Eius igitur, quem colorem plerique vocant, neque obscura, neque difficilis est methodus, ratioque tractandi. Siquidem, modestiâ orationi adhibitâ, dicendique libertate amotâ, verecundiam præ se ferre, & polliceri nihil velle temerè, nihil dolosè dicere; huiusmodi ratio dicendi postulat. Præcipue verò & maxime in hisce orationibus artis est, pro odiosis gratiosas obtendere causas. Quæ verò aliud dicunt, aliud agunt, quâ viâ & dicendi ratione vtuntur? Præterdunt alias auditoribus causas, aliumque scopum; vt, quæ persuadere volunt, tali obtentu credibilia faciant. Sustinent autem hi geminam quodammodo controuersiam: oratione enim præterdunt Reipub. commodum, arte verò id, quod causæ ratio & necessitas postulat. Quæ autem oratio, contraria his quæ dicuntur intelligi postulat, absurdam plerisque videbitur habere methodum. Necessè est enim ipsum auditoribus in contrariam opinionem propensum videri; vt ex hac dicendi formâ facillimè appareat, rhetoricæ artis esse, contraria dicere. At quæ orationis ratio? breuis, & aperta. Vt enim in simplicibus, & minimè fucatis disceptationibus prodest, si nulla videantur dici aduersa; ita hîc, aduersa, si adsint, commodum adferunt: * sin autem absint, noxam. Omnino enim probabit causam suam, cuius aduersa & pugnancia explicabit. Si enim contraria his, quæ [tectè] conatur & studet, dicendo persuadeat; negotium confecerit; sin autem, quod [callidè secum meditatur ac] vult, efficiat; contraria iis quæ dicit, [ac probare conatur] persuasisse putabitur. Methodus autem horum, quæ? * Quibus suam causam probare conatur orator, ea infirma esse oportet; quibus autem aduersarii, firmissima: & quæ ipse obiicit, facillè dissolubilia; quæ verò aduersarii nomine profert, eiusmodi, vt redargui facillè nequeant. Atque hæc vna methodus: altera verò; vt in simplicibus non conuenit mutabilia dicere, neque ea, quibus aduersarius quoque vti queas; ita in hisce disputationibus ea dicenda sint, quibus etiam is, qui contradicit vtatur. Atque hæc sunt præcipuæ figuratæ orationis formæ. Spe-

ἀκῶν πρὸ ἀκῶν.

* δὴ μετα-
εἰς τὴν μὴ.

Distinctio
alia.

* Omissa

paucæ.

ὡς περὶ τῶν
ἀπλοῦς ἀγῶ-
σι. ἴσ.



H. I.

stant autem huc & illa, ubi quis, cum alio qui prior dixit, consentire videtur; interim tamen aliud agens, [aduersæ partis sententiam confirmans;] ita ut oratione quidem aduersari, re ipsa verò probare eam videatur; dicendi figurâ huic negotio subseruiente, si alia in oratione hanc [in contrarias differendi partes] libertatem, in aliud tempus reiiciat. Horum ex authoribus, exempla nobis sunt producenda: quæ sumemus ex *Demosthene*, *Thucydide*, *Xenophonte*, *Platone*, *Euripide*, & è Comædiis, ex *Homero*, ex vniuersa oratoris artis materiâ, Deliberatiuâ, Iudiciali, Demonstratiuâ. Meminisse verò oportet, quod, qui hac ratione, hisque dicendi figuris, de contrariis disputandi viam ingreditur; huic, ut diximus, non leue imminet periculum, ne ab au-

Omitto vel

[ὅτι τεχνά-
ζει] vel [ἐμ-
πιστία.]Lego [οἱ δὲ
λαθῶν] pro οἱ
ᾧ δὲ ἀ- (IV.
ἀρχαίη.

ditoribus deprehendatur dolus, aut quod callidè cum aduersario colludat, suspicionem incidat: Sin autem lateat ars, nec aduertatur, eueniet ut disceptantes in iis, quæ præ se fert, Oratori assentiantur; non autem, ut, quæ Orator ipse vult, decernantur. Dicemus igitur quomodo callidè quispiam contrariarum partium orationem tractet. *Demosthenes* igitur Orator, (ut in primis ipsum schematis nomen & usum apud ipsum *Demosthenem* nos inuenisse demonstramus) in oratione *De Coronâ*, referens ea, quæ Thebanis indicari suaserat, non simplici & recta oratione, sed artificio quodam in loquendo vitur, atque artis nomen fatetur. Cum verò (inquit) *Legati venerint Thebas, rogo diligenter attendite, quomodo, ut in hoc negotio se gerant, velim. Nihil simpliciter à Thebanis petant: alienum enim id est à temporis conditione, sed auxilium ipsis promittant tanquam in extremo periculo constitutis; cum nos, quid futurum sit, melius prospiciamus: ut, si, qua à nobis offeruntur, accipiant, nobisque assentiantur; & qua volumus assequamur, & eo, quod *Repub. decet, schemate administremus*. Vides & rei tractationem, & ipsum nomen. ἤμω rei adiectum. Idem *Demosthenes* in Oratione *De male obitâ Legatione*, (ut ad causam*

causam generis Iudicialis veniamus) alia prætendens, alia molitur, & per totam Orationem hunc tractandi differendique modum seruat. Præcipua autem causæ Demosthenis argumenta erant infirma: à quibus si exorsus esset, redargui facile potuisset. Hæc ut persuasibilia faceret, alia prætextit; quibus dum auditorem aduertit attentum; infirma illa argumenta, his quæ prætendebatur, admiscet. Ut, verbi gratia, Interroget merito Æschines Demosthenem; Cur priorem legationem non accusas? Omnia enim in priore legatione gesta erant; in secunda insurandum tantum exegerant. Vera igitur causa, cur priorem non accuset, hæc est; quod, quæcunque priore legatione gesta erant, Demosthenes laudavit, & exprobarit. Decretoque suo iusserit legis epulum dari in Prytanio. Hæc est vera causa, cur* prioris legationis nihil accuset. Atqui nihil habet cur secundam culpet legationem: quare, ut in prima aliquid inueniat, necesse est: sine hac enim nulla poterat esset accusatio. Opus autem erat ipsi Demostheni aliquo obtentu & colore. At quis hic tandem fuit color? Affirmat, se ignorasse, quod Æschines in priore legatione donis fuerit corruptus. Hoc ita simpliciter ad Æschinis interrogationem, defensionis specie si respondeatur, nullam habet vim, atque adeò ridiculum videatur. Aliud autem nihil cum queat dicere Demosthenes, ut ante audiuistis, alterius obtentu id.....

Pag. Gr. 45.

Loco ubi
pas lego. d. d.
ripas.

Demonstraturum enim se ait, Æschinem suo ipsius iudicio conuinci, quod dona acceperit: refertque orationem, quam prius aduersus Philippum habuit: Deinde narrat, quomodo antea multis rebus aduersus Philippum gestis, postea fuit immutatus: quod nequaquam fuisset futurum, nisi donis ad hoc foret inductus. His ita constitutis, concludit, quod non sine graui causa, se incio, donis fuerit corruptus in altera legatione: *Existimabam enim, inquit, eum probum, quod in Repub, Philippo aduersaretur.*

V 10

Hæc est implexa ipsius oratio, quâ aliud spectat, aliud dicit. Quomodo autem id faciat, ex ipsius Oratoris verbis discamus. Sunt autem hæc: *Volo autem prae ca-*
teris, quae diciturus sum, vos imprimis admonitos; quod pla-
rosque memoriâ tenere confido; quem Æschines locum in
republicâ primum obtinere voluerit, quas sibi conciones in
Philippum habendas putarit, ut intelligatis, quod suis ipse
gestis & concionibus in principio habitus, maximè muneri-
bis esse corruptus arguetur. Hic enim omnium Athenien-
sium primus, (ut tunc oratione ad populum habitâ fassus
est,) Philippum animaduertit Græcis insidiari, & quosdam
in Arcadiâ ciuitatum Praefectos corrumpere: Cumque
Isthanderum Neoptolemi filium haberet sibi subseruientem,
& secundas partes agentem, huius rei gratia tum ad Se-
natum, tum ad populum accedens, vobis persuasit, ut quo-
quo versus legatis missi huc conuocaretis de bello aduer-
sus Philippum deliberaturos. Et postea de Arcadiâ reuer-
sus, inter sexcenta alia, refert in summo Senatu, egregiam
illam & benè prolixam orationem aduersus Hieronymum,
qui Philippi partes tuebatur, pro vobis esse habitam: &
narrat, quam male mereantur non de suâ modo patriâ, ve-
rum etiam de uniuersa Græcia, qui munera à Philippo ac-
cipiunt, eisque se corrumpi sinunt. Postquam igitur, his ita
ab ipso tunc è repub. administratis, talique specimine sui
exhibito, de pace ad Philippum legatos mittere persuasèstis
ab Aristodemo & Neoptolemo, & quibusdam aliis, qui ni-
hil inde sani renunciabant; adscribitur legatorum illorum
numero & hic Æschines; non quod ex iis crederetur, qui
vestra vendituri essent, aut qui Philippo fidem dedissent, sed
qui alios essent obseruaturi. Ob prædictas enim orationes,
odiumque eius in Philippum, hanc meritis opinionem de
ipso conceperatis omnes. Hæc est callidæ machinationis in
oratione tractatio. Iam enim & populum iam eodem so-
rum errore versatum, probârat Demosthenes. Deinde
accedit ad id, in quo est maximum artis momentum.
Postea (inquit) me adiit, mecumque conuenit, ut pariter
hac legatione fungeremur; quo impurum illum & nimis
effrontem ambo simul obseruaremus Philocratem: multa
præterea admocebatur, usque ad reditum à prima legatione.

Legο βυ-
 λη̄ pro
 πωλδ.

Quare

Quare perditus ille, ô Athenienses, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit. Incredibilem eius, calliditatem eo demonstravit, quod omnes fefellerit. Deinde statim hoc intulit; Quemadmodum vos, ita & ego, deceptus sum. Paucis inreriectis de Philocrate locutus, ipse sibi tribuit culpam, simplicitatis obtentu propositi sui vafritiem regens dicendo: Quare perditus ille, qui fidem suam pretio venalem habuit, hoc modo me fefellit: non autem dixit, Me quoque: ne vniuersum institutum dominatum & elaboratum videretur. Ita quidem alia præ-tendit ac dicit, alia spectat & molitur Demosthenes: ac deinceps per totam Orationem id facit, & in reliquis, vsque ad finem contentionis vniuersæ. Atque hoc tibi Iudicialium orationum fuerit exemplum; quæ figurâ quadam aliud præ-tendunt, aliud moluntur.

Suasorii verò generis artificium idem Demosthenes per totam de Curio orationem nobis ostendit: Negotium est huiusmodi. Athenienses vehementer erant in regem Persarum concitati Oratorum concionibus, extollentium ipsos, maiorumque laudibus instantium, rerum gestarum memoriâ contra barbaros renouatâ: sed in bello contra Philippum Macedonum regem suscipiendo sunt segniores. At Demosthenes his contraria studet; cum rege Persarum ipsos bellare non vult, cum Philippo verò, vult. Vides geminos scopos sibi contrarios. Quâ ratione igitur in his tractandis versatur? Duplici vititur schemate: aduersus regem non negat pugnandum, sed ait nondum esse opportunum. Si enim apertè suafisset, ne pugnarent, animos illorum à se alienasset, illique audire ipsum recusassent; cum toto animi impetu ad bellum ferrentur. Dicit ergo, bellum esse quidem gerendum, concedens ipsis quod vellent; sed prius ad bellum necessaria esse comparanda, vt minore cum periculo, & iustiore de causa bellum moueretur, non sine quodam artificio id ita narrans. Sciebat enim quod morâ & procrastinatione animi impetus hebesceret. Atque statim à procemio, ne videretur regis partibus studere: Ego communem omnium Græcorum hostem esse regem existimo: Non tamen idè suaserim vobis, vt soli, sine aliis, bel-

VIII.

Pag. 46.

Thucydides
lib. x.

lum aduersus ipsum suscipiatis: Ita impetum ipsorum refrenat, eadem vtens arte, qua *Thucydides*: Apud quem, Archidamus vir, vt ait, prudens & modestus; cum vidisset Lacedæmonios, & Peloponnesios libidine belligerandi cum Atheniensibus inflammatos: non dehortatur ipsos à bello (sciebat enim non parituros) sed monet, ne id modo suscipiant; ac prius, quæ belli vsus postulat, appareant. Ita quidem Demosthenes, vt diximus, ad exemplar Thucydidis concitatos ipsorum animos refrenat. Docet autem mores oratione esse potiores. Atque ita vtrique sermoni artificiose finem imponit Demosthenes. Quod Regi nondum mouendum sit bellum: eo autem apparatu, qui est contra Regem, opus esse aduersus Philippum. Sic in tota illa oratione Deliberatiua, aliud dicit, aliud spectat, & varia inter se argumenta commiscetur. Habes duo hæc controuersiarum exempla, aliud dicentium, aliud probare volentium, quorum illud quidem generis *Iudicialis*, hoc verò est *Deliberatiui*.

IX.
Plato.

Cum autem eorum, quæ ad Deliberatiuum & Iudiciale genus pertinent, meminimus; accipe & à Platone variarum exempla disputationum inter se comparatarum, & quodammodo ex omnibus oratoriz facultatis partibus contractarum. *Socratis Apologia*, vt inscriptio indicat, defensionem eius pollicetur; sed & aceusationem continet Atheniensium; quod talem virum [capitalis] criminis reum peregerint; & accusationis acerbitas, defensionis lenitudine tegitur: Quibus enim ipsum [Socratem] defendit, eisdem Atheniensibus accusat. Atque hæc est duorum inter se argumentorum coniunctio; quibus tertium accedit, *De Socratis laude* Oratio, in qua si quid molestiarum [aut parti aduersæ odiosum] inest, defensionis excusatur necessitate; [quod defensionis laus Socratis necessario videretur coniungi.] Atque hæc tertia est accessio, & materiz incrementum. Sunt autem duo Iudicialis generis argumenta sibi cohærentia, *Excusatio & Accusatio*: tertium verò *Laudatiui* generis est, *laus Socratis*. Quarta accessio est, in qua præcipuum conuenitur Platonis argumentum & scopus; quæ quidem in se com-

se complectitur Suasorii generis facultatem ; nihilominus tamen & philosophicam speculationem. Ostendit enim hic libellus , qualem oporteat esse Philosophum. Quod Rhetori quidem suasorii generi ascriberetur, Philosopho verò *placitum ac decretum* nuncuparetur, quod talem velit esse Philosophum, qualis in Apologia Socrates describitur. Hinc quatuor argumentorū commistionem imitatus Demosthenes in oratione *Pro coronâ*, eius exemplum edidit. Nam excusatione eâ purgat, de quibus accusabatur : & Accusatione reos agit iniuriarum & incommodorum auctores : & non obscure encomio demonstrat, cum sit corona dignus : & dogmate & regulis (velut in Iudicialibus & Politicis,) qualem conueniat esse virum ciuilem, & eum, qui vtile Reip. consilium daturus sit, ostendit. Refert autem ipse sine vllis ambagibus quæ, & qualia faciat bonus ille & probus [vt iactat] Æschines. Hæc de Demosthene & Platone. Cæterum & Thucydides duo commiscet argumenta, in *Funebris oratio*, cui tamen & deliberatiuum genus admiscetur. Non enim minus laudat defunctos, quam viuos ad bellum hortatur; quod quodammodo facere cogitur. Ipse enim Pericles, qui funebrem orationem recitat, auctor belli fuerat. Præterea cum tria sint orationis funebrius capita, *laus, lamentatio, & consolatio*; horum vnum negligit, nimirum lamentationem. Non enim conducebat suadenti, & hortanti lamentari, vt ipse Thucydides his verbis testatur: *Quapropter parentes horum, (quot quot nunc adestis) non tam deplorabo quam consolabor.* Quod & ita fieri oportebat: cum initio belli hæc haberetur oratio, quâ si primas in bello defunctos esset miseratus, eorum qui pugnaturi erant, animos effecisset ignauos & formidolosos. Atq; hic est duplicati illius argumenti vsus. Quomodo autem hæc ita inter se constructa miscuerit, & quomodo se miscuisse ipsemet fateatur, videamus. In ipsa enim cõplexione ars schematis est sita. Caput encomii est, profapiaz, maiorumq; laudem explicans oratio; deoq;, qui ad bella hortatur, dū maiorū gesta recensentur, animū addunt auditorib. Ita fit, vt superiorū laus non

*Demosth.
De corona
Oratio.*

X.

*Thucydidia
funebris
oratio.*

Pag. 47.

*Funebriuz
tria capita.*

parum proſit cohortari volentibus. Adhæc ex præcipuis encomii ſeu laudatiui generis partibus eſt collatio; quâ cum viris illuſtribus & probatis, quos laudamus, comparantur. Sed & in ſuaſoriis facile bellum eſſe, ex ſuorum & aduerſariorum comparatione facile quis demonſtret. Quapropter comparatione adhibitâ, ſimul & laudationem & cohortationem conficit. Hoc enim in ipſo orationis principio erat pollicitus, quod & in fine præſtat; vbi & capitum ſeu ſcoporum ordinem commutat, demonſtrans cohortationem Oratori eſſe potiorem laude. Eſt autem hæc eius Oratio: *Quo autem ſtudio, atque induſtriâ, quibuſque modis ad hanc amplitudinem peruenerimus, vbi prius indicaſero; veniam ad horum [pro patriâ defunctorum] laudem: quod exiſtitem in præſens non eſſe alienû hac referri; nec inutile: vniuerſum populum tam ciues quam inquilinos hac audire.* Atque hæc initio: procedente verò Oratione, vbi varia inter ſe miſta declarauit, hæc adiungit: *Hæc de cauſſa prolixior fui in iis, qua ad Rempub. ſpectant, explicandis, vt docerem in primis, nobis non eſſe idem, [ſed maius] præmiſum in hoc certamine propoſitum, quam, quibus nihil horum eſt; qua in noſtra Republica ſunt præſtantiffima. Deinde, vt ſimul laudem eorum, de quibus nobis ſermo eſt inſtitutus, argumentis illuſtriorẽ faceremus.* Hoc enim: *in præſens non eſſe aliudum hac referri: Laudatiui generis eſt. Eſt enim id in laudatione primarium. Et: nec inutile eſſe vniuerſum populum tam ciues, quam inquilinos hac audire;* ſuaſorii generis eſt: præcipuus enim in ſuaſione ſcopus eſt, vtile. *Vt docerem in primis, nobis non eſſe idem [ſed maius] præmiſum in hoc certamine propoſitum, quam, quib. nihil horum eſt; ſuaſoriæ orationis probationem continet. Hæc ex Thucydide.*

Euripides.

XI.

ϋμοιοειδων.

Sed & Euripides Poëta oratione vtitur figuratâ in toto dramate, quæ fabula eſt de Menalippe ſapiente. Atque ibi ipſum ſchema geminatur, tum ipſius poëtæ, tum perſonæ loquentis Menalippes ratione. Discipulus enim fuerat Anaxagoræ Euripides, cuius dogma ſeu placitum fuit; *quod eſſent omnia ſimul.* Poſtero tempore etſi à Socrate melius inſtitutus, voluit tamen (vt mihi videtur)

Anaxa-

Anaxagoræ sententiæ, in suis fabulis, mentionem facere, ac protulit hoc ipsius dogma in Tragedia, quam *Menalippen sapientem* appellat. Ac principium quidem orationis, eius erga præceptorem insinuat benevolentiam: sic enim Menalippe: *Non est mea hæc sententia, sed quam à Diodorus matre accepi.* Atq; hæc est Poëtæ Euripidis *rationis figura* lib. 1. *Bibliotheca* oratio: *Ille verò Menalippes: Quis pueros exposuit in theca. Per patris armenta?* Pater autem existimans esse prodigium, censet pueros esse comburendos: Ipsa verò Menalippe, vt pueros seruet, philosophica ratione non esse prodigium declarat, atque ita, dum propositum tuetur, admonitionis specie ac figura philosophatur.

Comœdiam quoque, vt videre est apud *Aristophanem*, *Comici.*

Crænum & *Eupolim*, in suis actibus de Reipub. administratione tractare ac disputare, quid refert dicere? Si-

quidem Comœdia ipsa, ludicra & iocosa præ se ferens seria tractat. Egregius autem ille Xenophon, quomodo in sua *Pædia*, (dum vult Perfarum plebeios eisdem cum nobilitate vti armis; atq; iterum, dum cupit cômune virtutis præmiû bellicolissimo cuiq; statuere;) apud nobilitatē quidē persona Cyri differit, velut ipsis gratificari studens; apud plebem verò velut commodis ipsorum consulens, in vtraque oratione; dicere iam omitto. In ipsis autem *Anabases* lib. suspicantur milites aduersus Regem expeditionem esse, & Cyrum sequi amplius recutant: Clearchus verò apud milites concionem habens, profitetur quidem coram militibus se quocunq; terrarum secuturum; sed in oratione necessariò manendum

XII.

astruit, secutus *Homeri Phœnicem*. Etenim ille in suis

cohortationibus præ se fert, assentiri se argumento orationis *Achillis*; quod fieri nequaquam possit vt maneat, ipso *Achille* discedente, sed omninò eum sit secuturus. In rationibus autem reddendis, cur ab *Achille* diuelli non possit; manendum esse *Achilli* astutè probare conatur: atque ita qui videtur ostendere tur manendum non sit; re ipsa cupit sibi gratias referri pro beneficiis in ipsum collatis, quem educauerat & instituerat; qua oratione etiam *Agamemnoni* gratificatur. Quod autem hæc fuerit eius animi sententia, quam hoc schemate voluit oc-

Pag. 48.

Il. 9. v. 433.

cultare, ipsemet Achilles explicat: Quam consuetudinem Homerus obseruat; omnesque alii, qui hoc figuræ genus tractant, id efficiunt, vt, respondentium verbis, eorum, qui ante locuti sint, artem ac dicendi figuram arguant: Dicit igitur Achilles:

Il. 10. v. 608

*Noli me lacrymis turbare, vt fautor Atride
Gratificere tuo. —*

Vides vt artem & dissimulationem magistri discipulus detecti, ostendens omnia, vt Agamemnoni gratificaretur, vtque animum Achillis leniret. Deinde quia beneficia in ipsum collata resensuerat Phoenix, obliqua oratione diluit expostulationem:

XII.

Cum regni mecum partem vel nomen haberes:

Atque hæc sint exempla Oratoris aliud molientis [aliud dicentis.] Restat vt dicamus de his, qui suæ sententia & opinionis contraria dicunt: quandoquidem hæc dicendi ratio, schema continet absolutissimum: In primis quæ apud Homërum sunt in medium adducamus, aliasque figuratas orationes proponamus; quæ in eo consistunt, vt quis idem cum alio dicere videatur, cum tamen aliud sibi probandum sumat: atque aliis aduersari putetur: (vt in alio libro disputationum figuratarum argumentis & probationibus adhibitis doceo) cum tamen eo detecto causam prodat. Horum exempla sint, quæ libro II. Iliados leguntur; vbi Vlysses & Nestor Græcorum exercitum retinent; qui quidem ambo non solum in eandem sententiam loqui, verum etiam idem plane dicere videntur.

Iliad. B. 289.

*Pectore ita pueri & muliebria corda gerentes,
Ad caros cupiunt natos patriamque reuerti.*

Hæc Vlysses: At Nestor:

vers. 337.

*Mollibus assimilés pueris, qui bellica numquam
Munera militia, sed tantum ludicra curant.*

Rufus Vlysses:

vers. 287.

*Non stant promissis, tibi quæ iurata dederunt
Diuisæ cornipedum cum te sequerentur ab Argo;*

Deinde Nestor:

vers. 340.

*Promissa toties vbi nunc in pralia vires?
Fœdera vbi? & dextris data sacramenta leuatis?*

Rufus

DE FIG. LOQVT. TRACT. PRIOR. iiii

Rurfus Vlyfles Calchantis vaticinium refert, & prodigium de Dracone, & de passeris pullis in Aulide :

A dextra Pater immenso splendore cornifcans.

Ibid. v. 21.

At Nestor:

308.

Affulfit nobis latantibus omine dextro.

vers. 350.

Vnde multis præbita est disputandi occasio, vter in his Orator fuerit præstantior, Vlyfles an Nestor? Et talem vtrique sane citant Homerum affirmantem quod Vlyflem quidem laudaret populus, Nestorem vero Agamemnon. Populus enim

Laudat diuini sermonem miles Vlyffis.

vers. 335.

De hoc verò Agamemnon:

O vtinam tales mihi Dii bis quinq; dediffent.

vers. 372.

Ac multa quidem alia, dum hos inter se comparant, proferre solent. In eo autem consistit artificium, quod non idem argumentum, eundemq; scopum respiciant, nedum eadem dicant. Commētum autem hoc tanquam [ingenii] luctamen auditoribus proponitur. At qua in re sita est istius commenti vis? Vlyfles quidem retinere vult Græcos abire iam gestientes: Nestor verò detentos ab Vlyfse, & manere persuasos, in hostem ducere vult, quosq; sub proprio suo Duce. Neq; idem est ipsi orationis scopus, qui Vlyfsi. Ridiculus enim esset, si manere persuasus eandem rem dicendo inculcāret. Quod igitur est argumentum & scopus Nestoris?

XIV.

Atrida, has acies nunc ordine rite locato :

vers. 362.

Ordine stet gens una suo, tribus vno suo stet,

Gentilis ferat auxilium sibi sanguine iuncto.

Et quæ deinceps sequuntur. Placet verò admodum Agamemnoni Nestoris oratio: Quod enim summoperè desiderat, id Nestor conficit. Vult ipsos Græcos manus conferere. Quapropter & eius rei periculum facere vult, [dicens]

Ergo age nunc Graii persuasi tela capeffant.

Hac de causa laudat Nestorem, & optat vt omnes tam Duces, quam militem vulgus eodem modo sibi habeat consentientes, dum inquit;

Atq; vtinam tales mihi Dii bis quinq; dediffent.

vers. 372.

Hic profectò etiam cum Græcos consolatur, Achil-
lis causa indignantes & dolentes, suum fatetur pecca-
tum, hisce adiunctis;

*Vnius ob pulcra contendi iura puella
Rixis cum forti temere heu congressus Achille
At si tempus erit qua mutua nostra redibit,
Gratia, nempè cadent subito alta mœnia Troia.*

Pag. 49. Est igitur hac in re orationis artificium? Cum videret
Græcos Vlyssis oratione adductos, vt manendum sibi
putarent, aliaque, de armis vnanimiter capiendis, adiun-
cturus esset: eadem pænè verba, quæ fidem ipsis fecerant,
vsurpat, vt, cum viderentur esse eadem quæ probauerant,
clanculum ad sui propositi materiam veniret. Sit hoc ti-
bi exemplum eorum, qui eadem cum aliis dicere videntur,
XV. diuersa tamen probare nituntur. Diomedes au-
tem quid sibi vult, dum Agamemnoni è dolore labo-
ranti conuitia facit? Importunè enim quispiam existimet
dicta, & parum conuenienter eius sententiæ, & reueren-
tiæ quam initio adhibet.

Iliad. 9. v. 32. *Atrida, si verba tibi nunc stulta loquenti
Acrius obstitam, ne bilem traxeris vllam.*

Proœmium quidem est viri lenis, qui sequentis ora-
tionis libertatem vtilitatis causa adhibitam mitigat &
excusat. Subdit autem:

Ibid. v. 34. *Tu nunc è Danaùm populo mihi primus es ausus
Exprobrare animi virtutem, & dicere mollem,
Imbellem, ignauiumq; vocans coram omnibus iis,
Tam sensibus quam robusto florentibus auro.
Dicere nec met uam: Tibi Iuppiter optimus, unum.
E geminis quibus ornauit te rebus, vt esses
Maximus imperio, tribuit: sed inclytus esses
Viribus, atq; animi superares robore cunctos.
Non dedit: at qui hac est in bello maxima virtus.*

Hæc igitur quomodo inter se consentiunt, Diome-
dera Agamemnoni in aduersitate præteritas expro-
brare iniurias, qui conuitium ipsius moderatè antea tu-
lerat, & Sthenelum Agamemnoni insensum sic incre-
pauerat?

Iliad. v. 412. *Quam tacuisse tibi melius fuit atq; magni*

Principiæ

*Principis ad sacram duxisse silentia vocem?
Nec merito magno succenseat ullus Atreida.
Culpatumue velit, me iudice. —*

Il. 9. v. 412.

Et quis dicat, ideo Diomedem hæc facere, quod inter cæteros in pugna optime se gesserit, declarat virum rerum imperitum parum moderate usum prosperitate. Quid igitur hæc sibi volunt? Maxima hæc Agamemnonis accusatio à Diomede instituta, Regi patrocinator. Cum enim vellet in gratiam eius persuadere Græcis ne discederent, simulata in ipsum ira, & dicendi libertate; ipsos, ut manerent, hortatur: & velut indigne ferens, quod Agamemnon crederet, Græcis posse persuaderi, ut nauibus in patriam redirent; hac orationis libertate apud ipsum vitur, & conuitiis suæ causæ argumentum artificiose coniungit:

*Improbe degenerem sperasti posse notari
Omnibus è Danais, qui te & tua dicta probaret?*

Il. 9. v. 40.

Et quæ deinceps commemorat; iubens Agamemnonem, si videatur, nauigio discedere. Græcos autem non posse adduci ut abirent, affirmabat. Tandem verò iuueniliter admodum se iactans:

*Ipsæ licet magnas turba comitante Mycenas,
Et patrium redeas Diis non renuentibus Argos:
Certe ego cum Sthenelo, vel solus ad alta resistam
Pergama, dum Troas ferro excindamus, & urbem
Numine diuorum freti, quibus incluta magna
Venimus hæc ducibus rursuri mœnia Troia.*

Ibid. v. 44.

vers. 48.

Hoc tibi habeto exemplum patrocinantis ei, quem accusat, figuratæ dictionis auxilio. Nestor autem, qui Diomedi in dicendo successit, quidnam agat, videamus, & orationis artificium inquiramus; si prius considerauerimus, quæ esset orationis futura absurditas, si absque figura intelligatur. Laudat siquidem ob prædicta Diomedem; sic tamen laudat, ut non omnia ipsum oratione persecutum dicat, cuius rei causam in ætatem [iuuenilem] reiicit: Pollicetur autem ipse dicturum se, & omnia enarraturum. Deinde longo vsu proœmio, cum in varias se formas vertisset, quasi nouo & admirabili dicendi genere delectatus, ad stationes mittit excubitores: &

XVI.

H

Agamemnoni suadet, ut cœnam adornet senioribus; ut ibi, multis sua consilia proferentibus, quæ prudentissime dicerentur, Agamemnon deligat. Hæc prima fronte absurda videntur auditu. Sed sciendum, quod & ipse Nestor non sine figura loquatur, & repetat se Diomedes dicta, non quidem qua sententia Diomedes ea dixerat; sed, ut suis rationibus conferre existimabat. Diomedes enim, ut Agamemnoni gratificaretur, cum ipso iurgabat: Nestor autem laudabat eius in dicendo libertatem, perinde ac si iure Agamemnoni conuitia dixisset. Quorum igitur hæc tendunt? Adducere conatur Agamemnonem, ut Achill: supplicet, ideoque adolescentis in dicendo libertatem approbat;

Ilia. 9. v. 56. *Nondum colloquio tamen huic imponere finem
Fas nostro: & quamuis iuuenili atate decorus,
Vincit laude tamen tua nunc Prudentia Regem.*

Ibid. v. 60. *Ergo age, qui senior te sum tot euntibus annis
Post te quidquid erit dicendum, dicere pergam.
Verba adhibet accommoda. Illud enim i&eius,
Eloquar, & omnia persequar.*

Velut abditæ cuiusdam Orationis significationem habet:

*Nec quisquam secus accipians mea dicta renellat,
Qua dicam, non ipse etiam Princeps Agamemnon.*

Deinde rursus redit ad schema, seu figuratum loquendi genus, veluti communi decreto perstringens Agamemnonem:

Il. 9. v. 63. *Flagitiosus is est, sceleratus, inutilis, excors,
Quisquis amat populis bella intestina mouere.*

Adhæc, cum ostendisset Agamemnoni orationis vehementiam ac impetum; traducere ipsum & palam redarguere supersevit: sed dimisit natu minores; ne ipsis audientibus Agamemnon reprehensus pudore afficeretur:

Pag. 50. *Nunc qua suadenti recte parere necesse est,
Ilia. 9. v. 65.* *Corpora curimus, custodibus ante paratis
E numero iuuenum, qui muros scilicet extra
Profossi excubias peragant. —*

Deinde

DE FIGLOCVT. TRACT. PRIOR. III

Deinde missa iuuentute, conuentum agere sibi hisce
 verbis molitur, orationis libertati aptum & congruen-
 tem:

*Atrida, quod opus nequaquam turpe putaris,
 Commune procerum primoribus instrue cœnam;
 Quod credas tibi præcipua virtute decorum.*

Mox ait:

*Illis ut multis præfectus es unus, habebis
 Multos quos audire queas, ut & optima possis
 Eligere, & consulta sequi. —*

vers. 74

Post aliud obtendens, quasi eadem de re iterum dif-
 fereret, obscure indicat cur necesse sit Achilli supplicare;
 yehementiaque orationis Agamemnona sic aggredi-
 tur:

— Quo tempore nostris

vers. 75

*Consilia adferri cuperem pulcherrima rebus,
 Quando tot hostiles non longe à nauibus ignas
 Cernimus accensos, tam latus qui queat esse?*

Infert tandem supplicandi necessitatem, ut quæ re di-
 lationem quidem vllam patiatur, sed quamprimum fieri
 oporteat:

Nox hæc, aut seruet, vel nos male perdat Achiuos.

vers. 78

Hæc publice locutus, maioribus nau iam solis & se-
 gregatis, veluti rem ipsam aperiens, quæ longius com-
 memorare ac referre nihil est necesse, schemate valere
 iusso, omnia perspicue ac dilucide exprimit:

*Aggredior quam nunc, ut erit, sic esse videtur
 Optima de nostris sententia rebus,
 Et quæ nemo alius possit meliora referre:
 Qualis & illa fuit nuper, quam diximus illo
 Tempore, quo forti Briseida solus Achille
 Præceptam, abductamq; viro in tua castra tulisti;
 Materiam præbens ira, causamq; furoris,
 Me tamen inuiso, & contraria multa loquente
 Ne faceres: at tu præceptus & feruidus ira,
 Per tua facta virum (quo non est fortior alter,
 Quem sibi honorandum Diis consueantur & ipsi)
 ipse nec es veritus cara spoliare puella,
 Nec Danaum populo tantas inducere clades.*

vers. 99

Concludit denique:

Il. 9. v. 112.

*Omnia nunc igitur circumspiciamus, ut ipsum
Et quibus officiis placeamus, qualibus autem
Muneribus, quo verborum captemus honore.*

Atque his admonitionibus obtemperandum sibi duxit Agamemnon. Sit hæc igitur nobis figuratæ orationis forma, quæ aliud quam dicere conatur, prætexat ac fingat. Nunc ad reliquam orationis speciem redeamus, quæ contrariis utatur argumentis quam propositum erat: & contraria iis quæ præponuntur, probare nititur. Huius exemplum sit Agamemnonis iterum apud eundem Homerum oratio: qua Græcos probat atque explorat verbis; & rei qua de agitur ex repugnantibus specimen exhibet: scopo quodam interim orationi suæ proposito sic fere:

Ilia. 8. v. 72.

*Verum agite armati veniant iubeamus Achiui:
Protinus aggrediar verbis tentantibus ipsos,
Classem absent patriam repetendo: & protinus istas
Linquamus terras: at vos prohibete volentes
Quæ pote, nunc alius placidisq; obsistite verbis.*

Artificium nimirum adhibet, debilia in concionem ac lenia confirmationis proferens argumenta, contradicendi præbita occasione iis qui vellent aduersari. Dicit etiam interdum quæ facile queant inuerti ac commutari. Rursum verba Poëtæ recitemus:

Iliad. 9.

*Iuppiter arumnis delectam affligit acerbo
Vulnere crudelis nimium mihi, sanus, & atrox:
Qui mihi spondabat nutu, nos Pergama nostris
Capturos manibus. —*

Quis Agamemnoni contradicere potuisset, si quid promissit etiam annuit Iuppiter. Nurus enim maximum esse fidei diuinæ signum, dictis se staturum ipse apud Homerum testatur:

Il. 2. v. 524.

*Firmabo æternum promissa fidelia nutu.
Hoc etenim signo Diis immortalibus exstat
Præcipuo mea certa fides, mea nota voluntas.
Non etenim ulterius cuiquam est reuocabile fatum
Terrifica simul annuero de vertice frontis.*

Si

Si igitur Iuppiter promisit & annuit, cur hinc Agamemnon, vis nauigare? Dein subiicit Poëta:

Nunc tanto amisso populo, sine nomine laudum, Il. β. v. 112.
Indecorem, patrias iubet hinc redeamus ad oras. & Il. l. 31.

Rurfus aduersandi ansam, quando dixit [cum infamia] præbet, iure enim ipsi quis contradixerit, non esse discedendum cum dedecore. Sequitur deinceps:

Sic etenim cordi esse Ioui. — vers. 23.

Vocem ipsam si consideremus, patebit hæc velut coniecturas, non demonstrationes manifestas adferri. Subiungit:

Qui Deus innumeras bellis euerterit vrbes, vers. 24.
Euertetq; alias deinceps, cui maxima virtus.

Ad quæ rursus quis respondeat: Quod si euertit vrbes, & euertet, confidendum potius Ioui & manendum. Quod verò subiicit, admodum est ad inuertendum facile, atque adeo vtrique parti commune, quo & aduersarius vtatur:

Turpe ait hac nostros olim meminisse nepotes, Il. β. v. 119.
Frustra sit populum tantum, & tot millia Græcum
Tam gessisse viris lacrymosum, & inutile bellum.

Hoc enim ipsum turpe & is, qui manendum censet, addunt: atque hæc eadem Vlysses alibi dicit. Finis autem orationis manifestè declarat, eum qui dicit, proposito contraria moliri.

Quare agite, vnanimi sensu consulta probate, Ilia. 9. v. 16.
Suadeo, perficite, & vstras conscendite naues
Vt patria dulces cuncti redeamus ad oras.

Turpitude enim dictionis magis retinet Græcos, quam ad discedendum inducit. Hoc certè nomine Iuno vtitur ad Mineruam; hoc nomine Minerua ad Vlysses; hoc nomine Vlysses ad ipsas copias; & Agamemnon ad Achillem hoc nomine est vsus. Et Homerus vbique plane fuge nomen, tanquam rei turpis, quod timiditatem notet, vsurpat. Hac ratione ea præterdit, quæ refellendi ansam quodammodo porrigunt aduersariis, quæque facile diluuntur: & commutabilia, ac pugnantia dicit. Superest vt doceamus, quò occultarit sçhema artificio. At

quæ fuit huius rei ars? Animi habitum & vultum induit
 [proposito conuenientem.] Nam veluti indignabundus
 orationem habet, & à Iouis accusatione, ac conuitiis in
 Deum initium duxit, atque ita auiditorem sefellit. Exi-
 stimabant enim, qui intererant, eum, præ animi impo-
 tentia, oratione accurata vti non posse; sed perturbatione
 hæc effundere. Hæc ipsa via ac ratio est vtendi figurata
 oratione, quam maxime id tegere ac dissimulare. Habet
 itaque fidei complexionem, quæ figurarum est maxima,
 Magnitudo: quæ in simplici dixeris argumento, dicendo
 eadem in obliquo & callido sermone, figuram termina-
 re, comparando priuatam contentionem cum publica:
 vt iam è Demosthene, Thueydide, & Platone cognosce-
 re licuit, adhibere nimirum quæ solutu facilia sint,
 promptisque ad inuertendum vti, quæ sito interim per-
 turbati animi colore ac specie. Denique illud semel te-
 nendum Figuras non esse nominum impedimenta, qua-
 lia sint quæ ambiguarum dicuntur, sed integræ contentiones
 sunt arte complexionis digestæ. Simplex est enim dele-
 ctus Figurarum: structura verò & compositio sin-
 gulorum capitum vt à simplicibus oritur,
 finit obliquus ac circumscribit
 orationes.

DIO-

DIONYSII
HALICARNASSEI
DE FIGVRATIS ORATIO-
NIBVS TRACTATVS ALTER.

*Interprete Guilielmo Gratio Brugensi,
S. I.*



SSERERE quidam audent, nullam omninò esse figuratam Orationem. Aut enim simplici, & recta Oratione vtendum aiunt, vel omninò nulla. Quæ enim vtilitas ex Oratione, in qua subintelligendum quid relinquatur. Si enim auditor orationem intelligat id ei satis est; si verò non intelligit, dicenti nihil prodest. Nos autem tantum ab Eloquentiæ munere abesse dicimus, qui figuratum Orationis genus nullum dari dicit: vt contra nullam Orationem dari vel sine figura, vel simplicem quoq; nullam dari asseramus: ab iis quæ nobiscum nata sunt & ipso vsu comparata exordiamur. Nulla instituitur sine figurato dicendi modo compellatio. Alius enim benigne & amice alloquitur, alius verecunde, hilariter alius: quidam cauillando; nò nemo denique admirando salutat. Vocationes ad proprias cœnas indigent figura. neq; enim omnes æquali salutare modo consueuimus, verum etiã apta singulis nomina titulosq; tribuimus. In exactione mutui, nò semper eadem procedendã via, sed & modũ & decentiã in reposcẽdo seruare oportet.

Pag. Gr.
Wech. 51.
I.

II.

Interdum enim asperius extorquendum; nonnunquam benigne vel prætextu alio senus est repetendum; & ut breuiter perstringam, ipsa Ironiæ species, signum quoddam est figuratæ Orationis. Itaque non tantum demonstratiuo aut deliberatiuo dicendi genere, sed & in Orationibus quibus Ius disceptatur locum habere ostendemus. Verbi gratia; qui dicere cupit, vel eleganter ad persuasionem dicit, vel alia ab iis quæ profert consequi intendit, aut omnino contrariam ab iis, quæ obtinere vult, structuram ordinat Orationis. Horum omnium exempla doctus Homerus abunde suppeditat. Eum enim qui venustam, & elegantem sectatur Orationem in Iride & Neptuno Ioui infenso exhibet. Iris quo tutior sit Oratio, monet ut decenter loquatur, traditque præcipiendi libertate Neptuno artificiosam quandam ad id admonitionem, dum ait:

Iliad. 6.

*Hac ego caruleis splendens Neptune capillis,
Desero verba Ioui fortissima, duraq; patri.
An quid mutandum? —*

Quomodo Iris Neptuno culto verborum apparatu persuadere conetur animaduerte. Laudibus enim primo sibi obstringit, ut aurem Orationi accommodet. Deinde vno Iouis nomine minas addit, Iouis verba se adferre significans Eius verò, quia aliud quam profert intendit, exemplo esto Thetidis ad Achillem Oratio, à ratione fortassis aliena figuram ignorantem, sed perspicacius rem iatuentem, maxime conformis. Ipsa enim dum ob Patrocli mortem moestum solatur filium sic ait:

Dulce est famineis misceri amplexibus. —

III.
vers. 32.

Equidnam materna ista admonitione indecentius? verum ex affectu matris obscure indicat delictis nequam esse indulgendum; verum Briseidis amorem in memoriam reuocandum, quod Iuppiter ipsi succurrerit; ad quam recuperandam multa sit Græcorum passus exercitus. Ne igitur exprobrat, aut exprobrare videatur muliebres amores, profert in medium, quasi doloris omnis lenimentum. Clarius verò hoc dicendi genus ex Diomedis ad Agamemnonem Oratione patebit, cum Græcorum animos ad figuram capeffendam sollicitat:

Atride

Atride insipiens ego tecum praelia inibo,
Acrius obsistens: iram depone ferocem.
Graiorum in castris primus mihi probra dedisti,
Imbecillemq; animum mihi, lentaq; pectora dicens.
Hoc verò Graci norunt, iuuenasq; senesq;
Ast utrimq; tibi donauit Iuppiter; inde
Sceptra tenere manu, maiestatemq; verendam,
Inde autem vires, qua gloria summa negauit.
Sperasti infelix Graiùm lentescere mentes,
Impellesq; animos forti concedere Marti
Si tibi mens reditum suadet, patriamq; capassis :
Vade age aperta via est, consistunt littore naues,
Qua te è Mycenis vexerunt ordine campis,
Agmina Græcorum Troiana ad castra manemus,
Donec ad exitium ducamus Pergama, & urbem.
Sin minus, & Patrias repetat gens cætera terras,
Tum mihi cum Sthenela mens est subsistere castris,
Et finem expectare urbis: nos numina curant.

Iliad. i. v. 32.

Hæc Oratio si nihil aliud intendit quam verba sonant, absurda omnino, & indecens sit necesse est, quid enim magis indecorum quam Regem conuitiis incescere & probris ornare? verum Diomedes vsus his verbis videtur persuadendi ratione percommoda. Orditur itaque à moliendo, & summa rei indignatione. Agamemnonem enim reprehendentem non grauate perus tulit, & Sthenelum, ei se opponentem increpauit:

Tu linguam nostris per suasus comprime verbis.
Haud equidem irascor pastor Agamemnoni plebis,
Hortanti ad pugnam celeres per castra Pelasgos.

Iliad. d. 412.

Hoc verò loco iniuriæ tenax abstrusum refricat vulnus. Si quis autem dixerit eum re bene gesta viribus suis fidere, tum contumeliosius quiddam videatur rebus secundis insolenter lasciuiare. Sciendum autem id genus conuitia in Agamemnonem coniecta auri instar vtilia illi fuisse. Specie enim indignantis atque irati eisdem patrociniatur: dumque Græcorum Principum animos à reditu deterrere vult, non adhortando, sed indignando id præstat. Huc enim conuictum illud pertinet:

Iliad. i. v. 40.

*Improbe, sicne aliquem sperasti posse notari
Degenerem, fractumq; animo, bellisq; fugacem
Omnibus è Danais?*

Cum enim suadendo ad manendum in castris inducere potuisset; hoc modo præstat cum stomacho : si eos putas ut fugaces manere posse. Oratio verò extenditur, cum addit :

Hinc fuge, aperta via est, & iterum nemo moratur.

Neque enim iudicat eos ad manendum hortandos esse, sed ad Græcos quasi iam persuasos verba facit. Veritus autem ne reuocare videatur, cæteris quoq; reditum in patriam concedit. Et hæc quidem figura est eius, qui alia loquitur & alia intendit.

IV.

Tertium figuratæ Orationis genus, quod est contraria iis, quæ dicimus intendere, in efficacissima Agamemnonis Oratione locum habet. Obseruandum autem in periculis id etiam vsu venire. Incertus enim Agamemnon quomodo Græcos armet, rei quoque incommo- dum profert:

Iliad, 8. 72.

*Dicite quisnam bellantes armemus Achivos:
Primum tentabo, quantum sermone licebit,
Armatisq; domum remeare subebo carinis.
Nos verò contra, suadete insistere Marti.*

Apparet hic manifesta experimenti ratio. Cum enim Achilles à Græcorum exercitu subduxisset sese, militiæ iugum subire detrectans, hic Agamemnon ductor exercitus totius, quærit quomodo sine Achille procedat, & licet videat Græcos Achilli infensos, timet tamen, ne si quid iusserit imperium recuset. Quæ cum ita sint, videamus inquit *si qua ratione Græcos armemus*. Et illud: *Verbis primo, quantum licet rem tentabo, & domum redire cum nauibus subebo*. Si quis fortè obiiciat Agamemnonem voti compotem nequaquam esse factum, frustra que, & infelicitè hoc sermonis genere vsu, cum & Græci in patriam concesserint, is hoc eius esse artificium ignoret necesse est. Neque enim hoc dicendi modo eos cupit retinere. Verum in quo lateat artificium videamus. Cum Græci infensi essent Achilli, neque iram ostende-

ostenderent, donec discedendi vrgeret necessitas, vult eos Agamemnon indignationem perfringere, bilemque palam patefacere, & à proceribus contineri, quod & præstitum est. Prompte itaque ad reditum capeffendum se expedientes, Vlysses & Nestor omnes in castris retinent: dumque hoc seriò tentat Agamemnon, figuratum hoc artificium non obscure docet, quo contraria iis quæ intendit Orator proferre consuevit. Est autem hæc Methodus planè admiranda, ac pænè absurda. nam quæ in Oratione vitia dicimus, illa virtutes esse ostendit. Porro inter vitia à Rhetoribus recensentur facile solubilia & Reciproca argumenta. Quorum illud quidem, est debilitatis signum: hoc vero periculi; idcirco inter vtrumque versatur Agamemnon. Quemadmodum enim cum quis quæ intendit, eadem dicit, neque repugnantibus, neque iis quæ facile solui possint argumentis vti necesse est. Ita cum quis contraria iis, quæ mente concipit, pronunciat, necesse est illum, ex Orationum vitiis conficere virtutes: alioqui in contraria incider, nec id quod intendit, persuadebit. Norunt id qui in mortis meditatione animum excolunt. Cum quis enim id consilium cœpit vt mori certus sit (nullus enim mori expet. t) verum contraria iis quæ dicit intendit. Adhæc qui amicorum oblata reiiciunt munera, tandem tamen acceptant, aliud dicunt. Docendum itaque ad soluendum facilia & retorta, & recte quidem atque occulte dicat. Contingit enim, si manifestum esse artificium deprehendatur, auditorem artem figuramq; æmulari. Exemplum verò eius qui Solubilia promit argumenta, hoc habe:

*Qui mihi promittens sic Iuppiter anquit vltro
Post Troia occidium patriis succedere testis.*

Il. 8. v. 112.

Igitur si Iuppiter promisit & anquit, subsistendum fuit in castris:

*Nunc me decipiens animum mutauit, & Argos
Infamem redisse iubet. —*

Iterum includit pugnancia. Neque enim decet in glorium redire. illa quidem facile solui possunt; hæc vero manifeste retorta;

*Frustra sit tantum populum, gentemq; Pelasgum
Bellum haud affectum gerere, & committere pugnam.*

Hæc sibi contradicens profert;

Turpe erit hæc nostris audire nepotibus.

Structuram obserua, videbisque tortis ac solubilibus
vti argumentis, idque eo propius deprehendes quo
accuratius verborum expenderis artificium. Sermonem
ab Affectu orditur exsuperantia, vt magis appareat do-
loris vehementia efferri quam consilii ratione duci.

Agamemnon ab indignatione orsus est:

Iliad. β. III.

Iuppiter ingenti damno Saturnius urget.

Qui ita contumeliose hominem aggreditur, in-
eumque tam dissonantia eructat, clarum est, ex animi
quadam acerbitate loqui, affectus violentior orationis
tegit structuram, quæ aliud vult, aliud loquitur.

VI.

Est autem & quarta species admodum abdita, qua qui
vritur, aliam inquit dicendi methodum, aliterq; orationem
finit, nec omnibus innotescit, quod eius figuræ Homerus
exemplum præbet.

Post efficacem Agamemnonis ad Græcos orationem,
Vlysses & Nestor in Græcorum exercitu retinendo oc-
cupantur. Duo autem hic occurrunt admiratione digna;
Videtur Nestor nihil ex se proferre, sed eadem cum V-
lysse dicere, *Μελέτην δὲ, forte μὲν δὲ, vt discipulus Magi-*
strum imitatur. Illi tamen Agamemnon omnem lau-
dem tribuit, quasi qui Græcorum animos consilio suo
subiiciat: quod absurdissimum esse ipsi etiam magistri af-
firmant. Dum Vlysses habita Oratione à multitudine
laudatur, Agamemnon quoque, ne senex deiectioni sit
animo, illi laudem suã attribuit, facitq; vti Magister solet
discipulos in ludo scientiæ suæ specimen dantes, ne in
fletum prorumpant. [præmiis] excitare.

**vniuersum.*

In vniuersum autem non idem dicendi argumentū præ-
manibus habet Nestor quod Vlysses; In Nestoris qui-
dem oratione id latet artificii, quod eadem dicens non in
idem desinit. Difficilem enim rem persuasurus sibi per
idem argumentum viam facit.

Persuasi erant Græci ab Vlysse in castris permanere,
simul & reprehensione permoti, & suauitate inducti.

Verum

Verum asperius & difficilius thema assumit Nestor, eandem tamen cum illo carpit persuadendi viam.

*Pt pueri inter se iuuenes, viduaq; queruntur,
In patriamq; redire parant.*

Iliad. β. 389.

Sic ait Vlysses & Nestor eadem promittit:

Mollibus ò similes pueris, qui bellica nunquam

Iliad. β. 337.

Munera militia, sed tantum ludicra curans.

Promissa toties ubi nunc in pralia vires?

vers. 340.

Fœdera ubi? & dextris data sacramenta leuatis?

Omnia cesserunt flammis mandata virorum.

Vlysses verò fulminis prodigium à Calchante sibi prædictum narraturus sic ait:

Sceptiger Atreida, nunc te conantur Achini

vers. 344.

Omnibus inuisum mortalibus atq; perosum

Reddere, nec merita decoratum nomine laudis.

Ex quo patet eos eadem vti persuadendi methodo. Argumenti tamen discrimen ipsa laudandi differentia planum facit. Vlyssi applaudit tota Græcorum cohors ob efficacem dicendi splendorem, neque castra ideo dissoluere statuunt:

VII.

Graingena tam plus pugna Martisq; laborum

vers. 453.

Quam patria memores, quam nauibus ire per altum.

Vterius tendit oratione sua Nestor, dum enim videt Græcos ad manendum procliues, simul Troizæ vrget excidium, nullam vtilitatem ex castris prouenire ratus, nisi ad conflictum veniatur: quod Agamemnon querit quam maxime:

Pag. 54.

Nunc agite, & quinam celeres armemus Achiuos?

Iliad. β. 72.

Qua ratione verò absente Achille manus cominus conferendæ sint Nestor docet:

Accipe consilium; sererne per agmina passim

vers. 362.

Has omnes acies, atq; ordine rito locato

Quamq; suo, gens vna suo, tribus vna suo flet

Ordine cuius erit cui, gentilis adharens

Gentili, feret auxilium sibi sanguine iuncto

Sanguine coniunctus, defendet amicus amicum,

Quod si me audieris, Argiuq; ista monentem,

Cognosces quis dux melior, quis miles in armis:

Qualis quaq; cohors; nam per se singula quaq;

Agmina pugnabunt. —

Id argumentum est, quod Agamemnon requirebat, & periculosa Nestoris oratio, quam quasi aliud agens adiecit:

Il. d. v. 297. Visne aliud dicam, memori tu mente reconde.

Estque quasi finis concionis, quæ ad persuadendum, hanc necessario requirebat viam. Quapropter Agamemnon compos voti factus in senis huius laudis latè effunditur:

*Il. β. v. 307. Certè, inquit, venerande senex, te plurima lingua
Gratia commendat, prudenti pectore cunctos
Haud dubie Graios superas vincisq; loquendo.
Atq; utinam tales mihi Dii bis quinq; dedissent
Iuppiter ipse Pater, Pallasq; & Phœbus Apollo:
Nempe breuis nostris manibus caperentur, & alto
Pergama conciderent à culmine. —*

Nestoris mentem, Orationisque artificium de vrbe quantocyus expugnanda exprimit non obscure Agamemnon, dum se consilii sui scopum attingisse ait. Verum age, vnde demonstrationis omnis vis appareret Nestorem nihil effecturū subueretur. Quapropter illi in omnibus adminiculo est. Iram Græcorum ob Achillis abitum videt sibi conceptam persuadendi viam posse occludere; eam mitigare studet Agamemnon, dum se reum proslamat, & huius mali primam originem fatetur. Achillisque nomen in memoriam reuocat, quo Græcorum animos concitatos emolliat: quod patet ex sequentibus:

vers. 379.

— sed mihi magnans

*Iuppiter inuenit, vim materiamq; doloris
Tam male cumo forti qui me commisit Achille
Vnius ob pulcra certantem iura puella:
Cuius principium certaminis omne redundat
In caput hoc: à me causum venisse fatebor:
Quod si tempus erit quo mutua nostra redibit
Gratia, & una fides iterum deuinciet ambos
Tum non vlla dies Troia fatale superba
Disseret excidium. —*

Ad

Ad commiserationem eos his dictis commouit, iramq; sedauit non mediocriter, dum sibi inuolat Achilles à castris discessum. Tum Nestoris fauens sententiæ, prioribus omissis familiaritatem cum illo inuit:

*Nunc firmare cibo tempus languentia membra
Post Marti libare decet. —*

Iliad. β. 381.

Hoc dicto minas etiam Intentat his, qui se militiæ subtraxerint:

*Seu qui detrectaris opus pugnaq; laborem
Seu quis ad aratas deuans pralia naues
Resisterit, non effugiet, quin corpore sparsa
Pascat aues, canibusq; inhumatus prabeat escam.*

vers. 391.

Patet figuræ ordo: Agamemnon primum ab encomio Nestoris orationi patrocinator: tum conceptam iram demulcet, dum se deliquisse fatetur. Denique tanquam Imperium obtinens minis agit.

Inter Philosophos Plato hanc figuram imitatus est. In cuius Symposio Alcibiades Socratis laudes decantat in fine encomii, ita Alcibiades ad Agathonem: *Vide igitur, mi Agathon, ne quod multis aliis, idem tibi contingat. Iste enim Socrates qui amatorem se esse simulat amatus euadit, ne sic ille tecum agat, uti cum omnibus egit.* Amabat igitur, [ut liquet] Alcibiades Agathonem, neque ab alio quoties amari cupiebat. Sub finem verò intrtexuit excusationem quasi in laude ponens. Ipse Socrates autem artificium edisserit: *Sobrius mihi uideris ð Alcibiades; Ebrius enim è conuerso uidebatur: Nunquam alioquin tam artificiose quasi longo uerborum circuitu hanc Satyricam personam induisses, nisi sobrius fuisses, hæc enim omnia à te dicta sunt, ut me ð Agathonè calumniaris, ut ego tui, ð nullius aliterius amator sim.* Id autem in orationis calcem reseruisi, quasi non huius rei gratia cetera omnia protulisses, uerum non latuit nos quid sibi uellet illud tuum Satyricum figmentum. Conabimur & post Homericæ exempla declarare hanc methodum etiam Rhetoribus siue in Iudiciali, siue in demonstratiuo genere esse familiarem, nec dialogis etiam deesse.

IX:

X.

Ad aliud igitur Figurata orationis genus stylum conuertamus, quod quidem duplex est. Primum, quo libertatem siue licentiam, qua in dicendo utimur, securo verborum ambitu præmuniamus. Porro priori dicendi licentia non utimur aduersus eos, quos reprehensione dignos iudicamus, verum audientibus aliis, quod his tamen conuenit narramus. In capite Homericæ Iliados furripit Achilles, post hunc Calchas Vates, vterque grauius Agamemnonem accusans, quod grassantem per Græcorum castra luem primus inuexerit. Achilles quidem consultoris in morem illi huius mali causam impunitat, eamque primò quasi in ancipiti constitutus dubius inquirat, tum dicendi licentiam Calchanti præbet; Vates Achilli se opponens causæ suspicionem aliunde conceptam amouet. Achilles rem inquirens accuratius præstruit viam ad malorum originem manifestandam. Vtriusque igitur vtriusque habitos sermones videamus, ac hinc quidem Achillis subtilitate in re inuestiganda, inde verò Calchantis tutam & munitam responsionem attentius perscrutemur.

Pag. 55.

Iliad. a. v. 59.

*Atrida, nunc ergo domum sine laude reuertii
Cogemur: si forte tamen sic posse reuertii,
Et fatum liceat præsens euadere & istam
Quæ simul exhaurit vires, in bella nec ipsos
Pestis acerba sinis Danaos superesse, sed vrgens
Nos domat, & sumptus desistere coges ab armis.
Verum age, nos aliquem callentem fata Deorum
Aut qui per sacram vententia somnia noctem
Explivet (ex ipsis siquidem sunt somnia diuus)
Cur ita nos misere deuastat Phœbus Apollo
An quia vota minus persoluimus; an quia sacris
Facta mora est? fieriq; sibi Deus ille reposcat:
Sine agnum tenerum, corpusq; recente capellâ
Arceat hanc isto placatus munere festem
Hac dicens, reliquis Heros assedit Achiuus.*

XI.

Hactenus Achilles obscure Agamemnonem mali fontem subinnuens, rem tamen totam dulcia quadam quæstione inuoluit. Rei demonstratio in eo consistit; primò quidem quod ad Agamemnonem verba faciat

non

tionem verò ad multitudinem. Cum ait:

Atride nunc ergo domum sine laude redimus?

Dum enim eum ob Regiam dignitatem Allocutione veneratur offensionem verborum securitate facit molliorem. Deinde subdit:

Bella simul nos longa domant, & pestis Achivos.

Belli motor primus Agamemnon fuit Græcorum cogens exercitum. Idem bello pestem accendit. Cur verò belli istius mentionem fecit; cur & pestis, nisi vtriusq; auctorem Agamemnonem declarate voluisset? Deinde postquam palam fecit ab eo malum profuxisse, ad quaestionem venit:

Verum age nos aliquam callentem fatâ rogemus

Aut qui per sacram venientia somnia noctem

Explicit (ex ipsis siquidem sunt somnia Divis)

Cur ita nos misera denastet Phœbus Apollo.

Particula illa intensiva [*τόσον* vel *tantum*] addita significat veritati sibi non videri conformem eam, quam suspicatur, mali causam, sed veriorē adhuc expectat:

An quia vota minus persolvimus? an quia sacris

Facta mora est?

Admittit vel suspicatur factem Apollinem ob vota non persoluta vel sacrificia non oblata Græcis infensum. Et hæc quidem est structura orationis Achillis. Vates verò arrepta occasione verbis Achillis insinuat, ut de Agamemnone sermonem instituat, antequam tem patefaciat. Sumit autem dicendi materiam à particula *τόσον*; quæ rem intendit:

Nec votis damnat, nec sacra reposcit Apollo.

Ilia. d. v. 93.

Prius iam periculo omni occurrerat, eum dicebat:

Æacida, dilecte Ioui, mandata profari

Præcipis, & causas irarum exponere Phœbi;

Pareo, nulla mora est, & tu promitte vicissim

Sacramenta tua fidei mihi certa futura.

vers. 74.

His, & sequentibus additis fatetur se Regis indignationem incurrere. Addit enim:

Tunc me expositum magnis fortasse periculis

Auxilio cassum, verbisue, manibus relinquis.

Credo etenim nimiam quoniam exardescit in iram

vers. 78.

*Omnibus imperso qui praesidet unus Achivis.
Dein sententiam adiungit:
Semper enim Regis metuenda est ira minori.
Tum bilis artificium intertextit:
Qui quanquam male dissimulet, bilemque molestant
Concoquat, & poenam praesens in tempus omittat,
Non tamen impressa semel oblitiscitur ira,
Supplicio dum facta grauis commissa rependat.
Dic igitur num ne inbeas sperare salutem.*

Ex hoc ostendit, Agamemnoni malum omne impu-
tandum; ac proinde ex aduerso confinia quaedam his ad-
dit statim Achilles:

*Aude animo vates referens responsa Deorum
Sancta per irati iuro tibi numina Phœbi
Cuius tu Danais promes oracula, Calchas,
Dum solem intueor, dum spiritus hos reget artus,
Nemo manus in te violentas ingeret unquam
Rostratas iuxta naves, non omnibus vnus
Et Danais quisquam; non si volet ipse Agamemnon
Quem praestare aliis regnandi viribus aiunt.
Tunc grauis hoc posita cepit formidine vates.*

Fatetur Poëta apertè artificium, estque hic vnicus
& excellens persuadendi modus, rei veritate obscure sub-
innuere, & quadam quasi collatione, & cunctatione rem
exponere in procœmio antequam vere dicas quid velis.
Altera restat Figura, qua alios demulcemus, alios asperè
aggredimur ad maiorem securitatem, vtrique verò sub
alterius nomine alterna oratione prospectum volu-
mus. Exemplo erunt verba Vlyffis, quem Homerus po-
pulum in concionem vocantem inducit; vt in castris per-
maneant: quod & Agamemnon intendit. Sic igitur
ait:

*Et quacunq; vtrum reliquis virtute priorem
Aut Regem populi celer inuenisset Vlyffes,
Hunc placidis adflans verbis sic ipse monebat:
Optime sic timidum te non decet esse, sed ipsum
Te recipe, atq; tuas in pectore collige vires.
Atq; alios firma populos: nec enim tibi constat
Atridamagni qua sit sententia Regis.*

Hac

*Hac animos nunc attentat ratione suorum,
 Ut mox si qua noceat mala, puniat: Ergo cauendum
 (Nam neq; consilii nota est ratio omnibus huius)
 Ne qua furens animo mala forte inducat Achivis.
 Magnus enim Regis furor est, atq; ira tremenda
 Dilecti Superis, quem Iuppiter altus honorat
 Atq; amat. Inde virum si quom de plebe videbas
 Vociferans, retinensq; manu Laertius Heros
 Impulit, incutiens sceptrum, verbisq; minatus.*

Hac reprehensione Vlysses etiam Reges ad concilium conuocat. Qui in hunc Homericum persuadendi campum incidit, videt Reges blando sermone compellari; populum vehementius & asperius increpari. Quod verò Homericus Vlysses præstat, nemo notat. Quæ volebat Regibus insinuari, illa populo exponēbat; quæ verò vicissim volebat in populo reprehēdere. Regibus aptabat: Si quæras quid populo Vlysses dixerit, audi:

*Quin etiam non hic omnes regnamus Achivis
 Nec multos Regnare bonum: Rex unicus esto,
 Vnius imperium. —*

Ilia. β'. 203.

Sic modo, in quo Reges admonuerit; patet ex his:

*Nec verò constat qua sit sententia Regis:
 Nunc animos tentat, mox puniet ipse suorum.*

Ilia. β'. 194.

Hæc non ad plebem dicit, sed cum Regibus communicat. Fuit igitur hæc, vt liquet, ad vtrosque vtrinque alternatim communis oratio. Suo verò nomine Figuratae huius orationis contextum adiungit Homerus: quod cuius legenti obuium non est. Pro sua verò humanitate id enarrat Poëta:

Sic dominans, animosq; ducum, sic castra regebat.

vers. 207.

Quid hic dominans? an dominorum in morem agere? Absit; verum Orationis artificio id nomen est eius quasi explanatio, vt patet: *Dominans castra regebat*: nam artificio in ipso nomine consistit: Nunc ad priorē enunciationē Orationem conuertamus.

XII I.

Demosthenes docet concinne differendum de iis, quæ persuadere volumus: nec huius Figuræ nomen ignorat. In hunc autem modum in Oratione *De Corona* eam tractat: *Vbi Thebas legati venerint, quomodo negotium hoc administrabitis, nunc serio admoneo, ut attentus mihi aures accommodetis.* Addit deinde quasi Magister quispian qui discipulo artis, alicuius præcepta tradit: *A Thebanis videte ne quicquam postuletis. Id enim hoc tempore absurdum est, sed polliceamini vos opem illis laturos, si iusserint, tanquam hi ad extrema redacti sint. Nos verò melius quam illi, ventura prospiciamus, ut si hac adierint, nobisq; paruerint, & quæ volumus consequamur, & pro dignitate Reipublicæ nostræ conficiamus; si vero voto frustrari contigerit, illi semetipsos accusent; nos verò nihil turpe vel humile egisse videamur.* Modum verò alium ab iis quæ dicimus consequendi. Idem Demosthenes in suavis Orationibus, præsertim in ea quæ *de Classibus* [publicorum munerum] inscribitur, tradit: quæ Oratio iure merito à Rege titulum meretur, quod primus & solus in eum inuehatur. In hac Orator Atheniensium sententiæ aduersatur, qui ad bellum Persarum Regi inferendum erant propensi, idque vnum assequi intendit, ut à bellando abstineant; tegit verò hanc mentem suam, dum quadam verborum elegantia nondum bellum mouendum [Regi] suadet. Id autem ita præstat: *Ego quidem communem Græcorum hostem Regem Persarum esse existimo, non ideo tamen suaserim vos ut soli inter omnes vos in eum bellum suscipiatis.* Artificium adhuc subtilius apparet, quod bellum indici vetet iis qui regnum inuadere tentant. Est hoc belli injuriam occultè tegentis. Imitatur *Thucyd. lib. ii* eo Archidamum apud Thucydidem. Qui cum videt bellum Peloponn. ter Lacedæmonios, & Peloponnesios ad bellandum prociues, id eis volens interdiceret, aperte facere minime audet. (nec enim paruisserit) suadet itaque [aperte] nondum bellum esse suscipiendum, dum interea nonnunquam admitti cupit. Et hic quidem vnus est procedendi modus. Alius est quibus ipsi inferre parant, iis verat inferendum Demosthenes: cum quibus verò ipsi præliari renuunt, cum iis præliandum censet [Orator] estque hæc oratio

XIV.

Oratio bifariam figurata. Ipse enim Regi nequaquam bellum vult inferri, cui ipsi tamen volunt. Philippo verò inferendum iudicat cui omninò nolunt ipsi. Hoc verò artificium [ad finem suum consequendum] instruxit O-rator : Ad posterius argumentum quod attinet de non committendo prælio cum quibus ipsi volebant, & contra, suadet cum Rege quidem concertandum, sed nondum Præparatione enim ad hoc opus esse, quæ dilatio concitatio-rem frangit in Regem impetum, & consilium de præparatione facienda, ad Philippum bello inuadendum omnino est idoneum. Rei veritatem ex Demosthene ita sentiente videamus: *Quod si alia ratio copiarum esset, quibus Barbari propulsarentur, alia quibus Græci, consentaneum fortasse esset nos contra illum instrui. Cum autem omnis instructionis ratio sit eadem, & eadem oporteat esse copiarum capita, ut hostes repelli possint, ut socii defendantur, ut opes nostra conseruentur : quid tum habeamus, qui se hostes fatentur, alios quarimus? At non potius aduersus hos instruimus, & illum quoque ulciscimur [πεισθη. Fortæ leg. πεισθη vel πείσω, ut Sylburg.] si vobis persuasero. si nos lædere instituerit. In alia quoque Oratione occultum mentis consilium aperit : *Video vos Philippum contemnere, Regem verò ut validum hostem pertimescere. Si verò illum bello prouocare nolumus, huic verò nequam inferendum censeamus, aduersus quos tandem præliabimur?* Euripides quoque integræ Tragædiæ huius figuræ structuram intertextit. In *Æolo* [Tragædia] Macareus clam cum sorore rem habuit, at ut sibi consulat, Patri suadet, ut sorores fratribus in coniuges dare velit : ita communi consilio & sententia schema figuratur. *Melanippe* sapiens dicta (id enim Euripidis Tragædiæ nomen inscribitur) à philosophando, ac propterea eius quasi *Mater* dicitur, ne improbable videatur exercitiū. Latet autem hic duplex Figura, vna in Poëtiæ verbis, altera in *Melanippes* sententia, quæ Tragædiæ persona est.*

Etenim *Anaxagora* auditor fuit Euripides. Fuit autem *Anaxagoras* istius sententiæ, *In omnibus omnia contineri, hunc locum quam postmodum distinxit. Postea Socratem audiuit*

Bibliothec. Theod. Canterus lib. 1. Variar. lect. cap. 15.

Pag. 57.

Initio O-rat. cont. Philippū, sed aliter paulò.

XV.

Explicat ex *Diademo Siculo lib. 1.*

Poëta, & magis ambiguam amplexus est sententiam, profitetur igitur per Melanippem opinionem priorem:

Non sermo noster, Matris est opinio

Quod terra, cælumq; olim erat forma vnica.

Ita Poëta suam affruit opinionem. Melanippe à Neptuno constuprata, ab illo proles suscepit, quas illa iuxta Patris armenta exposuit. Pater filiam ex boue concepisse arbitratus, proles, tanquam monstra, flammis cremanda decreuit. Mater succurrens auxilio Parenti monstrum esse nullum per totam Tragediæ seriem conatur probare. Docetque in hoc dramate Euripides similiter cum qui hoc genere Figurarum proxime vtitur, oportere Figuram dissoluere cum eius schematis securitate.

XVI. Ipsa enim mater omnem saluandorum liberorum rationem iniens ait Parenti: *Si virgo corrupta proles exposuit suas verita parentem, idcirco, ne morti dabis?* Itaque consilii prætextu rem suam stabilit Melanippe. Isocratis Oratio *Panegyrica*, eaque quæ *Philippica*, seu ad *Philippum* inscribitur, denique quæ de *Permutatione* tractat, eiusdem omnino sunt argumenti. Nam in his tribus Orationibus fusc tum Atheniensium, tum Philippi, tum suas laudes prosequitur. Atheniensium quidem, & Philippi laudatione & consultatione inuoluens, eas de industria procurat, ponitq; præconia quasi extra propositum consilii, cum in illa tanquam in scopum intendat; consilium verò extra rem tantum adferat [vt liberius in laudes prorumpat.] sibi verò ipsi [Orator] laudis materiam sub specie defensionis ad obiecta crimina desumpsit. Idem Demosthenes in Oratione de *Corona* præstitit; proprias enim laudes describens sui defensionem præmisit. Idem Plato in *Socratis Apologia*, cui eiusdem elogium intexuit. Idem & Xenophon in *Socratis Memorabilibus*: cuius causam dum suscipit, res gestas celebrat. Illorum omnium ratio est, multa argumenta simul complecti. Exempli causa, quæ Socratis est, eadem & Platonis, & Xenophontis defensio est. Oratio de *Corona* quatuor genera Causarum continet; *defensionem, accusationem, Demosthenis laudes*, qualem denique cum qui Rempublicam

blia gerendā suscipit, esse deceat, describit. Xenophon, in quo libro se *Agésilai* res gestas narrasse fatetur, historiam omnem figurate contexit : Apud eundem Xenophontem in *Cyri Padiā*, item in *nauali expeditione* idem dicendi genus inuenias : Cupit plebem æqualiter cum honoratoribus armari.

Cum vtrifque eleganter differit : cum his quidem eos Pag. 52.
honorans : cum illis vero, quasi cum commilitonibus, & condiscipulis decertans.

In *nauali* apparatu militibus suspicantibus *Cyrum* expeditionem velle suscipere, & iniuriam quasi iter declarantibus *Clearchus omnia fausta*

* *promittit*. Idemque Orator in libro *de falsa legatione* aliud in Oratione prosequitur, aliud verò concludit. In eo enim maxime Figuratarum Orationum consistit Artificium, quod domesticis ac propriis apparatus alii cō-

miscantur, & intexantur. Quod & Thucydides adhibuit in *Oratione Funebri* [à *Pericle* habita] seu *Epitaphio* cum

pro Concione Athenienses ad bellum cohortaretur *Epitaphii* capita consilio admiscuit laudesque continet supplicatio à generis splendore, è Maiorum virtutibus

orto: laudem itē continet adhortatio desumpta à comparatione contrariorum cum vtriusque Urbis copiis. Ex his concluditur, quod in disputationis statuimus ex-

ordio tantum à vero abesse quod dicitur nullam dari Figuratarum Orationem, vt contra nullus sermo sine Figura esse possit. Itaque rursus ad institutum prius redeamus.

Cum Rhetorum concertatio omnis in duobus consistat, Actione scilicet & Moribus ; Quæ ad mores spectant nunquam non Figuras admittas habent. Multa & varia huiusmodi exempla in quibus alia tractantur, alia con-

cluduntur apud *Homerum* reperias. Neq; *Brisceidis* Oratione sine Figura est, quæ discedens ab *Agamemnone*, iacentis *Patrochi* cadauer * spectatura prona corpori su-

perincidens mortuum luget, Lector quidem existimat quod *Patroclum* luctus sui scapum statuatur. Exhibet verò *Pœra* in hoc mulieris sapientiam, quæ in flore æ-

tas cum sit de irritis sibi promissis exoptulat, & lugentis in morem ad *Achillem* se conuertit:

* Id est, forte
ἰστορικῶς
ἐπιφθ.

XVII.

* ἰστορικῶς

Il. 7, v. 288,

* Hæc sunt
dolentis ini-
tia, post lu-
gere pergit,
speciè iusti
doloris præ
se ferens.

vers. 595.

— *Anima mihi charior ipsa*
Hæc qualis Patrocle iaces? viuum ipsa reliqui
Hinc abiens, cassum inuenio te luce reuersa.
Sic mala fata malis misera mihi Iuppiter addit,
*Accumulans: * cui me nuptam tribuere parenter,*
Mors tulit atra virum patria pro mœnibus ausum
Decertare manu, isto tres mihi tempore fratres
Hausit acerba dies genitos ab utroq; parente.

Hæc Achillem tangunt, qui marito occiso eam in v-
xorem adsciuerat, indigentque consolatione. Sequitur
dein fœderum commemoratio:

Tum tu ne flentem solatus es optime Graiùm
Pollicitus dare velle operam, quo magnus Achilles
Duceret uxorem miseram me, & nauibus altis
Impositam patria secum deferret ad oras.
Atque apud insignem iuga connubialia Phthiam
Conficeret, mecum turba celebrante Hymenæum,
Myrmidonum. —

Deinde concludens Epilogo stimulum addit postu-
lationis:

vers. 300.

— *Merito ergo queror, lacrymisq; peremptum*
Prosequor. —

Achilles iustam hanc querelam auribus excipiens,
ait:

Desine flens mulier, tibi namq; hac firma manebunt
Fœdera. —

XVIII.

Huiusmodi enarrationes in Poëtarum passim & O-
ratorum scriptis, tam in Iudiciali quam Deliberatiuo di-
cendi genere reperiuntur. Plenæ sunt Historiæ Figurarū
dictionibus, etiam in oratione simplici. Dico, inquam, &
addo etiam in vulgari sermone huiusmodi artificium
non deesse; vt hac ratione rem probabilem faciat audi-
toribus. Huius documentum præbet supplex Aiæcis ad
Achillem Oratio. Phoenix artificio vtitur aduersus A-
chillem, & gratum illi texens sermonem contrariuam mo-
litur [exitum]

Il. i. v. 434.

Si maneat tibi tanta animo indignatio, Achilles,
Vt nos destituas abiens, nec nauibus ignem
Hostilem auertas, atq; hinc tibi certus eundi

E#

DE FIG. LOC. V. TRACT. ALTER. 137

Est ardor; quamam hic solus ratione relinquitur?

Gratum hoc Achilli audire se à Phœnicæ non relinquendum. Ratio deinde additur cur eos separari dedecet; quod nempe simul à prima ætate fuerit ab illo educatis, hæc verò in contrariam hypothefin tendunt: *Esto, Achilles, dictis meis obaudiens, Te enim enutritum [parvulum] gratiam debes.* Rem ita se habere sub finem fatetur:

Verum, age, corda doma: atque animum fortissime Achilles A- vers. 492.

Tolle furorẽ animo mentem quoq; numina flectunt.

Achilles artificio cognito, figuram figuræ opponit, artem Magistri imitatus. Ita enim respondet:

Ne mihi turba animum, nec tu, rogo, fautor Atrida. vers. 608.

Gratificere tuo. —

His verbis exponit [Achilles] Phœnicis artificio, deinde opponit Figuram:

Mecum habita, & mediam Regni partem coronam. Iliad. l. v. 612.

Cur hæc dicat nemo non videt. Postulauerat gratiam rependi [Phœnix] cum sequentiã reftricabat:

Sape sinu medio pectus vestemq; rigasti vers. 486.

Vina vomens teneris infans nutritus ab annis.

Pueriles mores Achilli, tanquam sibi obstricto in memoriam reuocauit; Ille contra, Phœnici, ne simile quid poscas, aliud maius tibi rependam. Sic ergo Phœnix figurate locutus est. Ajax verò simplicissime cum dicat, omnium tamen est in Oratione subtilissimus. Surgit ira percitus, quasi loqui plura dedignatus, ait:

XIX.
Pag. 59.

Ecquis erit finis sermonis itinere in isto? vers. 521.

acriter & feruide Achillem reprehendit. Quia verò, hac libertate illum maxime supplicat, rogat, & quasi precibus cogit, mox subsequitur Oratio:

— Populus tibi, gensq; domestica, Achilles, vers. 636.

Nos sumus ex Danais. —

Sunt autem hæc vulgaria, & simplicia nec carentia libertate. ex quibus [Achilles] arte vicissim vsus videtur magis persuasus, cum ait:

Castrorum ductor, Telamonie, Nobilis Ajax vers. 640.

Qua deceant loqueris, & non nisi iusta profarus.

*Sed mihi consurgit feruens in pectore bilis
In mentem quoties rouoco, mecumq; resordor
Quâ me ignominia complevit filius Atrei.*

Ex his, simplicem orationem in Figuram interdum definire est argumento, cum debitorum exactiones sine figurâ non fiant. Qui enim ab iis quib. benefecerint beneficium vicissim repossunt, data occasione à probris abstinentes decens postulant [quod debetur.] Docetq; [alibi quidem] Poëta qui cum arte beneficium repetant, & qui sine arte. Sic Achilles matrem alloquitur:

*Ilia, d. 396. Sape quidem, cum paruus adhuc genitoris in aula
Versarer (memini) verbis iactare solebas,
Te grande exitium diuis ex omnibus unam
Auertisse Ioui, quando illi dura pararunt
Vincula. —*

Deinde narrationis perficit seriem, additq; :
*vers. 406. Ergo memor mater transacti temporis, illum
Admoneas, genibusq; aduolueres. —*

Thetis his perceptis filio morem gerit, eumq; bono animo esse iubens promittit se non solum dicturam, sed & ordinem exponit:

*v. 419. Has pergo deferre Ioui, tua verba, querelas
Fulmine gaudenti, & nubes transibo niuosas.
His promissis, ubi ad Iouem peruenit, absque vlla ex-
probratione, rem non sine artificio recenset:*

*v. 504. Summe Pater si te in costu venerata Deorum
Seu te, seu verbu fuerim. —*

Quo in officio honorem exhibuerit: non dicit, verum decenter Iouem commonefacit. Eodem modo [Chryses] sacerdos, simplicior quidem in dicendo quam Thetis. Eleganter tamen hanc figuram expressit, sic Apollini supplicans:

*v. 40. Si tua rite meis veneratus templa sacerdos
Muneribus fuerim, si pinguia viscera flammis
Caprarumq; bouumq; adoleui, ags Phœbe petenti
Hoc desiderium mihi perface. —*

Ipse Homerus figuratæ Orationis præcepta tradit ex eo quod non elegantia, sed vsu careat breuitatis. Quantum autem quandoque concedit necessitas, tantum occasio

ſio deprecatur, vt Homerus oſtendit in Oratione Mercurii ad Priamum. Hunc enim inſtar Magiſtri inſtruit, quomodo Achillem aggredi deceat, exponitq; ſupplificandi methodum:

*Tu verò ingreſſus, genna amplexare ſuperbi
Æacide, atq; per aquam tibi fata parentis
Per matrem, natiq; decus venerare precator
Peſſora dura, tyuces animos faſtumq; remittat.*

Iliad. d. 469

Om̄nem obteſtandi modum ſeruat, dum genus Achillis recenſet patris quoque & matris, imò & filii mentionem facit: ſenex hiſce perceptis, artem ex arte cognouit, Achillemque aggreſſus, ac * mento [Græcorum in morem] apprehenſo ait:

Eſto memor Patris, oro tui fortiffime Achilles.

* *ſpici;*
Fort. 2910
genus.
v. 486.

Is neq; patris quidem, neq; matris, ſed maiorum meminuit: quo multum omnino filii attribuit neceſſitudini. Reſtat nobis igitur illa Figura explicanda quam Homerus [& Græci Oratores] *ειρω* vocant.

XXI.

Quintilian,
lib. 7. c. 11.

Qua oratio ita exprimitur, vt omnibus quidem pateſcat, ſed decorum in reprehentione ſeruetur. Multi verò ſunt, qui hoc Orationis genus, quo rerum vel perſonarum imago exprimitur, ignorant. Habet locum in Ulyſſis verbis:

*Artibus armorum præſtas, & viribus haſta:
Verum ego te ingenio ſupero prudente, ſerendia
Conſilii, multo qui ſum præſectior annis.*

Iliad. r. 217.

Ecce increpationis initia, vt illud [alterius:]
*Mæne Deo forma ſimilis, fortiffime Atrides,
Poſſe latere putas, quas nectis fraudibus artes?
Nulla unquam ratione mihi perſuaſeris iſtud.*

Iliad. c. 131.

Deinde mentis ſux adiungit ſententiam [Ulyſſes pra:]

*Quocirca aduertere debes
Hæc mea dicta animo, queis poſſis vera doceri.
Temporis exigui ſpatio ſatiantur amari
Martis amore homines, cum ferro & fulce manipuli
In terram plures recidunt, nec plurima meſſis
Conſequitur, poſtquam plures iuſta parte bitantem
Iuppiter inclinat vitæ pincerna hominumq;
Collatio iſta, ſiue Icon eſt, conſultationis huius fini*

Il. r. v. 220.

Pag. 60.

est. Videamus quid per hanc similitudinem Homericus ille Ulysses intendant. Amare admodum Achillem inexpectas, occulteq; sed acriter commouet, quart & proce-
uam longius extenderat:

sup. *Artibus armorum prastas, & viribus hasta:
Verum ego te ingenio supero prudente, ferentibus
Consiliis, multo qui sum provecior annis.*

Ista præstatio est figuræ contentæ initium: *Videne
nimium viribus tuis fidas, alias arguis illas nullas esse:
verum audi virum cui nec scientia deest, & rerum agen-
darum præstat experientia: Porro quid nunc in coar-
pat, obserua:*

Il. 7, v. 225.

*Si fame quis pereat non est lugendus Achivis:
Quovis nempe die spectantur multa cadentum
Funera: qui duri cum cessare labores
Condendi sub humum sunt: his quoq; qui meliores
Ingenio exiguo concludunt tempore luctum:
Qui verò è duri superant certamine Martis
Hos adhibere decet curam potusq; tibiq;
Viribus ut validi venienti audacius hosti
Occurrant, nec quisquam alia est ratione ciendus
Ad pugnam è populo, nec alia miles Achivum
Classe relinquendus quisquam, sed fortibus omnes.
In Troas delati animis, pugnemus in hostem.*


Sic ille: quasi dicat: Multi quidem ob iram tuam fato
occumbunt; nunc igitur illa sublata, dignam animo tuo
victoriæ spem concipe [ô Achilles.] Addo, si Græci iei-
uno ventre ad prælium se conferant. Neque si ipse Iuppi-
ter in tui gratiam illis succurrat, poterunt famelici ad vi-
ctoriam reportandam perdurare. Vide igitur, ne Iouis
auxilio nimium efferaris, neque temere certamen in eas;
serius enim militum argueris imbecillitate:

Il. 7, v. 221.

*Nam cito mens hominum bello satiatur, & armis
Exigua est messis, plus iusta parte bilancem
Iuppiter inclinat, vita pincerna hominumq;.*

Ut quid hæc Iouis commemoratio? Ita fiet ut non
multum cupias emolumentum ex tua ad Iouem petitione,
si ieiuni manus conferamus, neque parum fortitudini
tuæ admirandæ hæc temeritas derogabit. Cum hæc igi-
tur

tur acrem quandam reprehensionem contineant, increpandi asperitatem similitudinis collatio mitigavit.



DIONYSIVS
HALICARNASSEVS
DE ORATORIBVS ANTIQVIS,
Lysia, Isocrate, Isæo, & Di-
narcho.

AD AMMÆVM.

*Interprete Matthia Martinez, Mid-
delburgio.*

N GENTES ætati nostræ agenda sunt *Pag. Gr.*
Wech. 80.
gratiæ, optime Ammæ, tum propter a-
lias artes, quæ iam multo quam antea
melius excoluntur, tum sanè propter ci-
uilibus Eloquentiæ exercitationem, quæ
vehementer homines ad magistratum
incundum promouentur. Nam superioribus temporibus
antiqua illa, doctaque Oratoria facultas despecta, &
multis adfecta iniuriis interiit. Iam inde enim à morte
Alexandri Magni sensim deficiens paulatimque conta-
bescens, nostra tempestate eo peruenit, vt penitus prope-
modum extincta sit. Alia autem theatri quadam im-
pudentia infamis & contumax, in eius locum successit,
quæ nec Philosophiam, nec alias humaniores artes am-
plexa est, at imperitam hominum multitudinem fascellit

& decepit; nec solum maiorem abundantiam, maiores delicias, splendoremque illustriorem sectata est, verum ipsas etiam dignitates, urbiumque magistratus, quos doctam illam Eloquentiam habere par erat, ad se rapuit, & intolerabili se fastu iactans, eo Græciam redegit, ut prodigis, deprauatis, & infortunatis familiis eam similem effecerit. Nam quemadmodum in illis ingenua & prudens vxor sedet; in gloria, cui omni suppellectilis vsu interdictum est; vecors verò aliqua pellex, quæ alterius necem machinatur, omnem suppellectilem inuadit, sibiq; illius vsum arrogat, veram dominam vilipendens, & perterrens; ita iam in omni Republica, quin & in bene institutis (quod profectò omnium malorum summum est) antiquæ illa & innata Attica Musa, propriis bonis priuata, infamis facta est; noua autem hæc est Speluncis nonnullis heri & nuperime exorta, vel Phrygica Musa, vel Caricum aliquod malum; aut potius barbarum, aliam è ciuitatib. eliminans, indocta scil. doctam, sapientem insipiens, ipsas Græciæ ciuitates voluit administrare. Verumtamen tempus non iustos tantum viros, teste Pindaro, sed ipsas etiam artes & studia conseruat; uti nostrum hocce tempus egregie ostendit, quod, vel Deo quopiam ira dirigente, vel circulo naturæ in antiquum suum statum denuo reuoluto, vel humana inclinatione multos in idem studium impellente antiquæ & doctæ Eloquentiæ, meritam quam prius habuerat dignitatem cum honore reddidit; nouæ autem & imperitiæ, & in alienis bonis enutritæ, honorem, quem immeritò possidebat, ademit. Nec ob vnâ hanc fortasse rem ætatem nostram hominesque, qui etiam Philosophiam sequuntur, laudare par est, quod meliori partim maiorem quam deteriori honorem tribuere incœperint (& sanè bonum initium dimidium totius dici operis solet) verum etiam quod tam cita mutatio, & incrementum per eos factum sit. Omnes enim ciuitates, demptis nonnullis Asiaticis, quæ, quod non doceantur, difficulter rectam eloquentiam queunt addiscere, intolerabile illam, frigidam, stupidamq; amare desierunt. Qui enim prius docti in iis erant urbibus, pudore iam ducti, ad alios se

(nisi

Pag. 81.

II.

commodant: qui verè
 dicant, hanc Eloquen-
 penditur studium ex-
 vnicam causam & o-
 dominam Romam;
 sit conuertere: huius
 modum R. epublici-
 applicant, & oprime-
 ab quib. ipsa ciuitatis
 cimenti multum accè-
 te intellectuq; eos uti
 ctas per homines huius
 illas quoq; orationes civiles
 q; tractatus, non sane con-
 Romani tum Græci præcla-
 rant opera, & adhuc, vt pat est,
 ta tam exiguo temporis spa-
 vnum sæculum studium illud
 non penitus intercideret. Nam
 descendit, facillime ex tenui
 xtingitur. Sed omittam
 pestati nostræ agam, quod
 optima secuti sunt de præca-
 coniecturam faciam, nec his
 quisq; etiam imperius diceret:
 placituro, tum hominibus
 memento, hæc dicere aggre-
 ant corroborari. Dicam igitur
 Oratores & Historicos maxi-
 cuiusque viuendi, dicendique
 is imitanda, quæ verò cauè-
 uanda iis qui civilem Philoso-
 ea vnquam scripta, aut ab aliis
 huiusmodi scripta non vidi, cum
 inquiserim; nec etiam assero, velu-
 essent enim fortasse quædam scri-
 nesciam existare. Seipsum autem, certam
 num regulam facere, & dicere facta

III

IV

non esse, quæ fieri potuerunt temerarium est, nec insanie crimen effugit. Hæc igitur, ut prius dixi, certo non asseram. Sed cum Oratores rerumque gestarum scriptores, de quibus dicimus, multi sint, iique boni; & de singulis quidquam dicere magni temporis foret, de omnibus non loquar. Sed ex toto numero seligens optimos, per ætates singulas de singulis scribam: in præsentem quidem tractatum de Oratoribus; si verò tempus & vita concedatur, etiam de historicis. Ex Oratoribus tres erunt antiquioribus, Lysias, Isocrates, & Isæus; tres è posterioribus, Demosthenes, Hyperides, Æschines, quos ego cæteris censeo præstare, inque duo capita tractatus diuidetur: primò quidem de antiquioribus, dein de posterioribus erit sermo.

DE LYSIA IUDICIUM.

Pag. 82.
V.

LYSIAS Cephali F. parentes habuit Syracusanos, natus est Athenis cum pater eo commigrasset, & cum nobilissimis Athenientium, literis operam dedit. Quindecimum iam annum agens cum colonia, quam Athenienses totaque Græcia, duodecimo ante bellum Peloponnesiacum anno, miserant, cum duobus fratribus in Thuriis traiecit, vixitque illic feliciter admodum, usque ad casum illum, qui Athenienses omnes in Sicilia commorantes inuasisit. Nam populo paulò post illic tumultuante, cum aliis trecentis, quod rebus Atheniensium studerent, accusatis, in exilium pulsus est. Venit itaque continuo Athenas, anno ætatis, quantum coniectura assequi licet, quadragesimo septimo, Prætoris Callia: ex eo tempore se in dicendo Athenis exercuit. Multis autem scriptis orationibus iudicialibus & deliberatiuis insignibus, etiam panegyricis, amatoriiis, epistolicis, omnium qui prius floruisent, aut tum etiam florebant, Oratorum gloriam obscurauit, & admodum paucis eorum qui post secuti sunt, in omnibus dicendi generibus, & iis etiam præclaris excellens cessit. Nunc autem dicere incipiam, quem dicendi characterem adhibuerit, quas virtutes in dicendo inuenerit, qua in re post-sequentes superauit, & qua

qua ab iis vicissim superatus sit, quid deniq; in eo in Oratoria imitandum. In elocutione purus admodum est, & optima Attici sermonis norma non antiqui illius, quos vltus est Plato cum Thucydide, sed eius qui tum temporis vigeat, ut ex orationibus Andocidis, & Critiae, aliofque multorum colligitur. Hac cum in parte, quae in eloquentia prima est, & plurimum dominatur in dictione scilicet purum esse & nitidum, nemo è posteris superavit, imò & patci. vno dempto Isocrate, qui solus post *Lysiam*, meo quidem iudicio, magnam in verbis puritatem adhibet, potuerunt imitari: atque hanc vnam in hoc Oratore imitatione dignam virtutem reperio, & omnes; quotquot vel scribere vel dicere pure cuperent, hunc sibi verum imitandum velim proponere. Quis & aliam virtutem priori non inferiorem in eo video, quam multi quidem eius equales imitari conati sunt; at nullus eo magis expressit. Quenam illa: propriis scilicet verbis, & iis communibus & vulgaribus senta animi efferre. Nemo enim tropicis & tralatitiis verbis *Lysiam* vltum fuisse imitauerit; nec tamen hoc tantum nomine laudari dignus, verum etiam quod verbis maxime communibus, nec poetico contextu dispositis efficiat, ut res ipsae magnae, grandes, & excellentesque videantur. Eandem profectò priores gloriam non sunt consecuti: cum enim illi Orationes suas insignes reddere cuperent, vulgarem dicendi formam immutantes, poetica sectati sunt, plurimis Metaphoris, Hyperbolis, aliisque tropis vtentes, & verborum sonantium & peregrinorum vltu, communiumque figurarum immutatione, aliaque nouitate populum perterrentes. Ostendet aperte id Gorgias Leontinus, qui saepe molesta & intolerabilem compositionem sectatur, ut non raro Dithyrambica eloquatur, eius item socii Licymnius & Polus. Nam, ut Titæus loquitur, Poetica & tropica dicendi forma inter Atticos Oratores auctore Gorgia irrepit; qui ad Athenienses legatus, auditores in contione percelluit. Sed ut verum fateamur, ipse quoque Thucydides, antiquitatem semper sectatus, Historicus alioqui doctissimus, poetico in orationibus funebribus & eoracionibus adhibito contextu, in earum plu-

VI:

VII:

Pag. 83.

VIII.

rimis elocutionem in fastum simul ornatumque insolentem commutavit. *Lysias* autem nihil huiusmodi in orationibus tum Iudicialibus, tum Deliberativis, quas certe a curate scripsit, adhibuit, nisi fortasse nonnihil in Panegyricis. De Epistolicis enim, & Amatoriis, & aliis orationum generibus, quas nulla adhibita cura conscripsit, non est opus dicere. Adhæc, cum vulgariter loqui videtur, multum ab ipso vulgi sermone recedit; cum verò compositè, solutis è versu dictionibus peculiarem quendam sonum reperit, quo verba ipsa exornat & dulcia facit. nullum tamen tumorem vel superbiam ostentantem. Secundam hanc in eo virtutem illos, qui eius dicendi rationem volunt effingere, velim imitari, multos quidem hoc in genere æmulatores habuit, tum rerum gestarum scriptores, & Historicos, tum etiam dicendi magistros & Oratores; ex antiquioribus autem *Isocrates* adhuc iuuenis proxime ad illud post *Lysiam* accessit. Nemo verò præter hos alios Oratores inveniet, qui ita in communibus & propriis verbis excelluerint. Tertiam in illo virtutem censeo, perspicuitatem, non in nudis modo verbis, verum & in rebus: est enim & perspicuitas quædam, quæ in rerum tractatione consistit, quam multi tamen ignorant: testimonio est, quod in *Thucydidis* & *Demosthenis* dictione, qui elegantissime tamen sua elocuti sunt, multa nobis obscura & vix intelligibilia videntur, quæque interprete indigeant. *Tota* autem *Lysia* dictione perspicua est & aperta, & multum à civili eloquentia remota. Si verò hæc ipsa perspicuitas oratorum, quod quis nec aliter, nec elegantius queat dicere, imitationem illa non meretur: iam verò tantæ propriorum verborum thesaurus ex multa quæ in eo est copia hanc eius virtutem indicat. Quamobrem merito perspicuitas eius imitanda est. Quin etiam cum perspicuitate brevitè sententias efferre (cum tamen id perdifficile sit, hæc duo coniungere, & cum modo ac ratione aptè inter se miscere) *Lysias* non minus quam cæteri Oratores potuit. Quare non est quod qui hunc Oratorem terunt, improprie & obscure eum locutum dicant: Huius autem elegantia hæc in eo causa est, quod ipse apud

apud illum res verbis non subseruiant, sed tent ipsa vltro sequantur verba: Orationum autem illius ornatus non in vulgarem characterem immutando, sed imitando potius consistit. At in elocutione non est talis, in ipsis vero rebus ineptus, inopportunos, & prolixus. nam præ cæteris sententias conglobat & conuoluit, & tantum abest, vt quid non dicendum dicat, vt multa etiam quæ bona alioquin sunt; relinquere videatur: neque hoc, quod materia illi inuentioque defuerit, sed propter ipsam temporum, ad quam accommodanda Oratio, dimensionem. Itaque quidem breuis est, vt pro imperito cupiente rem ipsam tantum indicare, sufficiat, pro Oratore vero facultatis Oratoriarum præstantiam patefacere cupiente, nequaquam. Imitanda etiam est igitur illius breuitas: neque enim apud alium quempiam Oratorem temperatior vlla inuenietur. Post hanc & aliam in *Lysia* virtutem reperio admodum egregiam, cuius quidem auctorem Thrasymachum ponit Theophrastus, ego vero *Lysiam*: nam fillo huic antiquotem puto. Loquor autem de utroque in flore ætatis constituto: quod si nec hoc mihi concedatur, dico hunc saltem in veris causis magis quam Thrasymachum hanc virtutem adhibuisse. Quamuis non certo, vter huius auctor exstiterit, asseram, *Lysiam* tamen in ea magis excelluisse audacter possum asserere. Quenam autem est, de qua loquor, virtus? sententias in compendium scilicet contrahere, & rotunde efferte, quæ profecto virtus in iudiciis omnique vera causa propria est & admodum necessaria; hanc quidem pauci imitati sunt, vnus autem Demosthenes arriam superauit; nisi quod non adeo moderatè & simpliciter, vt *Lysias*; sed superflue nimis & frequenter vsurpet. Hæc enim, meo iudicio, hic dicenda sunt: de quibus tamen suo loco vberius dicam. Habet etiam multam euentiam dictio *Lysiana*, atque hæc ipsa est facultas quæ ea quæ dicuntur sensibus quodammodo repræsentat, quod ex sequentium acceptione prouenit. Qui vero attentè ipsas *Lysia* Orationes considerauerit, non adeo stupidus, morosus, aut etiam adeo hebes futu-

IX:

X:

XI:

* *Locus est deprauatus.*

XII.
In moribus exprimendis excelsis.

Pag. 84.

rus est, quin ea quæ dicuntur tanquam ante oculos videre, & cum iis, quas Orator inducit, personis colloqui se putet; probabilitatem quoque nullam requirit, eos quidem ponit * vt exoptulantes, illos vt cogitantes, alios vt loquentes. Nemo profectò Oratorum in hominum vita describenda, & singulis proprios affectus, mores, opera attribuendo illum superauit. Adeo & hanc virtutem illi maximè propriam, quæ à multis ethopœia vocatur. Nulla enim omninò apud hunc Oratorem persona intuenienda est, cuius mores non egregiè describat, imò nec in anima. Cum autem tria sint in quibus & circa quæ virtus hæc cernatur, *Mens* scilicet, *Dictio*, & ipsa denique *Compositio*; in singulis his eum cenfeo excellere: non enim mente præditos eos tantum putat, qui bona, vtilia, & conuenientia loquuntur, vt imagines quædam morum verba esse videantur: sed motibus etiam dictionem propriam, claram, omnibusque hominibus vsitatam accomodat, qua fit vt optimi videantur. Tumor enim & otinne quod studio fit, indecorum est: ille verò simplicem tenuemque dictionem adhibet, cum sciret mores non in ambitu verborum & numeris, sed in soluta dictione apparere. Vt autem in vniuersum de hac virtute loquat, nescio an alius vllus Orator, qui simili orationis structura vsus est, aut suauius aut magis ad persuadendum apposite dixerit. Videtur enim compositionis eius stylus esse incompositus, simplex, nec affectatus. Vnde non miror, si omnibus quidem imperitis, non paucis etiam doctis, qui in dicendo etiam exercitati fuere, incompositè, nec artificiosè, sed non præmeditatè quodammodo, & prout in buccam venit dixisse videatur. Magis tamen ornatus est, quam si artificium omne adhibuisset. nam in eo quod incompositè dicere videtur, compositus; & quod solutè, vinctus; & in eo quod grauitatem repudiarit, grauis habetur. Qui verò simplicitatem amat, & naturaliter ac simpliciter cupit dicere, haud peccabit, si *Lysiana* compositione vratur: nec enim faciliè aliam magis simplicem & sinceram reperiet. Quin etiam, non minus quam ceteri Oratores, *Lysiana* dictio decorum includit; quæ profectò virtus ipsius etiam iudicio omnium est præstantissi-

XIV.

stantissima, & tum dicenti & audienti, tam etiam rebus
 ipsis utilissima. In his enim & circa hæc satis superque
 decorum seruat, nempe ætati, genti, studio, exercitationi,
 vitæ rationi, aliisque rebus, quibus inter se homines dif-
 ferunt, proprios loquendi modos attribuit. Apud audi-
 tores etiam egregie orationem temperat, nec eodem
 modo apud iudicem, eodem ad populi conuentum, vel
 in panegyri congregatos dicens; sed pro ratione rei de
 qua loquitur, diuersa est dicendi ratio. Incipienti dictio
 est modesta & morata; narranti persuasibilis, nec affe-
 ctata; demonstranti rotunda, succincta & frequens, am-
 plicanti & monenti seuera & verax; repetenti docta,
 soluta, & breuis. Imitandum etiam est decorum, quod in
 ordine & constructione seruat. At non est fortasse opus
 dicere iis qui sciunt, quod ordo ipse persuasibilis sit &
 fidem faciat, multumque naturalis sit, & alia eius gene-
 ris: hoc enim iam & populo notum est; quia & nemo est,
 quæ non fama & re ipsa cognouerit & fatebitur, hunc
 inter Oratores cæteros optime persuadere. Quare & hæc
 in eo imitanda est virtus. Plurima quidem nec conte-
 mnenda de eius dictione dicenda forent; scilicet, quod si
 quis eam imitaretur, in elocutione magis magisque ex-
 celleret, aliaque plurima, sed tempori & breuitati consu-
 lendo iam præteribo. Vnam tamen adhuc de eo virtu-
 tem deprædicabo, quam & esse pulcherrimam & notissi-
 mam puto, ac per quam solam stylus Lyfianus maxime
 confirmari poterit, quamque posteriorum nullus supera-
 uit; multi tamen quod imitati sint, propter hanc solam
 cæteris præstare vili sunt, cum tamen in nullo alio ex-
 cellerent; ex quibus, si tantum otii nactus fuero, suo lo-
 co dicam, Quænam illa est virtus, quæ in omnibus ver-
 bis apparet? & quænam illa gratia & venustas? res quæ
 in tota oratione illa nec melior est nec excellentior, quod
 & indocti iuxta & docti facillime iudicabunt, cum ta-
 men oratione id explicare longe sit difficillimum, etiam
 iis qui in dicendo valent. Quare si quis cupiat quænam
 illa sit edoceri, non poterit, quin simul multarum rerum
 pulchrarum & perdifficilium rationem petat; scilicet
 quid sit in hominis pulchritudine, quod vocamus *ἀρετή*; in

XV.

XVI.

motu verò membrorum & vocis quid dicatur *διάρμοστα*,
in dimensione temporis quid sit *τάξις*, & quid *δύσμοστα*,
& quid in omne demū opere & facto dicatur *καρπός*, & ubi
μέτρα. Hæc enim sensib. non oratione cōprehenduntur.

Pag. 85.

Quare quemadmodū Musici facere iubent eos, qui ac-
curatè harmoniam cupiunt attendere, vt scilicet ita aures
suas assuescant, vt in dissonantiis ne minimū quidem
sonum ignorent, nullumq; aliud iudicium, qua harmonia
dignoscatur, requirant: Hoc etiam facere velim eos qui
Lysiam legunt, & quæ nā in eo sit elegantia volunt co-
gnoscere, nimirum longo tempore, longaq; exercitatio-
ne id discant, & cum tanto affectu simul tacitum sensum
exerceant. Hanc ego optimā, & quæ dictionem *Lysie* po-
tissimum ostendat, virtutem puto, siue eā ingenii felicitas,
siue tum labōris, tum artis opus, vel mixtus ex ambobus
habitus vel facultas dicenda est; qua ceteros ipse Orato-
res antecellit. A deo tum de aliqua orationum, quæ ei vul-
gò tribuuntur, dubito, nec veritatē aliis signis valeo inue-
stigare, ad vnicam hanc virtutem tamquam ad vltimum
iudicium cōfugiam: quare cum à dictionis elegantia ex-
ornari orationem video, inter *Lysianas* eam numero, nec
quidquam vterius specto; cum verò nullam suauitatē ve-
nustatemq; character dictionis præfert, indignor, & quasi
spuriam suspicor, nec diutius * tacitum sensum violenter
consulo, etiam si alioquin egregia beneq; composita ora-
tio videatur; nam credo bene quidē scribere multis iuxta
varia dicendi genera inesse (nam hoc multiplex est;) sed
suauiter & eleganter soli *Lysie*; non alia sanè meliori vsus
coniectura, quam quod ipse quæ dicit, venustè eloqui so-
leat. Qua coniectura ductus, multas orationes etiam at-
tributas, vt vulgò creditas esse *Lysianas*, non ineptas a-
lioquin, quia venustatem *Lysianam* minime ostendunt,
nec eloquentiā eius dictionis præferunt, dubitans & exa-
minans, inueni nō esse *Lysie*. Inter quas imprimis est o-
ratio de statua *Iphicratis*, quā multos eius stylo eloquē-
tiæ scio ascripisse. Ipsa quidē oratio quamuis verbis ex-
cellere, & argumentis præclaris vti, aliaq; virtutes habere
videatur, inuenusta est, multumq; à *Lysie* eloquentia di-
stat. Maximè autē spuria illam esse patet, quia tempus nō
rectè

* ἀλογον αὐ-
θησιον. Per.
Victorises
lib. 13. var.
lect. cap. 6.
XVII.

rectè quadrat. Si quis enim Lysiam octuagesimo ætatis anno dicat obiisse, Archonte Athenis Nicone vel Nausinico, septē ante annis. quam hoc decretū de statua fieret, mortuus erat Lysias. Nam post Alcisthenem Archontō, cuius tempore Athenienses, Lacedæmonii, & Rex eorū pacem inierant, dimisso exercitu Iphicrates priuatus uixit, & tum de statua oratio habita fuit, septem annis iam mortuo Lysia, qui prius hanc mouere Iphicrati litem non potuit; similiter nec defensionē quamdam pro Iphicrate, Lysia vulgò attributā. satis rebus instructā, verbis quoq; ornatam, quia in dictione Lysia uenustas non elucet, eius esse crediderim: nam tempus diligentius attendens, inuenio non paucis, sed viginti integris post mortem eius annis illam esse conscriptam. In bello enim sociali Iphicrati de proditione & de rebus perperam in bello factis accusatus, in iudicium uocatus est, ut ex ipsa oratione colligitur: hoc autem bellum gestum Archontibus, Agathocle, & Elpinice. Certò autem asserere non ausim orationes tum de statua, tum de proditione esse Lysia: sed ambas ab vno dictas multis coniecturis adducor ut credam. Idem enim in utrisq; character & facultas, de quib. iam non est locus. Crediderim autē ambas esse Iphicratis: nā de reb. bellicis & dicēdi facultate pariter excelluit. Dicitio in utraq; admodū austera est & militaris, & non tam oratoriā prudentiā, quam militariē superbiā & arrogantiam præ se fert. Sed his de rebus alio loco latius. **XVIII.**

igitur vnde digressi sumus. Optima itaq; inter Lysia virtutes, & quæ maxime eloquentiā eius & facultatē declarer, ipsa est dictionis uenustas, quā nec ullus posteriorū superauit, imò nec imitatus est. Hæc itaq; ut repetam quæ prius dicta sunt, quibus in elocutione parissimū excellit: puritas in verbis, simplicitas in sermone, sententias proprio, nec translatio contextu efferre, perspicuitas, breuitas, cōpendiosè & rotundè sententias cōponere, sensibus ea quæ dicuntur ad viuū representare, nullam personam non suo loco & decoro inducere, compositionis uenustas, verbis vulgatis, personis ipsi & rebus conuenientem sermonem accommodare, mira vis persuadendi, elegantia, & quæ omnia moderatur, ipsa rerum opportunitas.

pag. 86. Hæc omnia si quis à Lysia mutuetur, mirum in modum
 iuuabitur. Porro dictio eius non est adeò sublimis, nec
 magnifica, non eminens, nec excellens, nullam acrimo-
 niam aut grauitatem præ se ferens, valida iunctura, nec
 virili sono utitur, neque iracundia aut spiritu plena est; &
 sicut in minoribus affectibus non persuadet, ita nec in
 minoribus robusta est: nec uti potest demulcere, persua-
 dere, & elegantiam sectari, ita vicissim potest vi rapere &
 quodammodo cogere. Simplex adhæc esse maualt,
 quam cum aliquo periculo sublimis; nec tam artificium
 ostendit, quam naturalem veritatem. Mirum autem est
 quid de eo Theophrastus sentiat, qui fastuosum & affe-
 ctatum eum orationis genus, & factitium magis artifi-
 cium, quam naturalem simplicitatem sectari ait. In iis
 verò quæ de dictione scribit, inter illos quos reprehendit,
 quod in antithesibus, comparibus, & similiter desinenti-
 bus, aliisque schematibus adhibendis diligentes fuerint,
 numerat & Lysiam, & orationem pro Nicia Athenien-
 sium Duce, quam apud Syracusios captiuus dixit, tam-
 quam ab hoc oratore compositam exempli loco profert.
 Quid autem suis loquentem verbis Theophrastum ve-
 rat introducere? quæ sunt: *Antithesis fit tripliciter, cum
 vel eidem contraria, vel contrario idem, vel coneraria
 contrariis tribuuntur. nam tot diuersis modis, sunt con-
 iugata: quod verò his simile est offine est, puerile scilicet; id è
 minus accuratum est. Est enim indecorum eum qui robur
 studet, in verbis pueriliter nugari, & dictione affectum tol-
 lere: auditorem enim languidum reddit. Vti Lysias in de-
 fensione Nicia ad commiserationem auditores mouere cu-
 piens ait: κλαίω τ' ἀμάχητον καὶ ἀναμάχητον ὄλεθρον. ἰκέτην
 μὲν αἰ τοὶ τ' ἱερὸν καὶ διζούστες, πρὸς δὲ ἄσπετον ἢ τ' ὀρκῶν ἡμῶς
 ἀποφαινοντες ἀνακαλέεντε, συγγνώμην ἀμύδρειαυ.* Hæc qui-
 dem re ipsa si Lysias scripserit, merito culpandus est, quod
 venustatem importune & non suo loco & tempore alie-
 no adhibuerit. Si verò alterius, uti reuera est, & ipse etiam
 arbitror est oratio, ipse Theophrastus potius, qui hunc
 sine crimine reprehendit, reprehendendus est. Et tanè
 multis possem coniecturis ostendere Lysiam pro Nicia
 non scripsisse, nec eius spiritus aut dictionis orationem
 esse,

esse, sed iam mihi tempus non suppetit : aliud enim de hoc Oratore commentarium conscribam , in quo inter cætera eorumque orationes eius propriæ sint declarabo; ubi & de hac oratione accurate disputabo. Nunc igitur absoluto de Lyfiano dictione sermone, dicam in sequentibus, qualis in ipsa rerum tractatione eius sit stylus. hoc enim exponendum restabat. Rationes enim rebus ipsiſ inhaerentes appositæ inuenit, non solum quas cuius inuenire contingeret, sed etiam quas nemo inueniret. Nullam enim omninò partem omisit. è qua argumenta educi queant; non personas, non res, nec ipsa facta, non modos & causas illorum, non occasiones aut tempora, non singulorum horum discrimina, vsq; ad minimum etiam punctum : sed ex vniuerso opere & singulis partibus argumenta propria seligit. Inventionis eius grauitatem testantur imprimis orationes eius, in quib. nulli produciuntur testes, & illæ quæ de reb. raris, & quæ præter communẽ opinionẽ sunt. cõpositæ sunt; in quib. & plurima & optima argumenta profert, & quæ aliis difficilia, & fieri vix possibilia videntur, ipse efficit vt facilia & fieri possibilia videantur. Ea quæ dicenda sunt, optime discernit & distinguit; cumque non omnibus inuentis vti licebat, optima & conuenientissima, si non aliis Oratoribus, melius, saltem non minus nec inuenustius seligebat. Ordine rerum simplici, & penè semper eodem vsus est. In Epichi rematum artificio simplex est, nec affectatus: nec enim præparatiuis, insinuationibus, partitionibus, nec schematum varietate, aliisue similibus affectatis artificijs vsus esse deprehenditur; sed simplex, sincerus, nec de inuentorum dispositione magnopere sollicitus. Quapropter velim omnes qui Lyfiam voluunt, eius in argumentis inueniendis distinguendisque artem imitari, eorundem verò dispositionem & collocationem, non à Lyfia, vt qui hic non nihil repat, sed ab aliis Oratoribus, qui melius argumenta disponunt (de quibus postea dicam) mutuari. Finito iam tractatu de eius virtutibus & argumentorum initiis, dicam nunc de generibus controuersiarum, in quibus eloquentia ciuilis consistat. Cum verò eloquentia Rhetorica triplex sit & tria genera comple-

XXI

Pag. 87.

ctatur, iudiciale, suaforium, & id quod vocamus demon-
 stratiuum vel laudatiuum: in his omnibus Lysias excellit,
 maxime autem in iudiciali, & in hoc genere melius parua,
 paradoxa & difficilia dicit, quam grauia, magna, & faci-
 lia. Qui autem Lysiae facultatem accuratè cupit cogno-
 scere, è iudicialibus illum orationibus potius, quam è
 laudatiuis suaforiisq; attendat. Vt autem de generibus, q̄
 conuenit dicam, hæc præteribo, deq; proœmio, narratio-
 nibus. aliisque orationis partibus disseram, & ostendam
 quid in vnaquaque Lysias consecutus fuerit: & diuidam
 eas vt Isocrates eiusq; æquales eas diuiserunt, à proœmiis
 ducto initio. Maxime autem in exordiis orationis hunc
 dico eminere, & singularem esse, cum probè sciret benè
 exordiri perdifficile esse, nisi quis propinquo exordio vi-
 velit, & non obuia quæq; dicere. non enim quod primo
 loco dictum est, exordium est & initium, sed id quod pro-
 posita oratione nusquam alibi magis plus profuerit, quã
 vbi collocatur. Video autem hunc omnia artis præcepta
 obseruasse, quodq; res seruari ipsa postulat. Interdum enim
 exordiendo suas laudes cõmemorat. interdum aduersariũ
 traducit. Si verò prius calumnia illi irrogata est, accusa-
 tiones in se prolatas primùm diluit ac refellit, interdum
 iudices laudando, & se insinuando sibi, ipsiq; causæ reddit
 beneuolos; interdum propriã imbecillitatè & aduersarii
 potentiam, nec de paribus rebus se contendere declarat.
 Interdum rem ait esse publicam, omnibusq; necessariam,
 nec auditorib. negligendam. Interdum aliud quid ponit
 quod sibi proficit, aduersario noceat. Hæc breuiter simpli-
 citerq; bonis sententiis & opportunis, argumentis con-
 uenientibus complectens, ad propositionem descendit:
 vbi in argumentis deia dicenda proponit, & auditorè ad
 futuram orationè docilem reddens, ad narrandum se ac-
 cingit: ipsa autem propositio, vt plurimùm, vinculum est &
 intermedium harum duarum partium: interdum ab hoc
 sola, & sine exordio incipit, à rei narratione initio ducto.
 Nec tamen hic languet aut friget; sed in exordiis præser-
 tim eius facultas patet, cum appareat in iudicialibus, cum
 orationibus, quas non minus ducentis scripsit, numquam
 non verisimiliter inchoasse, nec violentum turbulentumq;
 exordium

XXII.

exordium adhibuisse: néue etiam eisdem argumentis, iisdemq; sententiis vsum fuisse; quod tamen & ii qui paucas conscribere declamationes fecisse deprehenduntur; iisdem scilicet locis insistere: vt taceam interea penè omnes ab aliis dicta liberè mutuari, nec ob id tamen erubescere. Hic verò in singularè orationum exordiis proœmiisq; semper variat, & quod spectat, egregiè perficit. Neq; enim vñquam benevolentiam, aut attentionem, aut docilitatè mouere desiderans, aberrauit: quare hoc in genere cum vel primum vel saltem nemine inferiorem arbitror. In rerum verò enarratione, quæ meo iudicio pars maiorem curam accuratoremq; desiderat; omnium illum oratorum sine dubio principem huius partis normam & regulam assero. Putem autem præcepta quæ de rerum narratione sunt, non ex vllò oratore magis, quam è Lysia scriptis petita & hausta esse: breues etenim sunt eius narrationes & perspicuæ, præ cæteris suauis, & verisimiles, simulq; occultè fidem faciunt, vt difficile admodum sit aliquam eius narrationè vel totam falsam dicere vel aliquam eius partè. Tantum quæ dicit in persuadendo valent adeoq; venusta sunt, & ita auditores circumueniunt, siue vera siue falsa sit: & quod Homerus in laudib. Vlyssis, cum tamquàm verisimilia referre & fingere ea quæ facta non sunt; hæc & ipse dicere posse de Lysia videat:

Plurima falsa loquens disendo similima veris.

omnibusq; qui se ad Lysia imitationè componunt, hanc se imitari imprimis partem suaderè. Optime enim hanc virtutem, Vlysses imitatus, declarauit. In fide autem argumentis faciendâ talis est. Incipiam autem ab argumentis artificiosis, & de eorum generibus disseram. Cum verò triplicia argumenta sint, & in rem, in affectus, cum maiores, tum minores diuidantur, argumenta quæ ex re ipsa petuntur, omnium optime Lysias & inuenire & proferre potuit. Etenim & optimus decori est censor & arbiter, & quo potissimum loco quæq; necessaria sint & dedecant, accuratissime diiudicat. Signa quoq; quæ rem vltro sequuntur, & certissimas faciunt coniecturas, optime distinguit. Quin & argumenta ex affectib. ducta minoribus, accuratè admodum, mea quidem sententia, dispo-

XXIII

Pag. 88.

XXIV

nit. Sapere enim est vitæ ratione naturæque, sapere etiam est prioribus actionibus & studiis probando efficit, ut mores fide digni credantur. Cum verò nihil tale ex factis prioribus potest elicere, ipse personis mores affingit, & verbis efficit, ut fide dignæ & probæ habeantur, civiles eis agendi rationes accommodans, & affectus conuenientes, & verba quæ eas deceant, & pro statu & fortuna sua sapientes inducens in iniustitia quidem tum verbis, tum reapse dolore; iusta verò eos elogisse fingens, & alia his similia. Atque ita facit ut conuenientes & probabiles affectus illi minores esse videantur. In affectibus autem grauioribus mollior & effeminatior est, nec amplificationes vllas, nullam grauitatem, nullus commiserationes, aut alia huiusmodi nouo planè modo, & valide quidem nouit inducere. Hæc enim apud Lyfiam quærenda noui sunt. In epilogis quoque quoad anacephalæosim moderate & venuste dicta reperit; quoad affectus concitandos, in quibus adhortatio, miseratio, obsecratio, & alia huiusmodi occurrere solent, infra decorum serpit. Hic ergo meo quidem iudicio Lyfiæ stylus est. Si quis autem plura de eo cognouerit, libere dicat, quæ si nostris verisimiliora sint, magnam ei gratiam habebo. Ut autem melius quis scire id volens cognoscat, utrum hæc recte conuenienterque scripserimus; num verò in iudicando aberrauerimus, scripta eius ad examen, aliquam proferendo orationem (non enim multis vti exemplis tempus patitur) reuocabimus, & ex illa facultatem eloquentiamque viri ostendemus, ingeniis non indoctis & mediocribus sufficere rati, si magnorum parua, plurimorum aliquot exempla protulerimus. Exstat quædam eius Oratio inter eas, quas de Tutelis composuit, contra Diogitonem, cuius hocce argumentum: *Diodotus vnus de numero in bellum Peloponnesiacum sub Thrasylo Duce adlectorum, in Asiam Prætoris Glaucippo nauigaturus, cum filios impuberes haberet, testamentum condidit, iis quoque Diogitonem fratrem suum germanum, filiorum à paterna parte patrum, à materna auum, tutorem assignauit. Cuius igitur Diodotus Ephesi in pugna occubisset, Diogiton e-gre-gium filiorum substantiam administrare cepit, itaque*

XXV.

rem suam egit nihil ut de pecuniis admodum copiosis super-
 fuerit. Quare superstes adhuc ab uno filiorum extra tute-
 lam constituto, male administrata tutela accusatur. Ac-
 cusat eum ipse è filia nepos, maritus sororis horum pupil-
 lorum. Ipsum igitur argumentum præmissi ut eo appa-
 teret euidentius, utrum conuenienti aptoque exordio
 Orator usus fuerit. Nisi profecto magni momenti res esset,
 Iudices, de quibus controuertitur, haudquaquam permi-
 ssem hosce apud uos contendere; turpe esse ratus affines &
 consanguineos inter se in iudicio disceptare: cum sciam, vo-
 bis non solum deteriores uideri eos, qui iniuriam irrogant;
 sed & illos qui minus auxilii ab affinibus habentes illam
 sustinere nequeant. Quare cum hi ingenti pecuniarum ut
 fraudati sint, Iudices, & grauissimum, à quibus minime
 profecto oportuit, damnum passi, ad me affinem carissimum
 confugerunt; necesse fuit illorum patrocinium dicendo susci-
 pere. Ego autem horum sororem, Diogitono uerò è filia
 neptem in uxorem duxi: cumque plurimis rogatus essem ab
 utrisque primum suasi, ut arbitris rem committerent. Per-
 magni quippe interesse existimabam, horum negotia &
 caussas palam non diuulgari. Cum uerò Diogiton a parte
 conuictus sit, hac habere, nihil horum amicus suis & arbi-
 tris concedere ausus fuit: sed cum & iudicium subterfuge-
 ret, cumq; nullum ius haberet, ipsum prosequi, & ultimum
 potius discrimen subire uoluerit, quam iustum se gerendo
 hanc se accusationem propulsare; puto à uobis, ut, si uobis
 clarè ostendero, neminem hactenus tam maligne ab ignotis
 habitum, quam hos ab auo suo pupillos, iniuriam illis ad-
 ministratis; sed minus huic ut in omnibus credatis. Nos uerò
 ut nefarios in posterum habeatis. Porro ab initio rem vo-
 bis, ut se habet, explicare contendam. Exordium hoc om-
 nes virtutes habet quod Exordium habere par est. O-
 stendent hoc manifeste præcepta artis hic apposita.
 Quotquot enim de arte præcepta conscripsere, præci-
 plunt, ut quando cum consanguineis causa controuerti-
 tur, videant actores, ne ipsi maligni & malitiosi & alii
 negotium ultro facessere uoluisse videantur. Primò itaq;
 lubent, causam tum criminis tum actionis in aduersarios
 retorquere: dicite quoque iniurias enormes esse, & nefas

Pag: 89.

XXVI

hæc æquo animo pati, defensionem esse pro necessariis ac proximis & orphanis, quosque despici non oporteat. Quibus qui non opitulentur, deteriores iniuriam inferentibus videntur: addere etiam, quod qui aduersarios vocant in iudicium, & amicis sua credendo, & facultates minui sustinendo, nullam æquitatem cõsequi potuerint. Hæc facere præcipiunt, qui de arte scripsere, quo dicentis ratio & occasio videatur modestior: Hoc nempe iudiciũ illis animos ac benevolentiam cõciliare potest, & in collocatione & structura plurimum iuuat. Quæ omnia hocce in Exordio obseruata video. Iubent etiam vt auditores dociles reddantur, te compendiose proposita, vt nempe iudices ipsũ orationis subiectum perspectum habeant: & qualia deinde dicenda sint, tale & Exordium ficti, rei; specimen oculis subiiciendo, statim ab argumentis inchoari volunt. Hæc autem in hoc Exordio seruari certum est.

Insuper de attentione paranda artis magistri hæc tradiderẽ. Quicumque auditores attentos reddere voluerit, dicat & mira & inaudita, Iudicesque vt attendant; obsecret: Quod etiam hic *Lysias* fecisse visus est. Quis & expeditam Elocutionem & politam, & simplicem compositionem adhibuisse, quæ in primis necessaria sunt iis qui ab his exordiuntur. Par est etiam scire quomodo narrationem suam instituerit: quæ sic se habet: *Diodotus & Diogiton, Iudices, fratres germani erant, iidem nati parentibus: Ac supellẽctilem quidem & res mobiles diuiserunt; ius verò, quæ erant fundi communiter utebantur, Ditato verò Diodoto hæud multo post rogat eum Diogiton, suam vt filiam, quam unicam habebat, in matrimonium capiat. Ex quo dein Diodotus duos filios, & filiam procreauit. Post verò cum Diodotus sub Thraÿllo duce ad militiam adlectus esset, & uxorem suam, qua fratris erat filia, simul & uxoris patrem, fratrem suum germanum & socerum, filiorum auum & patruum ad se vocasset; ratus ob arctum hoc necessitudinis vinculum & affinitatẽ, nemini se melius filiorum tutelam posse committere, testamentum illi in manus consignat, & quinque argenti talenta apud eum deponit. Ostendit adhuc septem talenta ad fœnus exposita, & minime*

quadra-

quadraginta c mille verò sibi in Chersoneso deberi. Iussit quoq; si quid sibi accideret humanitus, unum uxori talentum dari, simul & domestici am supellectilem. Filia quoque talentum reliquit. Viginti minas uxori, & triginta stateres Cyzicenos. Hu peractis, & domi horum antigraphe relicto, cum Thrayllo in militiam profectus est. Cum autè Ephesè mortuus Diodorus esset, Diogiton filia sua mariti mortem non indicavit, & testamenti tabellas, quas ille domi obsequatas reliquerat, accepit: dicens se hisce è tabellis nauticas quasdam merces emere debere. Cum verò tandem Diodori iis moriè indicasset, & iusta percoluissent, anno integro in Piraëo prius habitaverunt. Omnis enim eius supellex hic erat. Qua deficiente pueros quidem in urbè remittit, matrè verò eorum elocat in matrimonium: quin in dotem assignatis drachmarum millib. detractis mille drachmis quas maritus ipsi dotis nomine reliquerat. Filio autem maiori natu octavo post anno iam sui iuri factò, vocavit eos ad se Diogiton, dicens, patrem illis viginti minas argenti & triginta stateres reliquisse: Ego, inquit, multa è facultatib. meis in vestrum alimentum impendi, & quam diu quidem res lauta fuit, nihil hoc curavi. Iam verò & ipse miser sum & inops. Tu igitur cum iam tui iuris factus sis, & ad virilem aetatem peruenieris, prospice qua ratione tibi victum compares. Hisce auditis percussi & lacrymantes, ad matrem venerunt, & simul cum illa ad me, hocce malo miserandum in modum commoti, & misere spe frustrati, flentes, meq; adhortantes, ne se paternis bonis frustratos & pauperes iam factos, & graui, à quibus non oportuit, iniuria affectos deseram, sed sororis suaq; causa eos defenderem. Multa sane de luctu, quem tunc tēporis domi mea vidi, forent dicenda. Mater tandem orauit, & obtestata est; patrem ut suum, ceterosque amicos conuocarem, dicens, se etsi inter viros prius loqui non assueuerit; calamitatum magnitudine coactam de suis apud illos iniuriis iam conqueri. Ego verò adiens Hegemonem, qui hucus Diogitonis filiam in matrimonio habebat, apud illum conquestus sum: & aliis consanguineis & amicis, hac de re verba feci. Putabam ad depellenda crimina venturum. Quod quidem Diogiton in isto detrectauit, sed tandem huc ab amicis adactus est. Cum igitur conue-

nissimus, petit ab illo mater, quo tandem animo erga or-
phanos ita se gereret, qui & eorum patrius frater esset ger-
manus: Pater meus es, & eorum patruus & avus. Et, si ho-
mines, inquit, non v. rearis, Deos saltem te timere par erat:
Qui quidem quinque, qua ille reliquit, talenta: ut ipsius de-
positum accepisti: quod & ego, & filii, tam hi quam & alii qui
postea mihi nati sunt, iuramento confirmare parati sumus,
quocumque tandem loco iusseris. Et profecto non admodum misera-
sum, nec tanti pecuniam facio, ut pro liberis peierans eos di-
ris deouocam, aut inique te opibus priuem. Accusauit et-
iam illum, quod septem illa talenta quam primum receperit,
& quatuor drachmarum millia, atque horum rationes & com-
positum protulit. Nam in migratione, quando à Colytti adibus
in Phœdri commigravit, filios aiebat casu in hunc rationum
libellum incidentes, ad se detulisse. Ostendit verò illum &
centum minas fœnore auctas, & alia duo drachmarum millia,
ac magni precii suppellectilem accepisse. Quin & singulis an-
nis frumentum in illorum usum à Chersoneso accepisset.
Deinde (aiebat) cum tantum penes te haberes pecuniarum,
dicere autum bis mille drachmas, & 30. stateres horum
patrem tantum reliquisset, ** qua illo mortuo mihi relinquitur
rentur? Eiecisti nepotes à filia tua natos à propriis eorum a-
dibus, attritis indutos vestibus, discalceatos, sine famulo,
sine stragulis, sine vestibus, & suppellectile, quam eis pater
reliquerat; sine pecunia, quam apud te deposuerat. Natos
verò à nouerca ditare conaris, & opibus abundantes red-
dere: & hoc quidem honeste: & bene faceres nisi eos propriis
bonis exueres, quos infames domo eiectos à diuitibus, ut e-
rant, inopes reddere satagis. Atque hic neque Deos vereris,
neque me tuam genitricem metuis, nec fratris tui recordaris,
sed omnes nos pecuniis & commodo proprio postponis. Cum
itaque tunc iudices, multa & acerba à muliere dicta essent,
omnes quotquot adoramus, ita rei quam ille gessit indigni-
tate, & mulieris verbis permoti sumus, videntes scilicet pu-
pillos hac omnia passos, simul verò mortui Didoti memo-
res, quam nimirum rerum suarum indignum tutorem reli-
quisset, atque animo volentes, quam difficile sit reperire,
eius qui sua tuto credere queat; nemo ut verbum loqui pra-
commiseratione posuerit, sed lacrymantes omnes non mi-

non quam qui rem ipsam patiebantur, cum silentio discesserunt.

XXVIII.

Vt autem & qualis in confirmatione, & argumentorum demonstratione fuerit, evidens fiat, dicam etiam sequentia. Propria igitur argumenta, quæ non multis verbis indigent, testibus confirmat; aliud nihil dicens quam *ἄριστον ἰδίῳ ἐστὶν ἀναστῆναι μὴ μάρτυρας*, Primò quidem ascendunt testes. Aduersarii defensionem & argumenta dupliciter diuidit. Primò quidem ait, illum fateri partim se accepisse, sed ostendere se illa in pupillorum educationem insumpsisse. Deinde verò illū partim negare se accepisse. Sed hoc refellit, & de utriusque orationem instituit dicens non illos esse factos sumptus, quos illè refert: in dubiis verò certissima præfert argumenta. *Velim itaque vos Iudicos, rationibus meis animum applicare, & diligenter aduertere, ut nimirum & pupillorum tam graui & acerba passorum vos capiat miseratio, illum verò vestro calculo dignum qui ab omnibus ciuibus reiciatur; iudicetis. Talem siquidem Diogiton omnibus hominibus suspicionem impressit, ut neque viuus neque mortuus; nec amicis, nec domesticis magis quam inimicissimis fidem habendam censeant: Quæ omnia initio quidem negare ausus fuit; tandem verò confessus est in duorum puerorum & puellæ res necessarias octo annorum spacio, septem argenti talenta & septem drachmarum millia insumpta esset & expensa. Quin & eo deuenit impudentia, ut cum ostendere non valeat, in quas res pecuniã impenderit, ut in victum dubitum puerorum, & vnius puellæ quinos in diem obolos impensos numeret. In calceos verò & vestium iuncturam; inq̄; constriam qua impenderit, sibi nec per mensem, nec per annum scriptum esse; sed loco illò tempore summatim complectendo, ultra talentum argenti se impendisse: In patris eorum monumentum cum vix XXV. minus insumpserit, quinque drachmarum millium partem mediam se numerat impendisse. In Dionysio quoque Iudices, (nescis enim hoc foret præterire) s. decim drachmis sibi aut agrum emptum, & horum octo puerorum rationibus adscripsit: quò nomine non parum indignati sumus. Ita in magnis damnis non minus interdum patia afficiunt eos, qui eadem patiuntur;*

Pag. 91

Iudices, quam maxima: in quo aperte iniuriosorum & improborum hominum perversitatem ostendit. Igitur in alias festiuitates, sacrificiaque numerauit eis haud dubie plus quam quatuor drachmarum millia, aliaque plurima his similia, qua in summa generali recensuit. Vt ideo profecto pupillorum tutor relictus videatur, uti pecuniarum loco ipsas rationes & pro nummis litteras ostenderet: ac pauperimos loco diuitum, quales erant, declararet: utque & quis illis patris inimicus restaret, illius obliuiscerentur, & cum hoc, à quo paternis omnibus bonis priuati sunt, potius inimicitias gererent, quamuis si aequum erga pupillos gerere se uellet, potuisset iuxta statuta, qua sunt de pupillis, tum per ea qua tutores facere nequeunt, tum per ea qua possunt, domum locare. Cum uero negotiis defuncti essent, uel terram emissent, è prouentibus pueros alere. Et alterutrum horum si fecisset, non minus hi aliis Atheniensibus diuites essent. Nunc uero ne semel quidem mihi uidetur cogitasse, quomodo opes eorum adaugeret, sed potius qua ipse ratione res eorum inuaderet: ratus suam ipsius perversitatem in defuncti hereditatem debere succedere. Quod uero est omnium granissimum, Iudices, hoc est: Ipse triremium Praefectus cum esset cum Alexide Aristodici filio, diceretque quadraginta octo minas in id munus se dedisse, harum mediam partem in pupillorum rationes retulit: Quos tamen Respub. quod pueri essent, non solum ad quoduis munus ineptos censuit, sed etiam postquam iam uiri facti essent, anno integro ab officiis publicis immunes praestitit. Ipse uero auctus cum esset, contra omnes Leges mediam partem sumptuum in triremium Praefectura factorum, rationibus suorum è filia nepotum adscribit: Cumque nauem onerariam duobus talentis constantem in Hadriam emisisset: quam ubi emittebat, matri eorum aiebat se periculo & damno pupillarum misisse. Dum autem se spes redisset, & duplicatum lucrum fecisset, iuum esse lucrum dicebat. Et sane si horum dixerit esse damna; sibi uero lucra & pecuniam retinuerit, haud difficulter in rationes referre poterit, ubi pecunia consumpta sunt, & facile ex alienis diuitiis discescet. Magni negotii foret, Iudices, singulorum uobis rationem reddere, cum uix ab ipso litteras acceperim, quin testibus adductis interrogarim

rim *Ar. Stodicum* *Alexidis* fratrem (ipse enim iam mortuus erat) num ipse trierarchia rationes haberet; Qui se eas habere dixit. Quare domum concedentes inuenimus *Diogitonem* * sexaginta tantum minas illi in trierarchiam contribuisse: Ipse v. d. ostendit quadraginta octo minas impendisse. Ut in pupillorum rationes illatum sit, quidquid pro toto illo negotio infussisset. Et profecto quid eum putatis ferisse in eis quorum nemo conscius est, sed qua ipse solus nemine presente gessit? Quippe qui & ea, qua per alios gessit, & de quibus facile inquirere poteramus, negare ausus fuerit, viginti quatuor minas ultra quam expenderat, pupillorum rationibus adscribendo. Huius autem rei testes mihi prodeant.

* Malim
XX: V.) ut
riox a qes pro
riox a qes
me legatur.

T E S T E S.

Audiuistis iam testes, Iudices. ego vero ex iis, quas ille tandem se habere confessus est pecuniis, septē scil. talentis & XL. Minis, nullum eum emolumentum ut fecisse concedamus, sed easdem semper minuendo consumpsisse: & tamen rationem subducam (quantum nemo unquam in hac ciuitate) in duos pueros & puellam, & pedagogum, & ancillam, mille quotannis drachmas, paulominus quam tres in singulos dies: qua octo annorum spatio ad octo drachmarum millia ascendunt. Atque ita e septem talentis adhuc sex superesse constabit, & viginti minas. Neq. enim ostendere posset, à latronibus sibi illa ablata, nec damno se aliquo perdidisse, nec in foenus elocata.

In Orationibus autem Demonstratiuis, uti dixi, mollior est *LYSIA S* & effeminatior. Vult enim æquo sublimior esse & magnificentior, nullique Oratorum, vel qui tunc florebant, vel ante eius ætatem floruerant, inferior: non tamen auditores, more *Isocratis* & *Demosthenis* excitat. Cuius etiam rei exemplum proponam. Scripsit *Panegyricum* quendam, in quo Græcos in Olympicis congregatos hortatur, *Dionysium* tyrannum ut regno exuant, *Siciliam* ab eius tyrannide liberent, inimicos se eius & hostes quamprimum ostendant, eius tentorium auro, purpura, aliisque ornamentis insigne diripiendo. Miserat enim *Dionysius* ad *Panegyrim*, ludorum & cer-

Pag. 92.

taminum spectatores, qui victimas Deo imolarent. Horum splendidus & magnificus in fanum ingressus fuit, ut ita pluris ab uniuersa Græcia tyrannus æstimaretur. Hac occasione arrepta, ita orationē suam orator exorsus est:

Æ Q V I S S I M V M est, Iudices, ob multa quidem praeclare gesta Herculis memoriam celebrare, tum praesertim, quod primus ipse hoc certamen, ad Graciam uniuersam conciliandam instituerit. Ad illud enim usque tempus mutuis inter se dissensionibus urbes ardebant. Postquam uero tyrannus domuisset, & sibi in seipsum coercuisset, corporum quidem certamen, sed simul contentionem propter diuitias, & sententia declarationem, in pulcherrimo totius Gracia loco instituit: ut nimirum propter hac omnia eundem in locum conueniremus: illud quidem uideremus; hac uero audiremus. Credidit enim illum conuentum mutua Gracis amicitia & concordia initium quoddam futurum. Hac igitur ipsius mens fuit & propositum. Ego uero hac non reprehensurus aut fugillaturus, uel de uerbis certaturus huc ueni. Puto namque hac spectare ad homines lucro admodum inhiantes, ac uita hominum maxime insidiantes. Homines uero boni cuiusque optimi partes esse, de maximis rebus consultare: uidens scilicet Graciam adeo deformatam, multaque illius loca à barbaro occupata, & plurimas à Tyrannis urbes uastatas. Qua quidem si per nostram imbecillitatem infirmitatemque passi essemus, forsitan nostram ferremus necesse esset. Cum uero ob seditiones mutuamque discordiam, quomodo non erit aequissimum, his quidem finem imponere; illa uero eliminare ac prohibere, cum noverimus ipsam amulationem & de gloria contentionem inter uiros egregios oriri solere, & eosdem ipsos, quid optimum sit cognoscere? Undique enim pericula immensa instare uidemus. Scitis autem imperium esse eorum qui mari dominantur, pecuniarum dispensatorem esse Regem; Gracorum uero corpora eorum, qui consumi & deleri possunt. Nauis ipse multas possidet, multas etiam Sicilia tyrannus. Ut aequum sit bellum commune suscipi, & eos qui eiusdem sententia, salutem retinere: de praeterito quidem erubescere, de futuro uero metuere, & maiores imitari, qui Barbaros, dum alienis inhiant regionibus, suis ipsorum exurant, tyrannisque expulsis

COMMUN-

communem omnibus libertatem attulerunt. Prae ceteris autem Lacedaemonios demiror, quoniam tandem animo ardere Graciam patiantur, cum ipsi Gracorum duces sint & principes: idque non per nefas, sed virtute propria, rei que militaris scientia dominatu comparato: soli ve: d' portu careant & muris: sine seditione sint, & inuincibiles, & iisdem semper locis utentes. Atque ideo sperandum est perpetuam eos libertatem habituros. Cum in praeteritis periculis Gracia sospitatores exstiterint, futura prauisuros. Non tamen futura atas hac praesenti melior: Neque enim pereuntium calamitates, ut aliena sunt habenda, sed propria, nec expectandum donec nos ipsos amborum potentia opprimat, sed quamdiu adhuc integrum est, eorum iniuriam propulsare oportet. Quis enim non videat, bello intestino & civili eorum potentiam accreuisse? Qua cum non solum turpia sint, sed etiam grauia, iis quidem qui grauissimo deliquerunt, licentia commissorum data est. Gracis ve: d' nullum ob id supplicium irrogatum.

Verum adhuc exemplum proferam in genere Deliberatio, ut appareat qualem in hoc orationis genere stylum habuerit. Argumentum est, non esse abolenda patrie instituta, & regimen ciuitatis Atheniensis. Populo enim e Piræo reuerso, & decretum contra Vrbanos ferente, patrie institutio abolenda, & nullam praeteritorum commissorum memoriam habendam, sed obliteranda. Verendumque esset ne iterum plebs antiquam in libertatem & auctoritatem restituta, in ditiores insoleceret: multaque super hac re vtramque in partem proposita essent. Phormisus quidam e numero eorum qui cum populo erant reuersi, sententiam populi retulit, scilicet exules debere reuerti, & Remp. non omnibus sed iis tantum qui terram incolerent & possiderent, committendam, cum & Lacedaemonii hoc in primis fieri exoptent. Cum itaque decretum hoc iam promulgatum esset, quinque paucè Atheniensium millia a Reip. regimine amouendi erant. Hoc ve: d' ne fiat, hanc Lysias orationem scripsit vni e ditioribus ciuibus, & qui e Reipub. gubernatoribus erat. An ve: d' tunc habita fuerit, non constat. Ita ve: d' se habet.


XXX.

Pag. 93.

Cum putaremus prateritas calamitates, Athenienses, satis euidencia monumenta urbi esse, ne posteris nona instituta, & aliud regimen peterent, tunc illi & mala passos & utrumque expertos isdem quibus antea decretis decipere & circumuenire conantur. Idcirco non illos miror, sed vos, qui hac auditis, quod omnium videamini maxime oblitui, si, qui tam facile induci vos in incommoda à talibus sinatis: qui casu eiusdem fortuna cum his, qui ex Piræo redierunt, fuere participes: an mox vero illis qui in urbe remanserant, [adhæresere.] Ad quid autem exules reuerti oportet, si vos ipsos vestra sententia, & decreto in seruitutem redigatis? Ego verò, Athenienses, neq; a tate neque genere illis cedo, hanc solum urbi esse salutem puto, si omnes ciues ad urbis gubernacula admoueantur. Quoniam cum & muros, naues, pecunias, socios habuerimus, non solum id spectauimus, ut Atheniensium hac essent propria, sed & Eubœensibus ius connubii faceremus. Nunc verò etiam ipsos ciues perdemus? Nequaquam; mihi credite. Neque enim cum muris & hac ipsa nostra auferemus; multos scilicet pedestres copias & equestres & sagittarios. Quos vos retinentes, fortiter & valde Rempubl. administrabitur, inimicos magis magiq; profligabitis, & sociis vestris multo utiliores eritis. Scitis enim tempore Oligarchia, nec eos qui terram possiderent urbem inhabitasse, sed & plurimos eorum mortuos esse, multosq; etiam à ciuitate expulsos: quos populus reducens, vobis quidem vestrâ urbem dedit; ipse verò hanc attingere non est ausus. Quamobrem, mihi credite, neq; benefactores, prout potestis, patria exuetis, nec verbis potius quam operibus; nec futuris magis quam prateritis credetis: praesertim cum eorum recordemini, qui pro Oligarchia depugnant: Qui verbis quidem populo aduersantur, re ipsa verò vestris rebus inhiant, quas possidebunt, quando vos sociorum praesidio destitutos inuadent: Deinde desiderantibus illis illa qua nobis subiecta sunt, ecqua ciuitati salua futura est, nisi fecerimus qua Lacedæmonii iubent. Ego verò his dicere velim, quid populo euenturam sit, si illorum iussa fecerimus? Sin minus, multò laudabilius eris pugnando occumbere, quam mortem nobis sententia & decreto nostra inferre. Credo enim si non persuadeam, commune ambobus

instare

instare periculum. Quin & Argiuos & Mantineenses eiusdem animi esse video. Illos quidem Lacedaemonis conterminos; hos vero prope admodum habitantes: Illos quidem nobis haud plures, hos autem vix tria millia complentes. Sciunt enim, se quamuis saepe hi in suum agrum sint irrupturi, saepe etiam sumptis armu illis occursum: adeo ut periculum illis parum honestum videatur, etiamsi vincant se seruire; si vero superentur, bonis se praesentibus spoliare: quanto melius agant, tanto magis periculum desiderant. Eiusdem & nos aliquando opinionis fuimus, Vri, quando Gracorum principatum habebamus, & profectò rectè id facere videbamur, cum videntes regionem diuisam, non putabamus opus esse de eadem decertare. Equum enim erat, eos qui parua negligerent; & pauca; & magnis, & multis bonis abstinere. Iam vero cum omnibus illis bello exutissimus, & patria pulsus, scimus hocce solum periculum, spem salutis includere. Sed opus est, recordantes, quod olim etiam aliis succurrendo iniuria affectis, in terra aliena multa trophaea de hostibus erexerimus, viros bonos pro patria, & nobis ipsis esse, Deus confidentes, & sperantes, nos ad insensurum cum ceteris iniuria affectis peruenturos. Effet enim acerbum, Athenienses, quando exules fuimus, cum Lacedaemoniis contendere, ut ita reuerteremur, reuersos vero iterum in exilium agi, ne amplius pugnemus. Nonne igitur turpe erit, si ad tantam calamitatem deuenerimus, ut cum maiores etiam pro aliorum Gracorum libertate pugnauerint, vos vero pro vestra ipsorum pugnare non audeatis? Sed iam satis multa exempla produximus, ut & de aliis Oratoribus eodem modo agamus. Sequitur autem hunc ordinem temporis Iiocrates: de hoc agendum, & aliud initium capiendum.



DIONYSIVS
HALICARNASSEVS
DE DELICTIS QVÆ IN ME-
ditandis Orationibus com-
mittuntur.

Gul. Gratio Bruzense interprete.

*Pag. 60. v.
27. Wech.*



INTER exercitationum vitia alii Ora-
tiones mitiorum Affectuum expertes
tequirunt, & in eo omnem rei totius con-
trouersiam collocant, affectus verò obi-
ter transeunt, alii eorundem qualitibus
non accuratè satis attendunt; verum si
simplex sit affectus, & cuius ad intelligendum expositus,
illi qui in eum incidunt, & intuentur, vtuntur. Si verò
duplex sit & triplex affectio, & variæ sint passiones, neq;
earundem distinctionem inquirunt, neque de qualitate
pertractanda magnopere laborant. Vnde illis cum pas-
sionibus dimicare non contingit; sed in ipsum affectuum
certamen, quæ exclamationes vocantur, vltro incidunt
quædam voces morales, vnde & laudantur hi, qui nudos
interdum affectus proferunt: cum de his vniuersè disse-
rere, & velut anima per corpus diffusa est, ita rebus mo-
res intertexere oporteat. Deinde non vnum aliquem
magnum spondent affectum. Est autem id Philosophiæ
proprium, ex qua omnia singulatim dependent, quæ pas-
sim subiectis personis sunt accommoda. Hinc & in affe-
ctuum vsu parciores sunt, & in iis pertractandis maiesta-
tem

sem nullam seruant, cum vbique seruare conueniat. Quemadmodum enim in animo Rationem regere debet, illi verò iram & concupiscentiam parere necesse est, vt quanclocunque ex animi vehementia quid agimus, cum ratione indignamur, quæ verò amore nobis attrahimus. non sine ratione conciliemus: Ita quoque & in Oratione maximus & vnus affectus qui ex Philosophia prouenit esse debet, & instar ratiocinationis rationi subiectum inducenda cætera, quæ ad iram, quæ ad commiserationem, quæ ad urbanitatem, quæ ad similitatem & inuidiam pertinent, quæ singula ex illo pendent, & sibi inuicem necessitate quadam commista sunt. Eiusmodi affectus præcepta cum Plato præscripsit, & Rhetorum & Politicorum & artificum, & iuuenum, & virorum, nec non seniorum ac mulierum, seruorum denique & liberorum affectus hoc vno comprehendit. Hunc & Demosthenes tradens nusquam non maiestatem seruat, æqualiter in deliberatiuis forensium mores constituens; hisq; & adulantium speciem, ac denique patronorum laudem admiscens, quod & ad Platonis imitationem factum esse defendit. Ille enim dogmata non ipse prius recenset, in disceptationem deinde adducens: verum coram differantibus quæstionem in medium proferens, inuenire magis quid tenendum quam de eo contendere vel differere videtur; nisi quæ de optimis, & quæ in nostra sint potestate dicantur. Idem & Homerus passim præstitit, apud quem & omnes perturbationum & phantasiarum ab æquo & iusto recedentium species. Is in huius artis pertractatione, secundum personarum subiectarum differentiam, affectuum declarat distinctionem. In affectuum materia peccant alii quidem, nullos omnino quærendo; alii non omnia inueniendo; alii denique eorundem temperiem & qualitatem non seruando. Plurimi verò, imò verò omnes, delinquant, id in quo maxima perturbationum vis consistit non suscipiendo, neque cætera omnia quæ consecutanea sunt, adducendo. Circa Iudicium primum mensura non obseruatur. Alii enim omnia breuiter percurrunt, indicantes quidem singula in dubiū vocata, sed prætereuntes, & rerum obseruandarum defectum, com-

pendium esse existimantes. Alii verò dum attendunt, quomodo plurima ad propositas quæstiones dicant, quæ natura sunt perspicua, & passionibus distincta, institutio denique, seu consuetudine discrepantia, breui sententia, robur continere non vident: si verò quis ea longius producat, frigidiora & imbecilliora reddit. Iam verò in legum inquisitionibus, earundemque demonstrationibus multum operæ Rhetori necessario ponendum est: quando non rarò occulta breuius dicuntur, quæ longius producenda sunt. Et verò de his breuis sermo statuitur, sicut & validissima argumenta breuissimo [verborum ambitu] proferenda sunt; Infirmissima verò sunt, quæ maiori quam par est dicendi indigent artificio. In vniuersum vero, neque pauca nimis, neque multa quæ dicantur inquirenda sunt, verum vbique apta & accommodata, quibus & semper confirmatio adicienda. Nimia vero inueniendi & dicendi cupiditate fit, vt sæpe vocationis strukturam corrupamus, & hæc quidem de erratis quæ in Iudicio committuntur.

*QVIBVS REBVS INVENTIONIS
artificium vultur. Eodem Inter-
prete.*

Pag. 51. 26. **A**R T I S vitia in meditando seu inueniendo capitum est nuda propositio, cum Orator ignorat quid prius laudare, aut vituperare debeat ex modo propositionum, quæ tribus potissimum figuris tractanda. Vel cum Orator multo ante cognoscit, quæ ab aduersario dicenda sunt: Noui quæ dicturus est, certè alia per Iouem dicturus est. Vel cum ex aliis audiuit, vt si dicat: Audio ipsum dicturum: Est qui mihi rem omnem nuntiauit. Vel quasi conuiciantis est, quodnam argumentum primo loco collocandum sit. Quod artificium sic se habet: vt si confidimus nos argumentum soluturos, dicemus nos aduersarium id dicturum nouisse, cum de aliquo dubitabimus, id nos suspicari simulabimus. Quæ vero aduersaria fortissima & robustissima esse sciemus, illa nos pridem inaudiuisset

diuisse dicemus, ne illi nobis ea certò esse cognita constet, Illud igitur tenendum primum esse vitium, cum propositione destituta est oratio, quam diuisionis artem quidam existimant. Altera artis imperitia est multis apprensus ordinis consequentia, ornamentum est quæstionis, ordinem & modum rerum capitibus præscribere: sed non ex vsu certaminis fidem exornare, & apposita adhibere quædam. Ordinem quoq; vtilem indicare; neq; capitibus tanquam elementis vti secundum ordinem alphabeticum. . . . verum Grammatici instar in exercitiorum vsu, velut nomina litteris, ita res quoque capitibus coagmentare decet. Alterum est infirma argumentationis capita nusquam validis inferere ne horum virtute priora occultentur, deinde nusquam omnino ab instituto sermone diuerrere, ac post digressionem, iterum ad propositum redire. Quemadmodum antiqui præstant scriptores, qui in aliarum tempestiuitatum ex dilectionibus aliorum mentionem faciunt, solerter admodum iis, quæ dicenda sunt fidem præstruentes, præsentia simul priorum temporum confirmationibus innectentes. Id etiam inter errata censendum est, si quid inferas ex eo quod neque præmunieris, neque ante demonstraueris, quod antiqui sæpè factitarunt, maxime verò Demosthenes ad imitationem Platonis, non ignorans frequentes prætensiones, debilem structuram Orationis conficere: quæ verò firmiter præmunita sunt, credibilia magis apparere. Quid verò attinet dicere, quod necessariam consequentiam nequaquam videamus, quam Plato appositè ait inferendam, non fuisse, & fortuito enthymemata in orationem coniicienda. Est enim oratio instar corporis quod à capite ad pedes vsque suis constet partibus membrisque concinne inter se dispositis, ac totius corporis constitutioni conuenientibus. Illud quidem corrigere omitto quod ratum esse videatur. Cum enim ob hoc Lysias reprehenditur, omnis dicendi facultas nostra argui videbitur. Eum verò errorem qui in necessaria consequentia euidencia committitur, solus Demosthenes Platonem imitatus declinavit. Qua vero id ratione præstiterit, in Tractatu de *imitatione* planum faciamus. Ta-

libus igitur, & tot; imò pluribus aliis modis orationis artificium solet violari.

Circa dictionem verò non pauci etiam defectus existunt. Quidam enim omnino simplici in eloquendo dictione utuntur, qua se cognitionem rei, eiusque naturam persequi profitentur, nescientes, quod in honesto maxime cognitum est, id in forensi dictione non satis clarum nedum notum apparere. Nam vile istud dicendi genus neque declarationem accuratam, neque vel speciem satis manifestam exhibere valet. Alii verò signum elocutionis necessariæ esse putant, si vspiam obsoletum aliquod vocabulum prolatum sit, illud aucupantes, & passim abutentes, quasi de re antiqua inuenta gloriuntur. Ridicula omnino evadunt isti, nisi considerent liberos è maxime notis componi, hæc autem quæ à communi vsu recesserunt, inusitata admodum sunt. Non igitur is prisco more loquitur, qui ab antiquis rarius vsurpata profert, sed qui sæpius decætatis, passim in oratione vitur. V sum autem rariorum vocabulorum, ratione eadem inserendi ignorant; sunt autem eiusmodi fere.

Prima. Quædam sunt nomina prisca temporibus familiaria, & cognita, quorum nunc vsus periit; quibus illi quidem vt notis utebantur; nos vero merito declinare consentaneum est.

Secunda. Res quædam non ita hominibus vsitata; insolita quoque obtinent nomina, suntque instar dentium doloris, qui præ saporis oblatis acrimonia, & gustus acerbitate obstupefacti cibum comminuere nequeunt. Illud verò, vt raro vsuuenit, ita exigua est utilitas. Eiusmodi sunt nomina nobis deuitanda.

Tertia ratio. Quandoquidem ad aliorum imitationem rariora efferunt vocabula, quemadmodum in propria comædia. Nos vero neque elegantia; vel ioci causa neque necessitate coacti, eiusmodi nomina quæramus, agrestes, rustica;que disciplinas, quod absurdissimum est consectantes. Illud præterea in dicendo vitium occurrit: laudis nimia cupiditate dictas voces velle importune vsurpare. Exempli causa verbum historicum, dialecticum, vel poeticum in Tragedia vel Comædia proferre.

Est

Est ea fortasse scientiæ alicuius ostentatio, sed vsus imperitia. Conuenit enim discernere, inter iudiciales & dialecticas voces, & quæ historica, quæ poetica, vel his propiora, demum quæ politica sint vocabula recensere, nisi omnium risui, & inuidiæ exponi velimus: Non quod dialecticæ, historicæ aut politicæ dictiones, in poeticis sermonibus non reperiantur: verum Oratori, & vsus opportunitas spectanda, & nec structuræ ratio minus obseruanda. Ad opportunitatem quidem pertinet, vbi dictio aliqua siue poetica, siue dialectica, siue historica euidentior apparet, tunc ea vti, quod ad maiorem efficaciam Rhetor præstare potest. Ad structuram vero, præuia narratione rem mitigare, & præmissis nouioribus nominis nouitatem occulere, & prius apertè fateri, vocem eiusmodi ex alio dicendi genere esse desumptam, quod ad nouitatem molliendam sufficiens est. His igitur & pluribus aliis in dicendo delinquitur.

Locutionem sequitur. Oratio figurata. Quidam simpliciter, & sine figuris, ac plane vulgariter verbis vtuntur, nonnulli vero sine ordine figurarum adducunt congeriem. At illi sicut prius nominum ita nunc figurarum opportunitatem ignorant. Et hæc quidem vniuersim sunt quæ circa mitiores affectus, & sententias circa artificium & dictionem dicenda habuimus.

Nunc igitur quæ in omnibus orationis partibus errata committi soleant singulatim consideremus. Sunt oratoriæ partes quatuor: Exordium, Narratio, Confirmatio, Peroratio. Quæ in Exordio committuntur sunt hæc: Primum coram Iudicibus tanquam causam perspectam habentibus, quod perquam ridiculum est, orationem exordiri, cum prius ipsi ante meditatam orationem rem nobiscum expendimus, existimantes materiam ad disceptandum propositam, vt auditoribus, ita Iudicibus esse cognitam. In proœmio quidem rei summa aperienda est, & de quo disceptatio instituenda sit, prius dilucide explicandum. Quidam præterea legem, seu consuetudinem proœmiorum in exordia conficiunt, quibus nec sæpius vnum solum sufficiens esse, alias vero pluribus orationem indigere satis cognitum est. Vulgaris Rhetor-

rum multitudo rerum capita prius in exordio consumit, cum proœmium tantum sit rei dicendæ commendatio, neque capita ea appellanda sunt, vnde [Iudices] in aduersariorum suspicionem veniunt. Alii sunt qui in exordio passim accusatores conuiciari consueuerunt, neque his perspicuum est Rhetorem vti conuiciis ceu confirmatione siue in affectu, siue in rerum tractandarum vsu, nos interea illos assidue criminamur. In eo quoq; à recto & simplici vsu deflectimus, cum proœmia rotunda & in orbem deducta in medium adferimus, producta verò & protensa etiam in Narratione locum habere, ignoramus. Sunt qui orationem prouerbio auspicantur, alii ab exemplo, alii à similitudine ordiuntur. Omnium horum errorum causa, est capitum & artificii in exordio requisiti ignorantia. Caput Proœmii constat rerum & personarum opinione, vbi vel commendatione opus est, vel criminatione. Vel enim personas criminamur, vel rem commendamus. Artem verò exordii esse totius disceptationis fundamentum nemo ignorat. Igitur in principio præparandus est auditoris animus, & à Rhetore ad totius exercitationis attentionem componendus, vnde & Exordii mensura desumitur, structuræ quoque & figuræ ac omnis rei explicatio hauriri consuevit. Et hæc quidem errorum in Exordio irrepentium summa est.

Ad Narrationes quod attinet, quidam ita breues faciunt, quasi oratio decenter producenda non sit: alii verò in hisdem ita sunt prolixi, vt integras amplificationum seu exaggerationum structuras adnectere velle videantur. Horum vtrumque inter Narrationis vitia recensetur. Neque enim Narratione vtitur qui non docet perspicue, & qui nullum dicendi modum statuens, doctrinæ suæ fidem captata furtim auditorum attentione adstruere conatur, eius inanis, & intempestiua est loquacitas. Rhetoris officium est in Narratione docere, docendo persuadere, debilia & valida argumenta, & quæ inter se contraria sunt ad vtilitatem orationis transferre. Peccat etiam qui sine delectu orationes narrationibus replet, nam in genere deliberatiuo omnis est superflua narratio, norunt enim qui deliberant qua de re tractandum sit, quod quid agendum,

agendum, non de quo deliberandum est, scire interest. Sunt & quædam causæ iudiciales quæ narrationes respiciunt, quæ nempe iudicibus notæ sunt, & aduersariis utrimque non minus exploratæ, ut sunt quæ negotia forensia concernunt, quæ sine narrationibus pertractantur. Inane quoque verborum dispendium iudicandum est, ubi utriusque parti narratio est superuacua, neque vni magis quam alteri prodest, qualis illa quæ stratagemata describit omni ex parte ridicula.

Exempli causa è duobus Imperatoribus vnus trecentos in captiuitatem redegit, alter tot numero è medio sustulit, inde oritur de procemiis disceptatio. Verum narratio rei gestæ, cum omnibus nota sit, neutri parti potest esse utilis.

In Confirmatione, enarratis vitiis accedit inconcinorum, improbabiliũ, & à recta dicendi ratione alienorum capitum vsus, quæ Oratores vsurpant, quæ vniuersalia vocantur capita. In deliberatiuo genere, illud [dicitur:] Bellũ non esse præoptandum paci: alii quærent utrum sit præferendum paci, alii quousque Quorum quæstio in quatuor deliberationis capitibus continetur: in Iusto, Honesto, Utili, & Possibili. In iudiciali causa: Eum qui tyrannum sustulerit omne præmium, si velit, auferre debere, cum lex id iubeat. Verum illud nonne impudens omnino, & à ratione alienum? At siquidem quæritur & vult illud, num iusta & decora postulantem accipere conueniat, & ipsis decretis sint danda. Adhæc illud non oportere ducem qui imperet, rerum à se gestarum singulatum reddere rationem. Fatetur enim aperte iniuste se agere, nisi omnium reddat rationem.

Dicit quispiam, ex abundantia quidem hæc dici: verum plures in suis rebus sermones consumunt. Sciendum deinde circa superflua capita quid dicendum sit, cum id utile est, neque vlli noxium. Illud præterea venit in disceptationem: Patri filium abdicanti non esse contradicendum. Illud verò omnium maxime exhibendum dicere non esse defendendum eum, qui accusaturus filium ad iudicium venerit. Illud verò à ratione maxime remotum è verisimilibus non licere accusandi

argumenta desumere, hoc enim est omnem coniecturam à medio tollere, quæ est potissima iudicialis orationis pars. Plurimæ enim causæ ex verisimilibus iudicantur [iudiciis] ista & similia capita in sapientum exercitationibus disceptari solita, penitus vitanda sunt ei, qui veri Oratoris munus obiturus est.

Confirmationum vitia sequuntur, quæ in rerum descriptionibus occurrunt. Contingit enim non raro tempestates, famem, & pestem describi, denique acies & stratagemata bellica Oratione exprimi. Verum à tempestatum descriptione causæ certamen non dependet, itaque omnis eiusmodi descriptio, inanis tantum, & inutilis est verborum ostentatio, nec aliunde in orationem irrepsisse videtur, quam ex prava historiarum, & poëticarum descriptionum imitatione. Neque patet omnibus historiam pedestrem, & poësin historicam res necessarias auditoribus ob oculos ponere: multo minus causas iudiciales, secundum rei necessitatem esse dirigendas. Et Poëtæ quidem & historiarum scriptores, rerum euentus personis & locis suis exprimere solent. Oratores vero non habentes convenientem neque propriam rerum formam, ipsis pestis, famis, tempestatum & bellorum affingunt species, licet non ad viuum prout contigerunt, referant. Licet igitur vni aduersario aliter eiusmodi eloqui, quam ab altero prolata sunt. Constat ergo in his, quemadmodum in cæteris superuacua apparere verborum multitudinem. Hinc & apparet multos ignorare, ad tempestiuos rerum casus describendos sufficientes esse orationum species, nec aliunde ad rei repræsentationem esse accersendas.

Restat de de Peroratione dicendum, quam quidam existimant quasi orationis bellaria, & relictos, ut ita dicam, post vindemiam racemos, denique mera quædam nugamenta, quapropter & rerum narratarum exclamationes vocant: verum quantum aberrant, quis non videat? Quemadmodum enim exordium est totius orationis structura, & fundamentum, ita Peroratio, confirmatio est, & rerum omnium in medium allatarum commemoratio, siue in mitiorum affectuum commédatione accenda-

accendatur Orator, siue commiseratione afficiatur, siue quamuis aliam passionem induat propositæ materiæ conuenientem. Hæc sunt, & quæcunque ex his dependent à nobis in meditandis orationibus obseruata. Antiquitatem non in argumento orationum, sed in vsu similitudinis consistere arbitramur. Imitatio enim non est vsus cogitationum, sed oportunitatum concors, & artificiosa aggressio. Et imitatur quis Demosthenem non solum vt Demosthenem in stylo referat, sicut Platonē & Homerum sequitur. Omnis igitur imitatio artis est æmulatio enthymematum perdiscens similitudinem. Verum de hac longior nobis erit sermo quem alibi pertrastabimus. Quod nunc restat obseruanda de nouo monemus vitia in affectibus, in sententiis, in arte, in elocutione, in omnibus denique orationis partibus, nempe Exordio, Narratione, Confirmatione, & Epilogo. Et hæc quidem circa maxime euidentiâ, plura verò adhuc relictâ familiares congressus edocebunt.

M



DIONYSIVS
HALICARNASSEVS
DE ORATIONVM SCRIP-
torumque examina-
tione.



And. Schotto Antwerp. S. I. interprete.

pag. 64.
Wech.



NGENS sane est non iuuenibus mo-
do, sed & senibus in diiudicandis alio-
rum scriptis periculum. Paranda enim
opinionis scientiæ gratia varie & te-
mere laudamus, quæ in manus nostras
venerunt, & vituperamus. Quo fit ea-
dem interdum & laudari & vituperari,
non solum alia ab aliis, verum eadem à nobis ipsis, alias
probata, nunc damnata. Quemadmodum numerorum
imperiti nunquam eadem numerando conficiunt neque
secum ipsi, neque cum aliis consentiunt: sed hoc inscien-
tiæ argumentum est sibi non constare. Sic & plerique
in Orationibus examinandis negligentiores sumus.
Nunquã enim eadem nobis apparent sed interdum lauda-
mus, quæ alias reprehendimus, & quæ damnauimus, vicif-
sim laudamus. Rapimur enim visorum phantasia vel ad
rei cuiusque dignitatem respectum habentes, non pro-
prio vtimur iudicio. Oportet enim ad regulam atque
amissum limatumque iudicium adhibentem recte posse
iudicare, vel in hanc, vel in illam sententiam. Dicam ita-
que quod dicendum videatur. Quatuor itaque sunt ad
quæ

quæ possit: un rectum de Orationibus iudicium dirigendum existimem. ¶ ③, *Indoles seu natura: sententia, Ars, ac dictio.* Decet igitur quæ legimus, quæ audimus, & quæ occurrunt considerare, an ad Naturam, Sententiam, Artem aut Dictionem profint vel obsint. Extra hos nulli fines existunt. Igitur quid hic seruandum? Indolem seu Naturam duplicem esse, communem & propriam. Hæ quid differant nunc exponam. Communem eam appello quæ a Philosophia pendet. Qualis ea demum est? Ad virtutem nimirum inuitans auertentq; à vitiis. Priuatam eam dico, quæ ab Oratoria dependet. Quæ tandem ea est? Decentes puta, aptosque de re quaque proposita sermones habere cum dicentibus, tum audientibus, de quibus rebus, & ad quos verba facere solemus, qua in re libri antiquorum omnes versantur. Quid igitur dicam? plenos esse libros omnes hisce Ethicis, in æquis aut iniquis; incontinentibus aut frugi hominibus & nequam; in fortibus, aut meticulosis; dæctis vel indoctis; mitibus aut iracundis. Licet itaque nominibus elictis mores seu naturas capientibus de vitæ negotiis philosophari, quorum quedam expetenda, quedam contra fugienda sunt. Ut si quis Homeri Rhapsodia, Parisi hospitis sui domum violentis, & alienam coniugem [Heleam] rapturi, factumque oderit Animum vero custodierit, ratus patriam eo scelere familiamque euersurum; pœnam denique Diis hominibusque exemplo in se edito daturum. Pandari præterea noxia est indoles iuramenta conturbantis, & peccato dignum tandem obuenire supplicium. Nestoris etiam prudentia elucescit, quæ virtutem perficit. De Hectore vero Iupiter pietatem eius prædicans ita loquitur:

*Hic ubi continuo nostras adoletur ad aras,
Libando, Aruinatq; hac dedita adorea nobis.*

Il. d. v. 48.

Et nomina omittens Indolis differentias quæras. ut in Plato in speculando ad vitæ mores per libros peruenias. Hoc & Iona. Plato significat Poësia ornadó veterû res innumerabiles posteros informare. Igitur doctrina est morû collectio,

M 2

*Thucyd. in
procemio.*

quod etiam Thucydides asserere visus est Historiam sic describens, quasi sit per exempla Philosophia. *Ceterum, inquit, qui res præteritas accurate nosse & in iis, quæ iterum eodem consimiliq; modo (ut res sunt humana) vsuuenient hac ad suum commodum voluerit adhibere, non desiderabit profecto plura.* Et hæc quidem, de communi indole, quæ malum fingit, virtutemque amplectitur, dicta sunt. De Priuata verò quam Rhetoricam appellamus, & sic fere diuisionibus constans Oratio est, de qua dixit vel scripsit nemo. Cum enim duplex sit Oratori certamen, cum de re, tum de natura cuiusque, hoc longe antiquius est magisque proprium, & vt sic dicam, solius prope est Oratoris contentio. Res enim propriam materiam chorago suppeditat. *ἡ δὲ* verò consideratio numero comprehensa, eorum præbet diuisionem. Connetamus itaque, & quasi mente vinciamus ea, ne quid nos rerum effugiat. Hæc itaque priuata & Oratoria affectio *ἡ δὲ* in has partes diuiditur: in *Nationem, Genus, Ætatem, αἰεὶ ἄγεσθαι Propositum, Fortunam & Accurationem.* Quare loci isti septem sunt, cum Natio in duas partes deducatur, Communem & Priuatam. Hoc quid sit exponam. Quærendum Græcuscne sit an Barbarus in genere, qui verba facit. Permagnum enim interest, diuersaque sunt Græcorum, Barbarorumque ingenia, atque indoles. Agrestiores enim Barbarorum esse mores, asperioresque comperies, atque arrogantes: qualem Plato inducit Ægyptium ita dicentem: *O Solon, Solon, vos Græci semper estis pueri, nulla cana vobis doctrina.* Hic in verbis quidem figura propria verò Barbarorum est. Vt deniq; Herodotus etiam, Candaulem facit loquentem ad Gygem: *Auribus mortales minus fidei tribuunt quam oculis,* quod non de auditu & aspectu ab illo dictum, sed de corporis humani partibus sensuum accepit, vt Barbarorum sermo figuratus sit: & qui pronunciat, veluti vidisse tanquam apud Græcos quo vtentes insaniunt, & Athletarum significans exercitationem, & vinum insanix potum appellans. In summa recensere singula quid attinet? His enim referti sunt libri, propriè enim dixeris gentes Græci aut Barbari naturam. Demus itaque Græcum vel fingamus

*Plato in
Timæi principio.*

semper estis pueri, nulla cana vobis doctrina. Hic in verbis quidem figura propria verò Barbarorum est. Vt deniq; Herodotus etiam, Candaulem facit loquentem ad Gygem: *Auribus mortales minus fidei tribuunt quam oculis,* quod non de auditu & aspectu ab illo dictum, sed de corporis humani partibus sensuum accepit, vt Barbarorum sermo figuratus sit: & qui pronunciat, veluti vidisse tanquam apud Græcos quo vtentes insaniunt, & Athletarum significans exercitationem, & vinum insanix potum appellans. In summa recensere singula quid attinet? His enim referti sunt libri, propriè enim dixeris gentes Græci aut Barbari naturam. Demus itaque Græcum vel fingamus

mus Barbarum eadem naturæ diuisione esse, & vtrumq; simul hic agere oportet: Barbarum quidem vt Thracem, truculentum. Barbarum quoque & Scytham * crudeli ingenio parem. Ponamus altera ex parte Græcam indolem: sit Græcus mosque communis Græcorum. Græcus, sit Atheniensis, ergo vehemens, facundus, sapiens. Græcus, ex Ionia, ergo mollis & remissus. Bœotus simplex itaque & obtusus. Thessalus est à Græcia * duplex itaque & varius. Hinc etiam Philosophi & qui naturas gentium perspectas habent iacere conuitia probri loco solent, tametsi irrisione indigni sint: sed ab emergentibus ad summa ingenii, calumniæ sæpe nationum existunt. Demosthenes enim Thracem, vt non constantem & firmum in fide atque amicitia Charidemum introducit, sed omne in eo positum conuitium, *Thrax est.* Plura addere quid attinet. Rectissime enim Plato ait è cœli loco atque conditione etiam indolis cuiusque temperamentum existere. Hinc fieri vt alii disciplinis perdiscendis aptiores sint vt Græcanicis Græci. Quidam ad argentariam accommodi vt Phœnices & Ægyptii. Alii iractandi, vt Barbari bellicis semper rebus dediti. Et vere hæc dicit. Loca etenim naturam ingenerare affirmat, & singulatim in moribus cuiusque. Propterea, & à variis Reip formis diuersæ quoque indoles existunt, quasi à Rebus public. naturæ, & contra à naturis Respublicæ procreentur. Quapropter in indole duplicem spectamus nationem Græcam & Barbaram. Sed nunc à communi ad singularem transeamus. Sit Atheniensis Lacedæmonius, Bœotus, Ion, Scythia, aut Thrax, vel Celta: aut ex Hiberia, vel Ægyptius: in aliquo conueniat oportet. De Genere deinceps agendum. Genetis vocabula sunt cognationes. Sic pater Barbarus, & Barbarus Celta, & Scythia, & Scythia Barbarus, & rursus pater Græcus, & Lacedæmone natus, ac pater Atheniensis. His accedat necesse est ætas, & quaterna sunt comprehendenda. Est pater, Barbarus, Scythia, & iuuenis. Non enim iuuenes, patresque, eadem præditi natura, & senio iam confecti, sed senum quidem mollior est indoles, iuuenum verò viuidior. Similiter fratrem si dicas aut vxorem, aut ma-

* οὐρόμεν,
αὐτόμεν.

Prout. Bœo-
tica sua.

* διπλῆς ἢ
ποικίλης.

Orat. contra
Aristocratē.

Plato.

¶ *καὶ ἐπιπέσει
ἐν τῷ πάλαιον*

ritum vel denique filium. Hinc & proprii * Consilii affecto vehementior expensitur. Erga liberos pius quidem est at celer, at acerbus, at auarus, at denique dissolutus Consilium ita cum indole vniuersa concurrat. Nunc de Fortuna videamus: eaque vel secunda est vel aduersa. Non enim natura hæc sunt, sed fortuna ea dirigit. Hinc de vitæ instituto dicendum, hæc enim à cuiusque pendent studio. Milites enim quid ab arte militari, à Medica Medici, à Rhetorica Oratores, ac agricultura agricolæ informantur. Medicum enim videns disserendo dicere: Hoc est expurgandum, illud excusandum. Musicum inuenias dicentem: Hæc extra cantum: dicta illa non concinunt. Demodicus orator apud Platonem ait: *Mihi quidem, ô Socrates, filii mei siue plantati, siue generati censenda est, non est hoc ita indicandum, quasi magna voce à Platone pronunciatum, sed quia Mechanicus & agricola erat Demodicus artis suæ vocabulis vsus videatur. & hoc quidem vnum est existimandum de septem Indolis speciebus. Sic compereas per singula discurrens ac colligens: inops & diues hostes sunt in ciuili administratione. In paupere *ἡδύς* naturam reperies, similiter in opulento: item in hostibus, rursus in Repub. Neque enim eadem sunt odia publicarum vel privatarum rerum, sed illa sunt prudenter in vulgus diiudicanda. Deinde pater est quispiam, vel non est. Hinc bello victus est vel rem victor fortiter gessit, aut contra cladem accepit, siue litibus siue iudiciis implicatus. In singulis nomen doli reperies, vnum genus Indolis necessariæ, in apothecibus. Et hæc accuratior est diuisio *ἡδύς*, nullam omittendo speciem. Si enim patrem ostenderis non continuo ciuilem fuisse virum ostenderis. Si ciuilem non item patrem fuisse doceas. Rursus si patrem declaras, dum enim non item. Hunc si rem fortiter gessisse demonstras, non continuo aciei desertorem. Si non ostenderis fortuita, etiam quæ consulto fiunt, & genera, nationes, & differentias *ἡδύς*, quæque alia iam enumerauimus, non impleas *πὲρ ἡδύς*. Quæ enim recensuimus vniuersa *ἡδύς* quidem vocantur, seu indoles. Diuidendi enim ars,*

vt Plato

Plato initio
Theagis.

vt Plato tradit, diuisiones, collectionesque, ostendunt quot species sint, & quot in partes deducantur & multa in vnum colligere docent. Est enim artis diuidendi proprium Vnum multa, & multa vnum efficere. Et hæc quidem hætenus. Ad Sententiam nunc veniamus.

Plato in Phadro, & in Politico de diuisionibus agit.

Sententia triplicem habet inuestigandi modum: ne quid redundet, nec deficiat, neue sit repugans. Redundans oratio nugax est: quæ deficit infirma, contraria verò periculi plena. Clare id Homerus ostendit:

*Solus compositam lingua turbabat inertis
Pacem Therfises. ———*

Il. B. v. 212.

En importunæ causæ redundantia. Si enim omittas de Therfite binos versus è Nestoris concione, Homerus hæc suggeret:

Quidquid ridiculum pugnacibus esset Achillis.

Ibid. v. 219.

Nam in his ridiculum fit dictum extollis atque effessi illum corporis viribus & virtute, & ducendi libertate immodica. Hæc si excipias reliqua valida sunt. Et tale quidem Homeri est artificium. Conspicito enim exercitu, qui ob Achillem Agamemnoni indignatur, & propterea non libenter auxiliatur, sed in patriam redire vult, iura illa in Achillem rumpere studet. Astitit itaque ipsi concio: adest inuidia, ridiculum: vt in conuentus malicia iustitia rei minus appareat:

*Hostis erat magno, summusq; inimicus Achilli
Nec minus idem Ithacum capitaliter odit Vlysses
Tum quoque vociferans, & acuto gutturo stridens,
Plurima magnanimo conuicia dixit Atrida.*

Ibid.

Quæ sunt audaciæ signa, atque exsuperantiæ Indolis ipsius, & quænam importunitas?

*Cui tunc unanimes irascebantur Achai,
Et vires odere viri non aqua patranis.*

* οὐδ' ἴστω
πρὸς;

Nisi ridiculus, dignusque odio sit, dum pro Achille fortia iactat. Hinc Græcis risus concitatur: & exinde studium in patriam remeandi restitit. Ex hoc enim * toro aspectu, & immutatione per id quod euenit pacatum adhibuerint animum. Quamobrem docuementum hoc magnum quid & illustre nos docet. ne in verborum copia bene dicendi vim collocemus. Sed in deficientibus qua ratione utemur? Sic enim de Menelao Poëta ait:

Il. γ'. v. 214.

Pet. Victor.

Is. variar.

cap. 17. ex

Cice. Bruto.

Pauca loquebatur non garrulus, at per acuta.

Illud pauca, tale est, quod ad certamen non sufficit. De contrariis est quod laudauit Isocrates, iudicialis orationis, vt habenda est, & demonstratiui differentiam ostendens, hanc quidem tutam, securam ac firmam esse oportere; illam verò demonstrando. Homerus enim ait: *Ille fortiter concionatur*: hoc est per concessa: Ille verò de concessis dubiam proferens, sed & concessorum demonstratione qui posset dubium dissoluere. Hoc Xenophon & Plato de Socrate prædicant, progredi per concessa cum vult docere. Fiunt itaque hæc tria oportune: ne sint redundantia, ne imminuta, neue aduersa. Duplici hæc nomine appella: Modum & securitatē, ne superflua sint, neue imminuta, quod est Modi; vt Securitatis, ne contraria sint.

πεύσων.

Tertia nobis classis est, Artificium orationis, explicatissimam Indolem atq; Sententiam. Primum quidem *καρτερία* figuratam locutionem si quis forte dubitarit expediamus. Ea quid sit quæris? Vult quis dicere; ne redundantia dicat, neque mutila, nec aduersa, hunc artificem esse dices. Quid igitur amplius est Artificium quam securas sententia? Amplius profecto est. Sententia enim vtile quid negotio continet ad demonstrandum. Ars verò quid ad persuadendum appositum habet. Verbi gratia in arte Medica si quis pro sententia dixerit: Secundum esse vel pharmaci potione vtendum, Ex arte verò, vt abscondendum esse ferrum quo secare vis: potionem è dulcibus & esui aptis cibus dandam. Hic ars sententia posterior, qua ratione indolem & Sententiam arti copulaueris:

Hom. Iliad.
λ'. v. 269.

*Quales sepe solet mulier sentire dolores
Parturiens sana quos mittunt lithya*

-Tela

Tela laboriferi mittentes plena doloris.

Secundum est :

Quas Iuno Lucina Deas anixa profudit.

Tertium, Quartumq; primo respondens:

Sic grauis inuadens animum dolor urfit Atrida.

Ad eundem modum Thucydides ait : *Caterum si- Lib. 1. belli Pelopon.*
gnis quibusdam, qua mihi longissime superiora repetenti fi-
dem faciunt, adducor ut credam non valde magna, siue

bella spectes siue alia existisse. Deinceps quot modis
effert Signa? τεκμήριον, μαρτύριον, σημεῖον, πικρὸν δίστα.

In progressu enim μαρτύριον dixit, hinc σημεῖον. Cum do-

lum, inquit, Athenienses lustrarunt, &c. & pergens ite-

rum: *Huius rei non minimum est argumentum.* Deinceps

verò: *Signum verò est Gracia sic culta,* & cum omne dicat

ad primum secundumque, & iterum reducto numero,

hoc multifariam dicendum, Sequitur quia & varie: diffe-

runt tamen formis Multifariam & Varie. Verborum deni-

q; differentia ac de vocibus sequioribus iudicium: hoc

iudiciale est vocabulum, illud historicum, hoc dialecti-

cum, illud comicum; & iterum post Ideas ad ipsos viros

se conferre. Ut si comicum est, Aristophanis est vel hoc,

Cratini, hoc Epolidis, hoc * Eriphidium, illud Menan-

dri. Si iudicialis vox: ego vel Lytiæ vel Demostheni aut

Æschini vtitata, vel denique Antiphonti familiaris, illud

varium est. Considerandum item in recitatione libro-

rum orationumque secure pergere in inuestigando. Que

res fortasse quid profint vel oblint lecta dictaue, vel audita

ad ἦδον, Sententiam, Artificium, Dictionem? hæc

quidem duplex communis, & priuata: Communis ad

virtutem impellens auertenque à malo; Priuata verò, ut

apti sint ac deceant sermones dicenti simul, & audienti.

Item de quibus oratio est, & ad quos aptanda. Fit autem

quot diximus modis septem. Hinc etiam Sententia secu-

ritate ac modo triplex fit: item ars vel vis ἦδον ac nego-


tiorum. Dein vocabulum vel perspicue ac puriter,

vel multifariam ac varie. Et hæc quidem

de Orationis examine satis

sint.

M 5



DIONYSII
HALICARNASSEI
DE PRÆCIPVIS LIN-
guæ Græcæ Auctoribus
elogia;

Stanislao Ilowio Polono interprete.

IN scriptis & monumentis veterum ver-
sari debemus, vt inde non modo eius rei
quam tractandam suscipimus, materiam,
sed etiam rationem imitandi eius quod
cuiusque proprium est, nobis compare-
mus. Animus enim legentis, perpetua
obseruatione similitudinem quandam generis dicendi
elicit. Quale quiddam rustici cuiusdam vxori accidisse
fabula refert. Virum, inquit, agricolam deformem timor
inuasit, ne liberos similes sui susciperet: quæ formido ar-
tem illum pulchros & formosos liberos procreandi do-
cuit. imaginibus enim quibusdam, vt arbitror, venustis
& decoris effictis, eas intueri mulierem assuefecit. Dein-
de cum ea congressus, præclare imaginum pulchritudi-
nem assecutus est. Exprimentæ etiam orationis simili-
tudo. ita demum paritur, si quis imitatione expresserit
illud, quod apud vnumquemque ex multis videtur esse
præstantissimum: quemadmodum si quis multis fontibus
riuum quendam deducens, in animum suum deriuat.
quod etiam exemplo ipso confirmabo. Zeuxis ob sum-
mam pingendi peritiã magna in admiratione apud
Crota-

Coronatus fuit. Huic Helenam nudam pictura exprimere contendenti, nudas conspiciendas eius loci miserunt puellas: ac posteaquam multis ex partibus excellentissima quaque cogitatione comprehendisset atque collegisset, ars omnibus numeris abolutam pulchritudinem construxit. En etiam tibi licet, ut in theatro quodam, formosorum corporum formas spectare, & ex illorum animis decerpere a que delibare id quod est optimum: licet, inquam, tibi sic multiplicis virtutis & eruditionis symbolum cogigenti, nullo unquam tempore imaginem interituram, sed perpetuam ac immortalam artis pulchritudinem informare, ut id quod imitatione expressisti, manifestos & apertos delectus iis qui audiunt suppeditet.

Homerus.

Ex Homeri poësi non unam tantum corporis partem, sed integrum corpus exprimas ac effingas. eius etiam imitare mites concitatoque affectus, amplitudinem, dispositionem, & alias omnes virtutes. Alios vero, iis a rebus in quibus antecellunt, sequi debemus.

Hesiodus.

Hesiodus studuit voluptati, & lenitati verborum, ac concinnæ compositioni.

Antimachus.

Contra Antimachus vehementiæ, & forensi illi asperitati, & minime vulgari eloquendi genere operam dedit.

Panyasis.

Panyasis vero ambotum virtutes consecutus est, & eos partim materia, partim disponendi ratione superavit.

Pindarus.

Imitandus est etiam Pindarus, cum verborum & sententiarum causa, tum magnificentiæ, neruorum, verborum compositionis, virium & acerbicatis, compositionis, virium & acerbicatis cum voluptate temperatæ: tum

etiam continuationis, maiestatis sententiarum, contentionis, figurarum, morum expressionis, amplificationis, exaggerationis : ac in primis eorum morum gratia, qui ad temperantiam, pietatem, amplitudinem pertinent.

Simonides.

In Simonide, præter verborum delectum, observa accuratam compositionis diligentiam. Adhæc in commouenda miseratione virtutum (in qua parte præferendus etiam Pindaro videtur) non nimis magnificam & vehementem, sed qualis illi peculiaris est, mouendis affectibus idoneam.

Stesichorus.

Vide etiam Stesichorum in vtriusque virtutibus eorum quos enumerauimus florentem quin etiam iis quibus illi carent præditum: rerum, inquam, quas tractandas sumpsit amplitudine, in quibus morum & dignitatis personarum rationem habuit.

Alcæus.

Alcæi vero considera magnificentiam, breuitatem, ac suauitatem, acrimonia & grauitate conditam : præterea configurationes perspicuitate temperatas; nisi quantum eam proprietas linguæ vitiat. Tum imprimis mores rebus ciuilibus accommodatos. Sæpenumero sane, si versum detraxeris, forenses inuenies orationem. Nunc ad poëtas tragicos nos conferamus, non quod omnes poëtas voluere non debeamus : sed quod hic locus minime postulet, vt omnium in præsentia mentionem faciamus: de præcipuis atq; excellentibus dixisse sufficiat.

Æschylus.

Æschylus igitur primus orationis magnificentiæ & amplitudini studuit, & decorum tum in concitatis affectibus exprimendis seruauit, tum conuersa, tum propria dictione mirum in modum ornatus: in verbis etiam propriis & rebus condendis atque innouandis frequens est, Euripide & Sophocle in ducendis personis magis varius.

Sopho-

Sophocles & Euripides.

Sophocles autem in concitatis affectibus effingendis excellit, personarum seruata dignitate: Euripidi non omnino veritas, & præsentis vitæ nostræ accommodata ratio placuit; ex quo etiam factum est, ut sæpe à decoro aberret. Nec generosos & præstantes personarum mores & affectus, quemadmodum Sophocles feliciter expressit: contra inhonestos, effœminatos, & abiectos videre licet eum summo studio expressisse. Et Sophocles quidem in dicendo superuacaneus atque redundans non est, sed necessaria tantum persequitur: Euripides verò in oratoriis inductionibus frequens. Ille nouorum verborum fabricator, ac sæpenumero ex summa amplitudine in inanem sermonis sustentationem decidens, quasi omnino ad vulgarem humilitatem delabatur: hic neque sublimis est, neque tamen submissus, sed ex vtriusque temperata dictionis mediocritate vititur, * & fere omnes di- * *Comicoꝝ*
cendi virtutes Comicoꝝ imitatur. sunt enim senten- *verò imitan-*
tiis nitidi, perspicui, concisi, magnifici, acres, & ad vitam *de sunt vir-*
& ad mores accommodati. Menandri etiam genus quod *tutes dicendò*
in actione & materia cernitur, spectandum atque consi- *omnes.*
derandum est.

DE HISTORICIS.

Herodotus & Thucydides.

Ex iis qui res gestas literarum monumentis mandarunt, Herodotus optime omnium eam partem historiz quæ res continet, elaborauit atque expressit: ea verò parte quæ elocutionem continet, nonnunquam superior Thucydides, nonnunquam è diuerso Herodotus. Est etiam vbi pares inueniuntur. Accurata enim verborum electione in his sermocinationibus, in quibus ambo tractandis occupantur, vterque suam quandam proprietatem seruat cæterum perspicuitatis laudem omnes sine controuersia Herodoto deferunt. Ac breuitas quidem familiaris & propria est Thucydidi: euentia autem & illustratio, vtrique communis. In moribus exprimendis primas fert Herodotus; in affectibus autem, Thucydides.

Rursum dictionis elegantia ac magnificentia nihil aliter ab aëro differt, sed in his & huiusmodi virtutibus ambo excellunt. Viribus, robore, nervis & orationis gravitate, ac figurarum varietate, Thucydides Herodotum superavit: suavitatem vero ac personamendi facultate, iucunditate, & sponte nata simplicitate, non elaborata, longe præstare Herodotum invenimus. atque nullam compositionem & personarum consuetudinem minus servavit, quam hanc motum & ingenii simplicitatem.

Philistus & Xenophon.

Nunc de Philisto & Xenophonte dicemus hic quidem, Herodoti æmulus, & in virtutibus rerum tractandarum & dispositionis fuit, & in moribus sermocinatum imitandis quodammodo similis ac par, quodammodo impar est: nimis eloquens, verbis purus, perspicuus ac illustris, in compositione dulcis & venustus, ita ut etiam eum in hac parte antecellere videatur. historiarum autem rerum illam sublimitatem atque magnificentiam omnino non est assecutus: quin nec decorum personarum sæpe servavit, attribuens interdum hominibus indoctis ac barbaris sermones à media philosophia depromptos, & ea forma dictionis utens quæ palæstræ magis quam pugne conveniat. Philistus vero Thucydidem sequitur, in rebus exceptis. hic enim liber est, & animi magnitudinis ac gravitatis plenus: ille, tyrannorum & aliorum cupiditati plus nimio subseruit. Ac primum quidem in eo imitatus est Thucydidem, quod eodem modo quo ille inchoatum atque imperfectum historiae argumentum relinquit: tum quod collocationis & dispositionis ordinem perturbat, & quod rerum quæ narrantur confusione, historiam difficilem reddit. Thucydidis illud obscurum ac affectatum dictionis genus neglexit: cæterum rotundum, densum, & acce ac contentiosum, summa diligentia expressit, non tamen eandem elegantiam, maiestatem, contentionum copiam, pondus, affectus atque figuras in describendis enim locis, navalibus pugnis, pedestribus copiis, & constitutionibus urbium, petere est atque deprellus, neque oratio rei amplitudini respondet: prudens

dens tamen, & ad * verorum certaminum descriptionem
Thucydide longe utilior.

* ad vera
certamina
Thucydida
magis ido-
neus, id est
ad veras ac-
ferias causa-
rum actiones.

Theopompus.

Theopompus autem Chius, primum quod huius generis historię materiam delegerit, imitatione dignus est: deinde propter dispositionis elegantiam. continet enim maximam facilitatem & euidenciam illius scriptio: præterea etiam propter rerum quas tractat, varietatem: quin etiam propter summam in singulis rebus exponendis libertatem. postremo suspiciendus est, quod occultas & abditas, siue gestorum siue dictorum causas silentio non prætereat, sed animum eorum qui vel aliquid dixerunt, vel gesserunt, egregia coniectura sit affecutus. Dicendi eius forma ab Isocrate non discrepat, nisi quod exilis est, & nimis flexibilis: in reliquis omnibus similis eius oratio Isocrateæ. est enim communis, aperta & clara, ampla, grauis, pompæ similis, ad delectationem composita. Vitiosa verò est, cum frequens vocalium collisio, tum de industria in orbem circumductæ circumscriptiones, & similis verborum exitus. Peccauit autem in digressionibus aliis super alias inducendis, quod maxime ad negotiale genus historię pertinet. Etenim inepte & intempestiue quædam in his ab eo narrantur cuiusmodi sunt illa quæ commemorat de Sileno in Macedonia, & de dracone ad triremem nauali pugna contendente.

DE PHILOSOPHIS.

Ex Philosophis legendi sunt P Y T H A G O R E I, non modo grauitatis, morum, præceptionum ac sententiarum causa, sed etiam eloutionis. Magnifica enim & ampla vtuntur oratione, & quæ quodammodo ad poësin accedit. Neque etiam perspicuitatem prætereunt, verum mixto genere dicendi vtuntur. Sequi autem in primis debemus X E N O P H O N T E M & P L A T O N E M, tum morum, tum suauitatis, tum magnificentię gratia. Neq; ab imitatione excludendus est A R I S T O T E L E S,

cum propter summam quam in elocutione adhibet grauitatem & perspicuitatem, tum propter iucunditatem & variam eruditionem rerum, quam vel maxime à viro illo mutuari possumus. Danda etiam est opera, vt in libris discipulorum eius toti & assidui simus. Digni enim sunt quibus non minimum studium & diligentia impendatur. Quoniam igitur de aliorum lectione breuiter & summatim diximus, restat vt dicamus ecquidnam de singulis oratoribus sumere liceat: quod etiam nostro instituto magis necessarium est.

DE ORATORIBVS.

Lysias.

Lysiaz oratio, si vsus, & id quod necessarium est, spectes, per se sufficit: ab omni siccitate & squalore abhorret: in eloquendo prorsus angusta est, tum etiam compta & vera, atque Atticarum elegantiarum venere conspersa: non tamen perpetuo auget & amplificat; nisi quando scopum sensim & latenter attingit, cum temperata quadam dicendi voluptate: ita vt dum legitur facilis existimetur; difficilis autem iis qui eum imitari aggrediuntur. Maxime vero in narrationibus excellit. Subtilitate enim ac dictionis tenuitate apertam atque accuratam continet rerum explicationem.

Isocrates.

Oratio Isocratis est illa quidem nitida & compta; casta tamen & modesta, ac conuentibus magis quam foro accommodata. Ornatum autem habet summa euidencia temperatum, & apparatus efficientia quadam & utilitate conditum; non tamen foro & contentionibus accommodata. Cæterum ambitib. dictionem circumscribit, ac omnino mediocre dicendi genus tenuitate quadam emendat, & tenue extollit. Atque potissimum ipsius verborum continuatio & comprehensio obseruanda est, ac totum dicendi genus demonstratiuum.

Lycurgus.

Ipse verò Lycurgus perpetuo increfcit & insurgit,
 distin-

distinctus, grauis, in accusatione omnino totus, veti studiosus, atque libertatis amans: orator tamen nec vrbanius; nec festiuitus; sed in necessariis tantum occupatur. Huius vehementia & grauitas potissimum imitanda est.

Demosthenes.

Demosthenis oratio, dictionis vehementia prædita est, remissis affectibus condita, ac verborum electione ornata: dispositione commoda vtitur, continua, & quæ grauitate condita suauitatem habet, quibus vel maxime iudices tenentur.

Æschines.


Æschinis autem oratio remissior est oratione Demosthenis, in verborum delectu magnifica ac vehemens, neque valde ab arte instructa, sed facilitate, quam natura suppeditauit, adiuta, valde illustris est, & grauis: rem auget & dilatat, & acerbitate perstringit: Atque hinc factum est vt legenti primo sitaui ac iucunda, diligenter verò examinata, vehemens appareat.

Hyperides.

Hyperides quidem à scopo non aberrat, raro tamen facti amplificat & exaggerat: & verborum constructione caliditate verò omnes superat. Adhæc * à causâ iudicacione nullo tempore desectit, sed semper in præcipuis ac necessariis causâ negotiis insistit: multa prudentia locuples, ac veritate refertus, & quamuis simplex videtur, grauitate tamen non vacat. Huius in narrationibus subtile atque temperatum dicendi genus maxime imitatione exprimendum est: tum spectandæ rationes atque argumenta, quibus ad causam accedit:

* à summa iudicii quæ-
sitione.

N



ÆLIVS DIONYSIVS HALICARNASSEVS, DE ANTIQVIS ORATORIBVS.

ISOCRATES ATHENIENSIS.

Hieronymo Wolfio interprete.

Pag. 94.

I.

Natales, praeceptores, scripta, doctrina, claritas, discipulis, diuitia, obi-
sm.



SOCRATES Atheniensis, natus est sexta & octogesima Olympiade, praetore Athenis Lyfimacho, quinquennio ante Peloponnesiacum bellum: duobus & viginti annis Lyfia natu minor. Pater ei Theodorus fuit, vnus de mediocribus ciuibus; qui famulos tiliarum fabros habuit; atque illo quaestu se sustentauit. Honestè autem educatus & institutus à pueritia, nihilo deterius quam quisquam Atheniensium: statim cum ad virilem aetatem peruenisset, ad philosophiam adiecit animum. Cum igitur & Prodicum Ceum, & Gorgiam Leontinum, & Tisiam Syracusanum, qui tum sapientiae nominè in Graecia celeberrimi erant, & (vt quidam scribunt) etiam Theramenem Oratorem, quem triginta tyranni occiderunt, quod popularis videretur, audisset: percupidus fuit, cum dicendo, tum agendo, administrandae Reipublicae. Sed quia natura aduersabatur, quae instrumenta Oratoris praecipua, audaciam & vocis magnitudinem, ei negarat, sine quibus ad populum dici

NON

IVDICIVM DE ISOCRATE. 195

nōn poterat : consiliū illud suū omisit. Quia verō gloriā expetebat, & apud Græcos (vt ipse ait) excellere opinione sapientiæ cupiebat : eō confugit, vt suas cogitationes literis mandaret. Neque verō paruis de rebus, aut de priuatis contractibus verba facere, aut vilitata sōphistis cæteris argumenta tractare instituit : sed de rebus Græcorum, regūque negotiis, vnde sperabat & vrbes florentiores, & homines priuatos virtute oratiores fore. Nam in oratione Panathenica, hæc de semetipso scribit. Quū autem confusam dicendi exercitationem à Gorgia & Protagora sōphistis accepisset : primus subtilitate differendi & naturæ obscuritate relicta, ad orationes ciuiles se contulit, & in ea facultate constanter elaborauit. cuius, illum esse fructum ait, vt ea eruditi qui sunt, vtilia & deliberent, & dicant, & agant. Clarissimus fuit inter eos qui eodem tempore floruerunt : & adolēcentes cum Athenis, tum in reliqua Græcia præstantissimos erudiit. quorum alii in forensibus causis excelluerunt, alii in publicis negotiis & administratione Reipublicæ : alii res à Barbaris & Græcis communiter gestas, in literas retulerunt. Itaque schola eius veluti coloniis eloquentiæ deducendis, imaginem quandam ciuitatis Atheniensis repræsentabat. Vnde etiam tantas opes adeptus est, quantas eorum nemo qui docenda philosophia rem fecerunt. Obiit prætorē Chæronide, paucis diebus post prælium ad Chæroneam commissum. Vixit annos nonaginta octo. ita enim decreuerat, se Reipublicæ cladibus superesse nolle : cum incertum adhuc esset, quomodo fortunam laturus esset Philippus suscepto Græciæ principatu. Quæ igitur scripta de eo comperimus, summatim hæc sunt. Dictio verō, qua vsus est, huic ferè characterem habet. Pura est, non minus quam Lyfiana, neque viliū renerè nomen ponit : summumque studium habet communis & vsitatissimi sermonis, qui verborum obsoletorum & obscurorum insolentiam fugit : & mediocriter temperata est, & perspicuitatem ac euidētiā eandem habet, morataque est & probabilis.

II.

III.

*Censura de
Isocratica
dictione, &
cum Lyfiana
collata.*

N 2

*Quibus dif-
ferat.*

Pag. 95.

*Isocratica
figura.*

I V.

Quod verò ad tropos attinet, nonnihil à *Lysiana* distat. Neque enim ita vel rotunda vel densa est, vel ad certamina fortensia apposita, sed supina magis atque elumbis, & copiose fusa: neque etiam ita brevis, sed & veluti claudicans, & iusto tardior: (eius rei quæ causa sit, paulò post dicam) neque compositionem præ se fert naturalem illam, & simplicem & ærem, vt *Lysiana*: sed comparatam magis ad grauitatem fastuosam, & variam; quæ quidem est aliquando quam illa decentior, aliquando affectatior. Hic enim vir ornatum verborum vndique consecatur, & magis in eo elaborat vt eleganter, quam vt simpliciter dicat. Nam & concutitur vocalium, vt qui sonorum concentum soluant, & lenitatem pronuntiationis turbent, cauet: & circuitu ac circulo complecti sententias numerofo prorlus, & à versu parum distanti, conatur: & est ad legendum quam ad dicendum accommodatior. Ac ostentationem quidem in ludorum celebritatibus, & lectionem otiosam, ferunt eius orationes: sed à forensi strepitu, concionumque procellis sunt remotissimæ. In causa illud est, quod multum in illis acrimoniz & affectuum esse oportet: id quod *periodus* midime recipit. Nam & similiter finita, & comparata, & antithera, & vniuersus talium figuratum mundus, multus apud eum est; auriumque sæpe fastidiis adhærescit, & structuram orationis turbat. Cum autem tria omnino, *Theophrasto* auctore, sint, è quibus dictioni granditas, & splendor, & magnificentia quædam accedat: primum delectus verborum, deinde quæ ex illis existat concinnitas; postremo figuræ quib. hæc includantur: optimū delectum habet, & verba commodissima ponit: affectate verò coniungit eadem, musicum quendam concentum captans; & figuras adhibet turbidas. Vnde sæpe friget: vel quia figuræ illas longius accersit, vel quia rebus non satis congruentes miscet, vel quia modum excedit. Hæc porro sæpe dictionem illius produciunt longius, dum includere periodis conatur, perpetuoque concinnitatem numerorum captat. Nec enim omnia recipiunt vel eandem longitudinem, vel similes figuras, vel pares numeros. Quare fieri non potest, quin explendi gratia voces inculcet, quarum

rum nullus est usus: & longius quam expedit, orationem extendat. Neque verò sic hæc accipi debent, quasi perpetua illi esse dicam. non ita infans nam interdum & simpliciter vocabula iungit, & comprehensionem egregiè soluit: & operosas figuras ac tumidas fugit, idque in suasionibus & forensibus orationibus potissimum: sed quia plerumque numeris seruit, & circulo periodi, atque elocutionis elegantiam in redundantia quadam ponit: generalius hæc de eo pronunciaui. His igitur aio dictionem Isocraticam à Lyfiana vinci; nec parem etiam suauitatem habere. Floridus certe quidem est, vt si quis alius, Isocrates, & voluptatis illecebris auditores demulcet, non eadem tamen est in eo venustas & (quantum ad hanc quidem virtutem attinet) tanto est illo inferior, quantum naturali corporum pulchritudini adscititii ornatus cedunt. Naturalis enim est in Lyfiana dictione suauitas; affectata, in Isocratea. Et his virtutibus mea quidem sententia, vincitur à Lyfia: contra vincit eundem his quas iam dicemus. Sublimior est illo in elocutione, & longe magnificentior, maiestateque plenior. Admirabilis enim est & magna Isocrateæ structuræ sublimitas, heroicæ quam humanæ naturæ propior. Quare si quis grauitate, & amplitudine, & maiestate, Isocratis eloquentiam, Polylecti & Phidixæ operibus contulerit, is à scopo aberrasse mihi non videbitur; Lyfianam verò, Calamidis & Callimachi, ob subtilitatem & elegantiam. Quemadmodum enim eorum hi feliciores aliis sunt in minoribus & humanis operibus, illi in maioribus ac diuinis: sic & Oratorum alter in paruis dexterior est, alter in magnis excellentior: siue natura ipsa magnanimus, siue de industria quouis modo grauitatem captans & admirabilitatem. Atque hæc de dictione Oratoris. Quod autem ad exquisitionem rerum & sententiarum attinet, alias par est Lyfiæ, alias eo præstantior. Argumentorum quidem inuentio singulis rebus accommodata, multa est & densa, nihiloque Lyfiana inferior: iudicium item à magno ingenio profectum. Dispositio verò distributiones rerum, & singulorum epicherematum expolita tractatio, & orationis singulari varietate, & nouis accessionibus,

V.

*Comparatio
rhetorum ad
statuarios,
& transitio
ab elocutione
ad inuentio-
nem, iudi-
cium, & dis-
positionem.*

VI.

VII.
*Isocratem
 argumento-
 rum hone-
 state prae-
 ferendum esse
 omnibus,
 exemplis
 probat.*

Pag. 26.

VIII.
Panegyricus.

ad leuandum similitudinis fastidium, distinctio, & si quæ sunt aliæ virtutes in tractatione rerum: hæc apud Isocratem longe maiora sunt, & meliora omnia. Præcipuam verò laudem meretur ob institutum orationum, in quibus elaborauit, & propter argumentorum honestatem & elegantiam, quæ tractanda suscepit. Hæc enim studiosus eius non eloquentia tantum augere, sed ad morum etiam honestatem instituire, & gubernandæ tum familiarum, tum ciuitati, tum toti Græciæ, idoneos possit reddere. Nam præstantissima præcepta virtutis in orationibus Isoeratis inueniuntur. Ac mea quidem sententia qui non partem aliquam ciuilem facultatis, sed rationem gerendæ Reipublicæ vniuersam complecti animo volet, is hunc oratorem nocturna diurnaque manu versare debet. Quod si quis veram philosophiam amplectitur, sola contemplatione rerum haud contentus, sed actione virtutis etiam occupatus, nec suis commodis metitur omnia, sed multis prodesse studet: huic ego auctor ero, vt oratoris huius imitetur institutum. Quis enim non amore completeretur & Rempublicam & populum: aut quis honestate & iis virtutibus quæ in magistratu, bonisque ciuibus requiruntur, non studeret, lecto eius Panegyrico? Nam ibi maiorum virtutes commemorans, eos qui à dominatu Barbarorum Græciam liberarint, non egregios tantum bellatores fuisse dicit, sed animis & moribus etiam generosis præditos, & gloriæ cupidos & modestos: qui quidem Rempublicam diligentius curarent, quam priuatam; aliena minus concupiscerent quam ea quæ fieri non possent; felicitatem non in opulentia, sed in honesta fama sitam esse iudicarent: existimantes, se liberis magnas diuitias & non inuidiosas relicturos, si honorem eis popularem reliquissent: honestam porro mortem in gloriæ vitæ præferendam ducerent, non in eo elaborantes, vt præclaras & accuratas leges haberent, sed vt ea esset in quotidianæ vitæ consuetudine ciuium moderatio, quæ à patriis institutis nequaquam recederet, tam honestè & ciuilitè inuicem affecti, vt inter sese quasi per factiones certarent, quinam melius de Republica mereri possent, non qui oppressis aduer-

aduersariis, ipsi reliquis imperarent; eademque vten-
 tes animi propensione erga Græciam quoque officis
 ciuitates adiungerent, & persuasione beneficiorum po-
 tius, quam armorum coactione in fide retinerent: ita
 veraces, vt eorum simplex Oratio minus in dubium vo-
 caretur, quam nunc iurisiurandi religio: itaque constan-
 tes, vt pacta & fœdera vltro seruarent diligentius, quam
 si constricti necessitate tenerentur: non alia in imbe-
 cilliores decernentes, quam in se à potentioribus sta-
 tui vellent, & sic persuasum haberent, se priuatim qui-
 dem suas tenere ciuitates, sed in Græcia, tamquam
 communi patria, habitare. Quis verò vir magnus &
 iusti exercitus imperator, ea non magni faciat quæ
 ad Philippum Macedonem scripsit? cum ducis, præ-
 fertim tanta potestate præditi, officium esse dicit, vr-
 bes dissidentes reconciliare, & non inter eas seditio-
 nem ac discordiam concitare; Græciam è parua ma-
 gnam reddere, despectoque minutarum rerum studio,
 ea suscipere quibus & feliciter confectis, omnium du-
 cum clarissimus futurus sit; & infectis, saltem Græ-
 corum beneuolentiam consecuturus: cuius qui sint
 facti compotes, longe lateque præclariore habean-
 tur iis qui magnas vrbes euerant, multasque natio-
 nes subigant. Præterea hortatur, vt Herculis insti-
 tutum ac cæterorum principum, qui cum Græcis ad-
 uersus Barbaros militarunt, imitetur: & iis, ait, qui
 præstent reliquis, magnas esse res suscipiendas, easque
 fortiter ac strenue conficiendas: cogitantibus, nos,
 cum mortale corpus habeamus, fieri virtute immor-
 tales. Nam eos qui aliorum bonorum insatiabili cu-
 piditate teneantur, inuisos esse: contra, honoris sub-
 inde augendi studiosos commendari. & quibus rebus
 plerique gaudeant, vt opibus, vt imperio, vt
 potentia, iis sæpenumero etiam hostes potiri: vir-
 tutis autem & popularis beneuolentiæ, domesti-
 cos cuiusque hæredes esse. Omnino enim necesse
 est, Principes qui hæc legunt, & maiores capere ani-
 mos, & vehementiore studio virtutis inflammari.

IX.

Oratio Phi-
 lippica.

X.
Socialis, sua
De pace,
oratio.

Pag. 79.

XI.
Areopagiti-
sus.

Quis verò vehementius ad colendam iustitiam & pietatem cum singulos priuatim, tum publice totas ciuitates adhortari queat. quam scripta de Pace oratio? quæ suadet Atheniensibus, ne appetant aliena, sed vt suo contenti sint paruis oppidis tamquam fundis suis parcant; ac socios in officio, beneuolentia & beneficiis, non vi & necessitate coactos, contineant; vtque è maioribus imitentur non eos qui ante bellum Decelicum, prope modum ciuitatem euertissent; sed illos qui ante bellum Persicum, perpetuum virtutis studium habuerunt. Ostendit etiam, non multitudine tritemium, aut imperio per vim in Græcos exercendo, Rempublicam augeri; sed iustus potius actionibus, iniuriisque prohibendis. Beneuolentiam Græcorum, quam ad beate viuendum plurimum conferre existimat, ciuitati vt conciliet, in primis hortatur, & vt ad bellum quidem parati sint & instructi, sed pacis ita studiosi, vt neminem vllis iniuriis afficiant; ac docet, neque ad parandas opes, neque ad gloriam, neque denique ad felicitatem quidquam tantum conferre, quantum virtutem & eius partes. Eos autem qui aliter sentiunt, reprehendit, quod existiment, iniustitiam quidem callidam esse, & ad quotidianam vitam utilem; iustitiam verò incommodam esse, & aliis quam iis penes quos est, vtiliorem. Ego quidem haud scio an quisquam orationes vel meliores vel veriores, vel magis philosophiæ consentaneas habere queat. Quis porro lecta oratione Areopagitica, non modestior fieret? aut quis institutum Oratoris non laudet? qui apud Athenienses de Reipublicæ forma disputare non dubitavit, ac auctor esse vt ea Democratia, quæ tum erat, tamquam ciuitati perniciosâ, mutaretur. qua de re popularium magistratuum nemo referre instituebat. Videbat enim ita prolapsam esse disciplinam ciuitatis, vt iam nec à magistratibus homines priuati coerceri possent, sed vnusquisque cum diceret, tum faceret, quidquid collibitum esset, ac omnes importunam confidentiam, libertatem popularem existimarent. Suadet igitur, vt à Solone & Clisthene constituta Respublica reuocetur. cuius naturam & instituta recensens, ait: Illa ætate grauius existimatum

matum esse, natu maioribus dicendo aduersari, quam aciem soluere: Democratiam eos iudicasse, non in petulantia, sed in modestia consistere: Libertatem posuisse non in contemptu magistratuum, sed in imperatis faciendis: Potestatem flagitioso nemini dedisse, sed spectatissimis viris magistratus mandasse; quod existimarent, tales fore ceteros ciues, quales essent gubernatores ciuitatis: Tantum vero abfuisse vt peculatu rem familiarem amplificarent, vt suas opes in Reipublicæ utilitatem effunderent; Præterea, patribus maiori curæ fuisse filios iam viros, quam pueros, quod illorum modestiam plus prodesse Reipublicæ quam puerilem institutionem, & recta studia legum accuratæ constitutioni præstare censerent; exquirentes, non quibus suppliciis delinquentes cohercerent, sed qua disciplina cauerent, nequid pœna dignum ab vlllo committeretur: ac patriam quidem existimantes auctoritate magna florere, priuatis autem hominibus licere nihil, quod legibus interdictum esset, oportere; sed eis & pericula subeunda, & res aduersas infractis animis esse perferendas. Quis verò vel ciuitati vel viris facilius persuaderet hoc oratore, cum multis aliis in locis, tum in oratione Laconica, quæ ARCHIDAMVS inscribitur? & illud argumentum continet, neque Messenam Bœotius tradendam, nec hostium imperata esse faciendam. Nam aduerso Marte pugnant Lacedæmonii & ad Leuctra, & deinde multis aliis præliis: ac Thebanorum quidem opes florebant, & ad imperii magnitudinem processerant: Spartanorum autem res afflictæ erant, & à dignitate veteris principatus degenerarant. Tandem igitur ciuitas, vt pacem impetraret, deliberabat essetne agro Messenio cedendum, nam hæc ei necessitas à Bœotius imponebatur. Cum igitur videret Isocrates, eam indigna facturam esse suis maioribus, Archidamo, qui quidem adolescens, necdum regno potitus erat, sed magnam tamen spem habebat, eum honoris gradum assequendi, hanc orationem composuit: cuius initio commemorat, iure Messenam tenere Lacedæmonios, tum à Chreiphontæ liberis regno pulsas traditam, tum oraculo Delphico confirmatam, quo iussi fuerint &

XII.

*Archidamo
ad Lacedæmonios scri-
pta oratio.*

XIII.

urbem accipere, & affectis iniuria opitulari; tum belli iure, & diuturnitate temporis constabilita possessione. Docet etiam non Messenius, qui nulli iam essent, sed seruis & mancipiis, (quos Heloras vocant) id oppidum veportum & receptaculum, tradituros. Enumerat & pericula, quæ maiores eorum imperii causa adierint: & qua sint apud Græcos existimatione, commonefacit: hortaturque ne fracti rebus aduersis, animos abiiciant, sed potius spe fortunæ melioris erigantur, & cogitent, multos Thebanis potentiores, ab imbecillioribus esse victos: multos cinctos obsidionibus, & grauioribus malis, quam Spartanos, confluctantes, eos à quibus oppugnarentur, deleuisse. Adducit exemplum ciuitatis Atheniensium, quæ rebus florentissimis euersa, extrema quæque perpeffa fuerit, ne audiens esset dicto barbarorum. Monet ut præsentia perferant, & de futuris bene sperent: cum tales calamitates à ciuitatibus emendari sciant, prudenti constitutione Reipublicæ & peritia rei militaris: quibus rebus sparta reliquas vrbes superet. Censet iis potius cum quibus bene agatur, quam ipsis rebus suis aduersis, pacem expetendam esse, cum res nouas molientibus spes fortunæ melioris proposita sit. si enim belli discrimen subeant, partas opes ab eis posse conseruari.

XIV.

Præterea multis aliis præclaris operibus commemoratis, quæ clarissimi ex illis publicè priuatimque in bellis ediderint, colligit quantum dedecus suscepturi, & in quantum apud Græcos crimen venturi sint. sin arma ceperint, eis ab omni parte auxilia præsto esse futura, à Diis immortalibus, à sociis, ab vniuersis hominibus, qui potentia Thebanorum incrementis inuideant. Denique, ostensa confusione & tumultibus, quibus vrbes Græcæ, Bœotias rerum potentibus, agitentur: ut nihil horum eueniat, nec vlla spes incolumitatis alia relinquatur, urbem eos deserere iubet, docens, vxores, & liberos, cæteramque turbam in Siciliam & Italiam, & reliqua loca eis amica, mitti; ipsos verò castello aliquo munitissimo, & ad gerendum bellum commodissimo occupato, hostes summis viribus terra marique persequi oportere. Nullum enim exercitum ausurum esse collatis signis, eum

IVDICIVM DE ISOCRATE. 203

cum viris Græciæ bellicosissimis, qui vitam vtilissimam censeant, & quibus iusta ita & causa honestissima eam necessitatem imposuerit, dimicare. Hæc ego non tam Lacedæmoniis, quam aliis quoque Græcis, atque adeo hominibus vniuersis cum suadere dixerim, longe melius quam omnes philosophos, qui summum vitæ bonum in virtute & honestate ponunt. Quamuis autem illius multas etiam alias orationes recentere possem, ad ciuitates, ad principes, ad priuatos homines scriptas, quarum aliis populos ad vitam modestè agendam hortatur, aliis principes ad moderationem & legitimū imperium instituit, aliis priuatorum hominum vitam modestiorem efficit præcipiendo quid singulis faciendum sit: veritus ne prolixitate orationis modum excedam, his omissis, vt ea quæ supra diximus facilius intelligantur, & discrimen quod est inter Isocratem & Lysiam rectius perspiciatur, virtutibus eorum breuius comprehensis, ad exempla transibo. Primam igitur orationis virtutem esse dixi, puram elocutionem: in qua differentiam vllam apud neutrum inuenio. Deinde, diligentem observationem sermonis tunc vsitati: hanc etiam similem apud vtrumque video. Posthæc, propriis & receptis & communibus verbis ambos esse vsos, animaduerti: Isocratis autem dictionem tantisper progressam esse vsurpatione troporum, vt ne molestiam pareret. Perspicuitatem & euidenciam tenere vtrumque pronunciaui: breuitate sententiarum Lysiam feliciorē esse, amplificationes succedere melius Isocrati, duxi: sententiis in compendium contrahendis, & rotundè efferendis, Lysiam vt ad vera certamina idoneum, approbaui. In moribus exprimendis vtrumque; dextrum reperi: sed gratiæ & iucunditatis, citra controuersiam primas Lysia detuli. Heroica magnificentia apud Isocratē reperitur: probabilitate & decoro neuter mihi destitui visus. In compositione verborū Lysiam simpliciorē, curiosiorē Isocratem iudico: & alterū instar docti pictoris aut statuarii, veritatē artificiosius exprimere, alterū in confirmando, & exornando, veluti pugilē robustiorē esse. Hæc sunt quæ de dictione vtriusque dixerim. Iam cū in res ipsas inquireret, inuentiorē apud vtrōsq; admirabilē deprehendi, atque etiam iudiciū.

Aliarum orationum capita.

Capita comparationis inter Isocratē & Lysiam.
XV.

XVI.

Collocatione autem enthymematum, & distributionibus epichorematum, & cuiusque generis expolitione, & aliis vniuersis quæ in rerum tractatione considerantur, longe duco Lyſiæ Iſocratem antecellere: Splendore quidem argumentorum, & philosophico instituto, tantum illi præſtare, quantum puero virum, vt Plato dixit, & (ſi vera dicenda ſunt) cæteris Oratoribus omnibus, quicumque in hoc doctrinæ genere dextrè ac eruditè verſati ſunt. Rotundum autem periodorum ductum, & iuueniles dictionis conformationes, non probaui. Seruit enim sæpe ſententia dictionis numero: nec tam habetur ab eo veritatis quam elegantix ratio. Rectiſſimè autem faciunt, qui in orationis ciuili & ad victoriam comparato genere, proximè naturam ſequuntur. Sic autem natura fert, vt dictio ſententias ſequatur, non vt ſententiæ dictionem. Conſiliario certe de bello & pace differenti, & homini priuato apud iudices capitis cauſam dicenti, venuſta iſta, & theatrica, & iuuenilia, equidem non video quid adferre poſſint vtilitatis: immò verò poſſe fieri ſcio etiam pernicioſa. Omnes enim in re ſeria verborum delicix, etiam non ineptæ, intempetiux ſunt, & commiſerationi plurimum aduerſantur. Neque verò, me diuſ fidius, primus ego hæc dico; ſed & veterum complures idem hoc de eo ſenſerunt. Nam Philonicus dialecticus, cum reliquum dictionis eius apparatus probet, nouitatis affectationem hanc & tumorem reprehendit: eumque pictori comparat, qui veſtibus & geſtibus iſdem picturas omnes exornet. In omnibus certe orationibus eius, eodem tropo dictionis (inquit) inueni. Itaque cum in multis ſingula artiſtiſe perficit, in toto prorfus indecorus videtur, propterea quod propoſitis rebus non congruenter dicit. Hieronymus verò philoſophus ait. orationes eius eleganter quidem legi poſſe; ſed in concione, altiore & contentiore voce, & (hac quidem ſtructura) cum actione decenti pronunciarī poſſe nequaquam. Nec enim admittere (id quod maximum ſit, & ad permouendum populum aptiſſimum) affectum vehementiam, & viuum quendam vigorem, cum ipſe lenitati perpetuo ſeruiat: temperationem verò & varietatem, cum intentione

XVII.
Elocutionis
Iſocraticæ
reprehenſio.

Pag. 99.

Iudicium
Philonici
dialectici, &
Hieronymi
philoſophi.

XVIII.

intentione & remissione, tum interpositis acrioribus affectibus distinctam, transilierit. Denique pueri lectoris vocem ita eum representare dicit, ut neque affectum, neque actionem ferre possit. Multi etiam alii hæc & his similia dixerunt, de quibus mihi nihil necesse est scribere. Nam si ipsa Isocratis dictio prolata fuerit, evidenter & periodorum rhythmus, vndique concinnitatem consequens, & iuvenile quoddam figuratum studium, quod in contentione contrariorum conteritur, & in comparibus & similiter finitis, perspicitur. Neque ego figurarum genus ipsum reprehendo, quo multi cura rerum gestarum scriptores, tum oratores vsi, orationem tamquam flosculis ornare voluerunt; sed earum rerum redundantiam. Quod enim hoc & sine modo fiat, & intempestivum, auribus fastidium quoddam inde oboriri dico. In Panegyrica certe, celeberrima illa oratione, multus est in figuris huiusmodi: *Et plurima beneficia contulisse, & laudes maximas meruisse.* Hic enim non tantum membrum membrum respondet; sed etiam verba verbis, videlicet, *Plurima, & Maxima; Beneficia, & Laudes; Contulisse & Meruisse.* Et rursus: *Neque fruebantur ut propriis, negligebant ut alienis.* Secundum enim membrum, compat est priori, & vocabula, *Fruebantur & Negligebant, Propriis & alienis,* opponuntur: quibus adiicit: *Sed curabant tanquam propria, ita verò abstinebant, vel abstinere decet prorsus alienis.* Rursus enim etiam hic opposita sunt, *Curabant & Abstinebant, Propria & Prorsus alienis.* Ac ne his quidem est contentus, sed in ea periodo quæ sequitur, rursus convertuntur, hoc, *Et ipse maxime celebrabitur: & quod mox inferitur, Liberis maximam gloriam relinquere.* Cumque posuisset, *Neque alter alterius confidentiam mirabantur, subit ingit, Neque audaciam contra semetipso exercebant.* nulloque planè interuallo interposito inferit, *Sed gravius existimabant esse, male à civibus audire, quam honeste pro patria oppetere.* Denuo igitur inter se convertuntur, *Honeste & Male:* item, *Audire & Oppetere,* comparia sunt. Si hæcenus sibi indulisset, ferri posset: sed non desinet. Rursus enim in sequente periodo ponit, *Bonus viri nihil opus esse multis scriptis,*

Figura Isocratica.

XIX.

Hac de figuris Isocraticis à Græco rectius iudicantur. nota enim infra enim interpretatio sensum præcipue spectat, de verbis ac syllabis annumerandis non perinde sollicita.

XX.

sed paucis signis, ut de rebus publicis priuatisq; consentiant. Comparata sunt, Scriptis & Signis: Multis verò & Paucis, item Publicis & Priuatis, contrapòsita Postea, tamquam nihil tale dixerit, densis comparibus, tamquam fluctibus obruet, inferens mox, Aliorum res administrabant, curando, & non exagitando Gracos; existimantes, imperandum illis esse, non insultandum illis esse; & duces potius cupientes, quam domini appellari; & seruatores, non euerfos vocari; benefaciendo ciuitates allicientes, non vi euerfas subigentes; verbis fide maiore dignis utentes quam nunc iureiurando, in fœdere tanquam in necessitate manendum esse statuentes. Sed quorsum attinet singulis per censendis iminorari? Nam tota fere oratio talibus ab eo figuris, quasi calamistris inusta est. Verum orationes, quas sub vitæ finem scripsit, minus sunt iuueniles, ut quas ipsa scilicet ætas prudentius informarit atque perfecerit. Ac de his quidem hæc dixisse sufficiat. Nunc tempestiuum fuerit exempla præferre, unde, quæ vis & facultas Oratoris sit, appareat. Nullo autem modo fieri potest, ut omnia genera quæstionum, & omnes formæ orationum, paucis explicentur. Vnam tamen cõcionem assumplisse, & vnã forensem orationem, satis fuerit. Oratio igitur de Pace suasionem continet: qua hortatur Athenienses, ut composito bello sociali, quod contra eos gessere Chii & Rhodii, & horum loci, missam faciant auaritiã, & terræ marisque imperium affectare desinant: ac docet, iustitiã non tantum meliorem esse iniuriã, sed etiam vtiliorem. Inest autem etiam in hac ductus supinus & extensus, & periodorum venustas. figuræ verò ad ostentationem comparatæ, parcius insertæ sunt. Hæc igitur negligere lectores debent, & non magno studio digna ducere, ut initio dicebam: cætera verò diligenter animaduertenda sunt. Hæc autem est principium orationis: Solent omnes qui ex hoc loco verba faciunt, ea dicere maxime esse momenti, & Republica plurimum interesse, de quibus ipsi consilia daturi sint. Verum si vllis aliis negotiis tale conuenit exordium, eo nobis in his quoque negotiis videntium esse censeo. Nam in hoc conuentu de pace & bell. de i. b. raturæ qua diu res maximas in vita mortalium

*Orationes
canescentes
meliores.*

X XI.

Pag. 110.

*Argumentū
orationis de
Pace, & spe-
cimen sus-
sionis.*

vires

vires habent, aliisq; feliciores necessario reddunt eos à quib. prudenter administrantur. Ac magnitudo rerum propter quas convenimus, tanta est: vos autem non simili studio omnium orationes audire video, sed aliu auscultare, aliorū na vocem quidem tolerare, id quod equidem nihil miror. Nam superiori etiam tempore, soliti fuistis ceteros omnes eicere, prater eos qui vestris cupiditatib. assentarentur, in quo certe reprehendendi estis. Nam cum multas & magnas familias ab assentatorib. funditus eversas esse sciatis, & illa praditos arte privatum oderitis, publice non eodem animo erga illos affecti estis: sed cum eos qui adulatores admittunt, eorumq; consuetudine delectantur, accusetis, vos ipsi plus illis creditis quam reliquis civibus. saq; re effecistis, ut oratores, non qua sint è Repub. meditentur, sed orationes vobis gratas excogitent: quasi habendarū causa multitudo eorū etiam nunc confluxit. Omnib. enim perspicuum fuit, vos iis delectari magis, qui ad bellum adhorrentur, quam his qui pacē suadeant. Nam illi quidem spem nobis faciunt & possessionū, qua sunt in urbib. illis, recipendarum, & veteris potentia recuperanda: hi verò, tale nihil ostentant, sed quiescendum esse dicunt; neq; res magnas per iniuriam appetendas, sed in pari & aquo iure acquiescendum: quo maxima hominum parti factu nihil est difficilius. Sic enim spe plerique pendemus, & ita insatiabili cupiditate rerum, qua aliquam vel iniusti lucri speciem habent, tenemur, ut ne locupletissimi quidem re sua familiari contenti visuant, sed in appetitione maiorum copiarū, etiam quas habent opes, in discrimen adducant. Quare providendum est, ne in similem nos quoq; armentiam incidamus. Nimis enim mihi quidam ad bellum videntur esse incitati, non quasi plebeus aliqui consulisset, sed tanquā Dii immortales prosperrima quaeq; nobis, & facile hostiū victoriā promississent. Est autē pruden- ssum hominū, de his qua comperta habent, non deliberare, (superuacaneū enim fuerit) sed qua decreuerunt, maturare. Quib. autē de reb. consultant, eos non exploratas sibi esse putare, sed coniectura quidem uti, & in fortuna arbitrio euentum esse positum, existimare debent. Quorum vos neutrum facitis, sed in maxima versamini perturbatione. Nam ita quidem convenistis, quasi ex omnib. sententiis id sit eligendū, quod maxime conueniat: ita verò nō nisi eos qui

grata & iucunda vobis dicunt, audire vultis, quasi iam noueritis quid factu sit optimum. Enimvero decebat, si omnino quareretis quid è Republica esset; eos audire studiosus qui vestris sententiis aduersantur; quam illos qui assentantur omnia. Nec enim ignoratis, ab his qui ea quæ vos vultis, dicunt, facile vos posse decipi. Nam ad voluptatem audientis instituta oratio, iudicio veluti caliginem offundit; quo minus id quod utile est perspiciatur: id quod ab his qui vestram fauorem non aucupantur; metuendum non est. Nec enim unquam à sententia vos deducunt, nisi, quid expediat, euidentissime demonstrarint. Præterea qui fieri potest, ut ulli vel de præteritis recte iudicent; vel de futuris prudenter deliberent; nisi & contrarias inter se rationes con-

Pag. 101. tulerint, & a quos utriusque audientes se præbuerint? Equidem miror, neque senes adhuc meminisse, nec adolescentes à quoquam audiuisset; per eos qui pacem retinendam tenuerunt; nihil unquam nobis accidisse mali; eos autem qui bella texere susceperunt; nos in multis iam & magnas clades coniecisse. Quæ nos minime in memoriam reuocamus: sed cum rebus nostris ea ratione haud consulatur; tamen & classem in mare deducere, & tributa conferre, & auxiliari; & bella inferre quibusuis parati sumus; quasi aliena urbis periculo dimicemus. Quartum rerum causa hæc est; quod; cum Republica non minori cura vobis esse debeat quam priuata, vos erga illam non eodem modo affecti estis. Nam vestris quidem de rebus deliberantes, in consilium adhiberitis eos qui prudentia vobis antecellunt: cum autem de Republica conuenistis, his quidem diffiditis & inuidetis; improbissimos vero eorum qui suggestum conscendunt; laudatis; & populosiores esse ducitis quam sobrios, & amentes quam cordatos, & eos qui publicam pecuniam distribuunt; quam hos qui de sua re familiari munera vobis obeunt. Quare mirum est, quemquam esse qui speret; dum hi consultores audiuntur, melius actum iri cum Republica. Ego vero quæ arduum sit aduersari vestris cupiditatibus; equidem non ignoro; & cum popularis Republica sit, non esse libertatem; nisi hic, solidissimo cuique, & vestri contemptori; in theatro, comædiarum actoribus. idque omnium acerbissimum est; in maiore apud vos esse gratia, qui delicta urbis nostræ

fordæ

foras ad alios Græcos efferant, quam eos qui de vobis bene
merentur; his vero qui castigant & monent, ita insensos &
iniquos esse vos, quasi contra Rempublicam fecissent.
Quamuis igitur hæc ita sint, non tamen ab iniusto meo
recedam. Non enim huc prodiu gratificandi gratia, aut ma-
gistratus ambiendi causa; sed ut ea quæ sentio, dicerem:
primum de his de quibus referunt Consules, postea de cate-
ris etiam Republica negotiis. Nec enim vlla erit decreta pa-
cis utilitas, nisi reliquis etiam reb. recte consuluerimus. Pa-
cem igitur esse faciendam censeo, non modo cum Chiiis &
Rhodiis, & Byzantiis & Cœis, sed cum hominibus uniuersis:
& pactiõibus utendum, non his quas nunc quidam
scripserunt, sed illis quæ cum Rege Persarum & Lacedæmo-
niis intercesserunt: quæ Græcos iubent esse liberos, & praesi-
dia ex alienis urbibus educi, & suam quosque civitatem
tenere; quibus neque iustiores inueniemus, nec urbi nostræ
utiliores. Hæc præfatus, & sic auditorum animis ad ea **XXII.**
quæ sequuntur, commodè præparatis, pulcherrimamque
iustitiæ laude inserta, & illo statu rerum vituperato, subi-
cit collationem hominum suæ ætatis cum maioribus,
ad hunc modum: Hæc eo præfatus sum, quod de cæteris sine
omni dissimulatione, & prorsus aperte apud vos dicere de-
crevi. Quis enim obsecro est, qui peregre adueniens, nostrorum
erroris expertus adhuc, si his reb. de improviso interueniat,
non delirare nos & insanire arbitretur? Qui cum res à ma-
ioribus præclare gestas laudæ nobis ducamus, & Republi-
cæ nostræ eo nomine celebrandæ existimemus, tantum abest,
ut eos vlla ex parte imitemur, ut p'ane contraria faciamus.
Nam illi quidem pro Græcis contra Barbaros pugnare non de-
stituerunt: nos vero eos qui in Asia victum quærebant, huc
retractos, contra Græcos duximus. Illis, dum Græcis ur-
bibus libertatem restituant, dum opem ferunt, principatus
Græciæ delatus fuit: nos, qui easdem seruitute premimus,
qui plæze diuersum agimus, indignamur eundem nobis
honorem non haberi? cum inter dicta factaq. nostra &
illorum tantum intersit, ut ipsi pro conseruandis Græcis.
Et aliquanto post: Easdem ita contemnimus, ut, cum pœ-
na capitis in eum sancita sit (ex uno enim etiam cætera iu-
dicabitur) qui sit ambitus conuictus, eos qui palam id fa-

ciunt, imperatores deligamus; & quo quisque plures ciues corruerit, eo rebus à nobis maioribus praeficiatur. Præterea cum de Reip. forma non minus solliciti simus, quam de salute totius ciuitatis, nec ignoremus popularem statum tranquillæ & pacatis reb. crescere & confirmari, bellis verò iam bis sublatum esse, pacis studiosos, quasi qui omnia ad paucorum arbitrium reuocare conentur, odimus; qui autem bella concitant, hos demum & populares & beneuolos esse putamus. Cum eloquentissimi simus, & rerum gerendarum peritissimi; ea temeritate sumus, ut eadem die, de reb. iisdem, non eadem decernamus; sed qua domo egressi damnabamus, illa ipsa in concione suffragiis nostris comprobemus; & paulo post domum regressi, qua hic decreta sunt, denuò cauilemur. Cum nos Grecorum sapientissimos esse profiteamur, ab eorum consiliis pendemus, quos nemo est qui non aspernetur, & summa rerum omnium illos ipsos praeficimus, quibus nemo priuatim quidquam commiserit.

Pag. 162.

XXIII.
Transitio ad
forense exem-
plum ex ora-
tione Trape-
zitiæ.

Talis igitur hic vir in suasionibus est. In forensibus autem, cætera quidem valde accuratus & ingenuus, & Lysiæ characteri proximus; in compositione tamen, molle illud & elegans minus habet ille quidem quam in aliis, sed habet tamen. Nemo autem me illud ignorare putet, vel quod Aphareus priuignus, & adoptiuus filius Isocratis, in oratione de Antidoli contra Megaclidem contendit, nullum argumentum forense à patre scriptum esse: neque illud etiam, quod fasciculos permultos iudicialium orationum Isocratis circumferri dicit à bibliopolis Aristoteles. Etsi enim hæc ab illis viris dici scio, tamen neque Aristoteli credo, quæ huic viro sordidum maculam aspergere vult, neque propterea tamen Aphareo, honestam orationem fingenti, assentior: sed idoneum veritatis approbatorum ratur Atheniensem Cephisodorum, qui & familiariter cum Isocrate vixit, & auditor eius maxime germanus fuit, & præceptoris aduersus Aristotelis criminationes defensionem illam profus admirabilem edidit; credo virum hunc scripsisse nonnullas orationes quæ in iudiciis dicerentur, non multas tamen: & exemplo utor vna ex illis (plures enim proferte, temporis angustia non patitur) quæ Trapezitiæ inferbitur, quam hospiti cuidam contra Pasionem mensa-

rium

rium scripsit. Est autem huiusmodi oratio: Magna mea XXIV.
 res agitur, iudices. Nec enim tantum de pecunia magna in
 discrimen venio, sed existimatio quoque mea, quam ego
 plurimi facio, agitur, ne aliena iniuste concupiscere videar.
 Satis enim opum, etiam his fraudato, mihi relinquetur.
 Sed si absque iusta causa tantam pecuniam perere videbor,
 ea res perpetua mihi infamiae fuerit. Est autem, iudices,
 incommodissimum, in tales aduersarios incidere. Nam
 quidquid cum mensarius agitur, fit sine testibus, quod si
 quis ab istis circumuentus est, aduersus eos ius experiri co-
 gitur, qui & amicorum praesidia habent, & multas pecu-
 nias tractant, & propter artem fide digni existimantur.
 Qua quamquam ita sunt, tamen perspicue declaraturum
 arbitror, à Pasionem me tanta pecunia fraudari. Quare ite-
 rimis, ut potero, vobis rem omnem ordine recensebo. Mihi,
 iudices, pater Sinopensis est, quem omnes Pontici negotiato-
 res ita familiarem Satyro esse norunt, ut & amplam disio-
 nem regat, & omnibus eius copiis militum praesit. Quum verò
 me pater ex sermonibus & de hac urbe, & de tota Graecia
 auditis, peregrè abeundi cupiditate incitatum, duabus na-
 uibus frumento plenis, pecuniâq; data simul & negotiandi
 & spectandi gratia ablegasset; Pasionis, quem Pythodorus
 Phoenix mihi commendarat, mensa usus sum. Aliquanto
 post, cum & pater meus regni affectati apud Satyrum dela-
 tus esset, & ego cum exsulibus cõspirasse dicerer, Satyrus
 patrem meum in vincula coniicit, & ad Ponticos negotiato-
 res hac scribit, ut & pecunias à me auferant, & ipsum
 redire domum iubeant: quod ni fecissem, à vobis expo-
 cant. Tantis igitur malis, iudices, circumuentus, apud Pasionem
 fortunas meas deploro. nam ita eum complectebam fa-
 miliariter, ut non pecunias tantum, sed alia quoq; potissi-
 mum eius fidei crederem. Existimabam autem, si pecunias
 uniuersas amisisset, & patri meo aliquid accidisset, me &
 hic & illic opibus spoliatum, ad summam inopiam redactũ
 iri: sin esse mihi pecuniam faterer, & post Satyri literas eam
 postulantis, nõ tradidissem, id & patris & mihi grauissimas
 calumnias pariturũ. Nobis igitur deliberantibus, consuliissi-
 mũ videbatur, ut dicerem, omnia me facturũ qua Satyrus
 imperasset, & pecuniam manifestam traderem: qua verò

apud istud esset, eam non modò negarem, sed etiam scònore
 Pag. 103. ampliozem accepisse, tum ab isto, tum ab aliis simularem;
 deniq; omnia facerem pèr qua illis maximè persuaderetur,
 mihi non esse pecuniam. Tunc igitur, iudices, putabam Pa-
 sionem mihi cuncta hac suadere ex benevolentia. sed re-
 cum Satyri legati transacta, animaduerti eum fortunis
 meis insidiari. Quum enim nauigaturus Byzantium, mea
 recipere vellem, iste sibi pulcherrimam occasionem esse da-
 tam ratus est, quod & pecunia apud se reposita magna esset,
 ita digna impudentia, & ego multis audientibus negassem,
 me quidquam habere, & nemo ignoraret, cum pecuniam
 à me legati peterent, etiam alius debere me confessum esse.
 Adhac, iudices, putabat, si quidem hic manerem, me à ci-
 uitate Satyro deditum iri: sin aliò me contulisset, se que-
 relas meas nihil curaturum: sin in Pontum nauigassem,
 me una cum patre periturum. Hac igitur cogitans, me frau-
 dare instituit: ac apud me quidem simulabat, se in presen-
 tia minus paratum à pecunia, reddere non posse: sed cum
 ego rem certo cognoscere uolens, Philomelum & Menexenù
 ad eum misissem, apud eos se meum quidquam habere ne-
 gavit. Tantis igitur ab omni parte malis oppresso mihi, quid
 animi fuisse censetis? Nam si tacerem, id consequebar, ut
 ab isto pecunia fraudarer: sin dicerem, ut & nihilo plus re-
 ciperem, & apud Satyrum mihi simul & patri maximum
 crimen conflarem. Optimum igitur esse duxi, quiescere.
 Post hac, iudices, aduenerunt qui & patrem carcere libera-
Erchiam aliquis abdicatorum tanquam iniuriã à Republica remotus in ius vocat. Nam scripta lex est ab Atheniensibus, vt recensio ciuium per tribus fiat, atque is qui à tribulibus fuerit abdicatus, ad Rempubl. non accedat: at qui iniuste à magistratu repulsi fuerint, iis prouocare ac tribules in ius vocare liceat; si verò secundo reiciuntur, & ipsi venum dantur; & bona eorum publicantur. Secundum hanc legem Euphiletus, cum dicam Erchientibus scripsisset, quasi iniuste suffragiis eorum damnatus, contentionem talem constituit. Initio quidem res ipsas exponit accurate, testibusque probat: quibus autem testimonia confirmare conatur hæc sunt, vt mea quidem opinio fert, accurate & amussim absoluta. Iudicet qui Pag. 116. XVII.

volet, an recte iudicem. *Quod itaque, Iudices, frater noster hic sit Euphiletus, non solum è nobis, sed & omnibus agnatis id attestantibus cognouistis. Considerate verò primum patrem nostrum cuius rei gratia mentiretur; & huic, si reuera non esset, pro filio haberet. Quot quot enim talia faciunt, reperietis id facere, vel quod eis liberi non sint genuini, vel quod ubi sint coactos extraneos adoptare, vt aliquam ex iis utilitatem capiant, qua ab Atheniensibus gesta sunt. Atqui neutrum horum in patre locum habet. Naturales enim filii duo nos ei sumus, ita vt omnino propter solitudinem hunc non asseruerit, sed neq; quod alterius facultatibus indigeret. Quod enim absque hoc sufficientes ei sint opes, ipse declarauit, hunc à puëris educans & erudiens, & in curiam inducens, quæ sane non parui sunt sumptus; atque ad id non verisimile est, Iudices, patrem nostrum opus tam iniustum, ex quo nullum perciperet commodum, facere voluisse. Neque verò quisquam me tam imprudentem existimet, vt huius ad stipuler mendacio, quo bona paternã, in set plures distribuantur. Non enim amplius controuertete mihi licebit, quod non sit hic frater meus. neque enim quisquam vestrum vocem contineat, si, cum nunc reum mespsum constituens attester fratrem hunc meum esse; postmodum contrarium adferam. non solum autem probabile est nos, Iudices, vera testatos, sed & ceteros propinquos. Considerate enim primum, quod qui sorores nostras habent, nunquam adduci possunt, vt falsa de isto testarentur.*

tur. Nouerca enim huius mater esset sororibus nostris. Sô-
 lant autem, ut plurimum inter se dissidere nouerca & pri-
 migni. Itaq; si hunc ex alio viro nouerca suscepisset, & non è
 nostro patre, nunquam sanè, Iudices, sorores paterentur &
 permitterent, ut eum ipsarum coniuges testimonio suo iu-
 uarent. Quin etiam auunculus, si reuera non esset talis,
 neque cognatione eum attingeret, matri eius falsum prabe-
 re testimonium voluisset, quo damnatum nos in sine capere-
 mus, externum hunc fratrem nobis adsciscentes. Et præterea
 quis vestrum falsitatis arguat hunc Demaratum, Hege-
 monem, atque Nicostratem, qui primum quidem nihil un-
 quam turpe fecerunt, deinde v. id. propinqui cum nobis
 sint, ac probe nos norint, omnes huic Euphiletio cognationis
 sua testimonium dederunt. Itaque libenter è grauissimo
 aduersariorum quærerem an aliunde, quam ex his, quibus
 nos Euphiletum, se Atheniensem ostendere posset. Ego cer-
 te existimo nihil illum aliud dicturum, quam quod mater
 ipsa talis sit, & pater, quodq; verè ista diceret, cognatos da-
 turum esse testes. Et cum ipsi tali periculo à vobis peterent,
 ut propinquis suis potius quam aduersariis fidem haberetis,
 nobis ista nunc omnia præstantibus petent, ut ipsorum ser-
 monibus potius, quam patri Euphileti, mihi & fratri &
 curialibus ac rosi nostra cognationi credatur. Sed enim hi
 nulla in re periclitantes propriarum inimicitiarum causa
 faciunt, nos v. id. reos nos omnes constituentes contestamur;
 ac præter testimonia, Iudices, primum quidem Euphiletio
 mater, quam hi consentitur ipsam esse, iuramentum iurare
 volebas, coram arbitro in fano Apollinis hunc profecto Eu-
 philetum ex ipsa & patre nostro genitum esse, at qui quem-
 nam oportet melius quam ipsam hac scire? Deinde pater
 noster, qui post matrem huius optime filium nosse debet, hic
 & tunc & nunc vobis iurare vult, Euphiletum hunc fi-
 lium esse suum ex se & legitima uxore. Adhac, Iudices, ego
 tredecimus eram, sicut & primum dicebam quando his
 natus est, paratus v. id. sum vobis iurare Euphiletum fra-
 trem esse meum ex eodem patre; Quamobrem, Iudices, a-
 quis est nostris vobis iuramentis, quam istorum sermoni-
 bus credere. Nos enim probe scientes iurare super hoc volu-
 imus, hi verò audierunt ab eius aduersariis vel ipsi iura-

rñt in medium proferunt. Insuper, iudices, nos quidem
 cognatos testes & coram arbitris & coram vobis p̄ abemus,
 quibus iniquum sit fidem non habere; hi veid postquam
 Euphilatus priorem intendit litem, communi tribulium,
 eiq; qui tunc Demarchus erat, & nunc mortuus est, per
 duos annos arbitro vitam agente, non potuerunt ullum
 inuenire testimoniam, quod hic ex alio sit patre quam no-
 stro. Arbitris autem maxima erant argumenta mentiri
 istos; & condemnarunt utriusque eorum. Et accepit
 mihi prioris arbitri testimonium. Quod utique arbi-
 trio sine obnoxio; audustis. Puto autem, Iudices,
 quemadmodum hi post hæc dixerunt esse signum, quod
 non sit Hegesippi; si arbitri ipsum absoluerint; ita
 præsens testimonium id esse; quod vera dicimus, post-
 quam patet ipsos contra ius suæ, cum ex albo deesse,
 in quod solenniter fuerat relatus. Quod igitur frater
 hic sit noster Euphilatus civis/que vester; & affectus
 incuria ab eis; qui è papulo conspirant, satè opinor vos
 Iudices, intellexisse. Hic est character Orationum Isæi,
 & in quib; differat à compositione & structura Lysie. Ni-
 hil autem vetat summaria comprehensione maxime il-
 lustrari quam brevissime dicere, quod videlicet Lysias mi-
 hi videatur veritatem magis pericuri: Isæus autem at-
 tem; & ille quidem ad gratiam & venustatem, hic ad gra-
 vitatem quasi scopû collineare. Verum si quis hæc aspici-
 netur ut parva, nulliusq; rei, cum ego non idoneum ha-
 beo ad ea consequenda. Sed enim similitudo mentis
 eius perturbabit, ut non possit discernere proprium cu-
 iusque characterem. Et hæc qui em ut opinor satis sunt
 explicata. Nunc autem volo de aliis etiam Oratoribus
 verba facere, ne quis eos ignorantia putet omisso, cum
 illustres sint, & nominis non mediocris, aut fuga labo-
 ris, quasi * arduum nimis existimans considerationem
 eorum abiecit. Ego enim neq; eos ignorabam, quos
 omnes norunt, neq; piguisset de iis scribere, si quid vili-
 tatis scriptis fuisset allatura. Existimans autem quod
 in poetico apparatu & tu limi illo genere, & ad pom-
 pam facto nemo superaret Hocratem, consuiro præ-
 termisi, quos minus in ista specie, felices sciebam.

P *

XIX:

XX:

* Forte à 78
ca. 79.

Videbam enim Gorgiam Leontinum citra medium consistentem, & vbiq; puerilem; Alcidas mantem eius auditorē pinguem in oratione ac triualem, Theodorum Byzantinum, & antiquum & parum in arte diligentem, neq; sufficientem in forensibus rationibus inquisitionem instituentem; Anaximenem verò Lampfacenum, vt quadratus in omni genere orationis videatur, affectantem. Nam & hystorias scripsit, & in Poëtam [Homerum] commentationes reliquit, & artes protulit, & attigit etiam deliberatiuas, & iudiciales orationes, non tamen perfectus in illo genere fuit; sed in omnibus debilis, & sine vi persuadendi. Non certè existimaui, cum Isocrates in omnibus omnes hos exsuperet, sermonem de eis habendum, neque de quoquam eorum, qui Isocratis tempore vixerunt, & characterem, locutionis eius exprimere conati sunt: Theodectam intelligo, & Theopompum, & Naucratem, Ephoruzq; & Philistum, & Cephisiodorum, aliosque permultos. Neque enim illi idonei sunt, vt cum facultate Isocratis comparentur. His quidem omnibus in illo genere versantibus, quod illum virum longe præstare putem, non visum est de eo prolixè disserere, & in rebus minime necessariis tempus consumere: nec item de aliis qui accuratum dicendi genus sibi proposuere, & in forensi facultate sese exercuerunt, quales fuere Antiphon Rhamnusijs, Thrasymachus, Chalcedonius, Polyocrates Atheniensis, & Critias, qui inter triginta eminebat, & Zoilus, qui de Homero commentationes reliquit, & alii quidem tales; quia neminem omnino diligentiorē gratiosiorēque Lysia fuisse existimo. Antiphon certè tantum austerum quid & antiquum habet, neque versatur in deliberationibus, aut iudicijs. Polyocrates iranis est in veris, frigidus & ineptus in epideicticis, denique inuenustus in iis, vbi venire & gratiarum sit opus. Thrasymachus autem purus quidem, & tenuis, ac subtilis: & vbi vult in inuentione & elocutione præstans ac rotundus; sed totus est in technographicis & epideicticis; iudiciales autem & deliberatiuas orationes nullas reliquit. Tantundem de Zoilo dicere quis possit, præterquam quod

XXI.

quod inter se differunt in characteribus Eloquutionis. Ab his, inquam, viris, & his similibus, quod putem differre Lyfiam ac velut archetypum longe excellere huius generis orationum regulam feci. Tertium verò *Ifaum*, **XXII.** si quis ex me quærat, qua caussa non adiunxerim, cum sit Lyfiæ æmulus, eam dixerim, quod hic mihi videatur sublimitatis Demosthenicæ, quam nemo est qui non absolutissima omnium habeat, semina & initia præbuisse. His utique de caussis istos ego viros potissimum elegi. Nam si de omnibus voluissem scribere, inanis & vana fieret oratio, & præterquam quod nihil aut parum multum haberet utilitatis, in infinitam, & immodicam creuisset descriptionem. Et de his quidem satis. Aliud autem initium sermonis faciam de Demosthenæ & Hyperide, tertioque dicam de Æschine. Nam in his viris perfecta eloquentia ac robur forensicum orationum fuisse videtur.



DIONYSII HALICARNASSEI

EPISTOLA AD AM-

MÆVM.

DE ÆTATE SCRIPTISQ.
DEMOSTHENIS ET
ARISTOTELIS.

Interprete And. Schotto.

243. 120.
I.



INTER cæteras quas ætas nostrâ tulit, præter omnium opinionem sententias, numeranda & illa, quam ex te primam audiui, Ammæ, Philosophum quendam Peripatheticum (quo Aristoteli, qui princeps eam familiam ducit, per omnia gratificaretur) clarum facere velle Demosthenem, lectis Rhetoricorum libris Aristotelis hinc in orationes suas artificium transtulisse: hisque præceptionibus instructum Oratorum Græciæ facile euasisse principem. Equidem initio vnum aliquem è plebe indoctumque esse hominem qui id asserere auderet, existimabam: teque his inopinatis, minime vt animum adiungeres hortabar? At verò simul viri nomen inaudiui, cuius ob morum integritatem, cæterasque animi dote, plurimum apud me auctoritas valet; sustinui me admirabundus, & me ipse colligens maiore consideratione rem indigere existimabam; ne forsitan nos ve-

rum

rum falleret ac lateret, vereque ille sentiret, nec frustra esset in eam sententiam ingressus: ut vel ipse si compertum haberem, Aristotelis Rhetoricorum libros priores esse tempore Demosthenicis orationibus, de pristina sententia dicerem; vel eum, qui hoc sibi persuasit, mutare cogere sententiam, priusquam foras daret opus suum, qui se ad scribendum comparauit. Et verò, tu non leue nobis calcar, ut ad verum euadere possemus, subdidisti; hortando inprimis, ut rationes omnes colligerem, quibus adductus in eam potissimum sententiam venissem, Demosthene etiamnum florente, peroratusque iam aliquot orationibus forensibus, quibus inclaruit, tum demum Aristotelem ad Rhetoricos libros scribendos animum appulisse. Suadere & illud recte videbaris, ut signis & coniecturis, nec à re ipsa alienis testimoniis id confirmarem; quando nihil horum ad fidem faciendam valeat, nec assentiri cogat: verum ipsum potius Philosophum tanquam è domo productum testem, è libris Rhetoricorum ad causam dicendam aduocarem. Parui itaque consiliis tuis, optime Ammæ. cum veritatis habito respectu (in cuius inuestigatione plurimum semper operæ ponendum censui) tum ut ab omnibus gratiam incam, qui ciuili eloquentiæ studio capiuntur, ne falso persuasum haberent, philosophiam Peripatheticam omnes Rhetoricas præceptiones complecti; quasi nihil hi laude dignum repperint, Theodorus, Thrasymarchus & Antiphon: imò nec Isocrates, Anaximenes, aut Alcidamas. eorumque æquales Theodectes, Philistus, Hæus, Cephisodorus, Hyperides, Lycurgus & Æschines. Quorum alii præcepta de benedicendi arte posteris reliquerunt, alii etiam forenses orationes ingenti artificio conscripserunt. Et quasi nihil etiam philosophia reliquum fecerit ipsi Demostheni, Oratorum sui seculi omnium, & qui ante illum fuerunt, & post secuti sunt facile principis nulli ut concodere debeat. Quasi verò Demosthenes talis tantusque non euasisset, Isocratis & Hæi præceptis instructus, nisi Aristotelis præceptiones edidicisset. Quare falso ita iudicant, mi Ammæ. Neque enim oratoriæ Aristotelis præceptis, quæ diu post edita sunt,

II.

III.

Demosthenis orationes conscriptæ sunt, sed aliis quibusdam instructæ. Qua tota de re quid sentiam, alias commentabor: res enim longioris est operæ & considerationis: quare obiter & quasi per transennam tractari non debet. Illud in præsens constituere satis habebō, Demosthene etiam tum in Rep. florente, habitisque præclaris aliquot orationibus forensibus, partim in iudiciis, partim in declarationibus publicis, cum tota Græcia benedicendi gloria clarus esset, tum primum Rhetorica scribere Aristotelem cœpisse. Principio verò ex iis historicis, qui illustrium virorum vitas prodiderunt, de tempore constet necesse est; Hinc ducto à Demosthene initio.

- IV.** Natus hic est anno, qui centesimum Olympiadem antecessit. Archonte dehinc seu Prætoris Athenis* Timocrate, septendecim annorum fuit. Publicas verò causas agere cœpit, Callistrato † Prætoris, annorum iam quinque & viginti. Primam in iudiciis orationem habuit eam, quæ contra Andrationem est: conscripsitque Diodoro, violatarum legum iudicium agenti, Eodem tempore & Archonte, altera de immunitate est habita, elegantissima, & maxime ornata, Diotimi verò tempore, qui Callistrati Præturam excepit, apud Athenienses primum eam dixit, quam qui Orationum Catalogum texunt, *de classibus* inscribunt: qua hortatur ne initam cum Rege pacem prius solvant, nec priores bellum inferant, quam rem omnem naualem, qua plurimum valebant, commode instruxissent: apparatusque rationem præscribit. * Theodemo Prætoris, qui Diotimo successit, eam quæ contra Timocratæ inscribitur, scripsit Diodoro violatæ legis iudicanti Timocratæ, Oratione itè de subsidio Megalopolitis mittendo, quæ tota suasoria est, & ab illo recitata, Aristodemo mox Archonte, † proxime post Theodemum contra Philippum Orationes scribere cœpit, publiceque habuit, de externo milite parando mittendisq; triremibus* Gadicensibus in Macedoniam. Hoc ipso tempore conscripsit & alteram contra Aristocratem, in gratiam Eutycli, contra leges latam Decretum persequenti sub Theello Prætoris, qui ab Aristodemo
- IV.** *Olympiadis* antecessit. Archonte dehinc seu Prætoris Athenis* Timocrate, septendecim annorum fuit. Publicas verò causas agere cœpit, Callistrato † Prætoris, annorum iam quinque & viginti. Primam in iudiciis orationem habuit eam, quæ contra Andrationem est: conscripsitque Diodoro, violatarum legum iudicium agenti, Eodem tempore & Archonte, altera de immunitate est habita, elegantissima, & maxime ornata, Diotimi verò tempore, qui Callistrati Præturam excepit, apud Athenienses primum eam dixit, quam qui Orationum Catalogum texunt, *de classibus* inscribunt: qua hortatur ne initam cum Rege pacem prius solvant, nec priores bellum inferant, quam rem omnem naualem, qua plurimum valebant, commode instruxissent: apparatusque rationem præscribit. * Theodemo Prætoris, qui Diotimo successit, eam quæ contra Timocratæ inscribitur, scripsit Diodoro violatæ legis iudicanti Timocratæ, Oratione itè de subsidio Megalopolitis mittendo, quæ tota suasoria est, & ab illo recitata, Aristodemo mox Archonte, † proxime post Theodemum contra Philippum Orationes scribere cœpit, publiceque habuit, de externo milite parando mittendisq; triremibus* Gadicensibus in Macedoniam. Hoc ipso tempore conscripsit & alteram contra Aristocratem, in gratiam Eutycli, contra leges latam Decretum persequenti sub Theello Prætoris, qui ab Aristodemo
- XCIX. anno IV.*
* *Olymp.*
CIV. anno I.
† *Olymp.*
CVI. an. II.
Pag. 121.
Olymp.
CVI. an. III.
* *Olymp.*
CVI. an. IV.
Eudemus est
Diodoro Siculo.
† *Olymp.*
CVII. an. I.
* *al. co-*
teribus.
Olymp.
CVII. an. II.

demo Præturam proxime gessit, habuit Orator eam, *Thessalus off*
 quæ de Rhodiensibus inscripta circumfertur, qua Atheniensibus, dissoluant paucorum ibi dominationem, iustor est, populumque Rhodi velint, iubeantque liberum esse. Callimacho Prætor, qui à Theëllo tertius in Fastis *Diod. Siculo,*
 numeratur, Suasorias très publice habuit: quibus Atheniensibus suadet suppetias Olynthiis à Philippo obsessis *Olymp.*
 mittant, auxiliumque portent. Primæ quidem hoc principium Orationis est: *CVII. an. 4,*
Επι πολλῶν μὲν ἰδεῖν ἂν πρὸς ἄνδρες
Αθλωσῶσι, δοκεῖ μοι. Secundæ initium est: *ὅτι ταῦτα*
παρέστηται μοι γινώσκεις. Tertia verò sic incipit: *Ἀπὸ*
πολλῶν ἂν, ὃ ἄνδρες Αθλωσῶσι, ἡσημέτων. Hoc etiam Archonte scripta Oratio est contra Midiam, quam post plebiscitū, quo illum cōdemnavit, conscripsit. Duodecim igitur Orationes ab illo publicæ sunt habitæ, quas iam dixi, septē quidem in deliberationibus, quinque verò in iudiciis, omnes ante Rhetoricos Aristotelis libros habitæ sunt, ut planum faciam, cum ex iis Scrip̄toribus, qui vitam Philosophi resque gestas memoriæ prodiderunt, literisque consignarunt: tam ex ipsius scriptis eviacam, hinc auspicatus. Aristoteles filius fuit Nicomachi, genus artemque referentis ad Machaonem, Æsculapii F. matris verò Phæstidos, oriundæ è Chalcidonenfi quodam, qui Stagiram migrarat. Natus autem Olympiade nonagesima nona, Prætor Athenis Diotrephē. Tredecim † igitur annis maior est Demosthene. Prætor verò Polyzelo * cum patrem morte amisisset, annum a- † *Emenda*
tres annos.
 gens ætatis octauumdecimum, Athenas venit & Platoni * *Olymp.*
 commendatus, viginti ipsos annos operam illi dedit. *CIII. an. 2.*
 Platone verò in Prætura Theophili vita functo, profectus ad Ataræorum tyrannum: trienniumque apud illum moratus Archonte Eubulo, in Mitylenem discessit. *Olymp.*
 Inde verò ad Philippum se contulit sub Pythodoto Prætor. *CVIII. an. 3.*
 Annos apud illum octo mansit docens Alexandrum *Olymp.*
 filium: Mortuo Philippo sub Euzæneto, Athenas rediens *CIX. an. 2.*
 duodecim annos docuit in Lyceo. Anno decimotertio *Olymp.*
 mortuo Alexandro, sub Cephisodoro Archonte, cum in *CXI. an. 2.*
 Chalcidem transfuisset, ex morbo periit, annos natus tres & sexaginta.

VII.

Hæc ferè sunt quæ, qui vitam illius conscripserunt, nobis tradiderunt. Quæ verò Philosophus de se ipso scribit, omnem eis dubitationem eriperent, qui volunt gratum facere in his quæ non decet. (Prætor alia multa quæ in præsens commemorare nihil attinet, quæque retulit, libro primo huius operis: exempli gratia, non iuuenili, sed in aetate iam ætate fuisse, cum illa scriberet præcepta, editis nimirum iam Topicis, Analyticis & Methodicis) ea certè plus ponderis probationi addunt, quam signa. Cum enim propositum esset ostendere, quas Oratio Rhetorica contineat utilitates, hæc ad verbum refert: *Vtilis autem Rhetorica est: tum quia natura quidem vera & iusta potentiora sunt falsis & iniustis, ita ut necesse sit, nisi iudicia, quomodo par est, exerceantur, ea nonnunquam vinci; id autem reprehensione dignum est. Præterea sunt nonnulli, quibus etiamsi alicuius rei scientiam exquisitissimam animo comprehensam teneamus, persuadere tamen facile non est, si ductis ex ea argumentis utamur. Nam oratio, qua ex ipsa rei scientia ducitur, docendi ratio quadam est. Ipsi autem doceri non queunt: immò necesse est è communibus rationes & argumenta ducamus: ut & in Topicis diximus, de ratione agendi cum vulgo.*

* Hic leg. et
fæ, non ei p.

VIII.

De exemplis item differens, quod eandem vim habeant cum Inductionibus & Syllogismis, hæc ex Analyticis & Methodicis attulit: *Eorum, inquit, quibus eo fides sit, quod & qui dicit aut demonstrat, aut demonstrare videatur: ut in Analyticis, aliud quidem Inductio est, aliud Syllogismus, & hic similiter. Est enim exemplum quadam Inductio; Enthymema verò Syllogismus: apparens verò, Syllogismus apparens est. Voco enim Enthymema quidem Syllogismum oratorium: Exemplum autem Inductionem oratoriam. Omnes verò demonstrando fidem faciunt, aut Exempla proferentes, aut Enthymemata, neque quicquam fere aliud. Quocirca si omninò necesse est, eum qui quid demonstrat, aut Syllogismo aut Inductione id facere: (constat autem ita esse ex Analyticis:) necesse quoque est horum utrumque idem esse. Quid verò differant Exemplum & Enthymema, ex Topi-*

Fag. 122.

ꝑis clarum est. Ibi enim de Syllogismo & Inductione
 dictum est. Primum quidem de multis & variis demon-
 strare, sic se habere: illic quidem Inductio est, hic autem
 Exemplum. At verò quibusdam positis euenire prætere
 aliud quidpiam. Quod illa sint vel uniuerse, vel ut pluri-
 mum: illic quidem Syllogismus vocatur, hic autem En-
 thymema. Illud quoque constat, inesse utrumque horum
 in oratorio dicendi genere: quemadmodum in Methodicis
 dictum est; ita hæc quoque res habet. De se igitur Ari-
 stoteles scribens testatur, aperte se iam se ad eos libros
 aggressum, optimis iam editis libris. Ex quibus
 clarum facere placuit, habitas prius ab Oratore fo-
 renses illas orationes, quam præceptiones illæ Rhetorice
 in vulgus apparuerunt: quod nunc satis de-
 monstratum esse existimo: siquidem ille cum age-
 ret quintum & vicesimum annum, ad Rempublicam
 se contulit, apud populum verba facere cœpit,
 & Orationes iudicijs scribere. Aristoteles vero iis
 ipsis temporibus cum Platone versabatur ad annum
 vsque tricesimum septimum; neque ludum aperiens,
 neque propriam sectam constituens. At si quis perti-
 naciter contendat, & adhuc repugnans, fateatur quidem
 post Analyticos, Methodicos & Topicos conscriptos
 esse Rhetoricorum libros, nihil tamē impedire, quò mi-
 nus Philosophus eos omnes conscripserit, dum Platoni
 adhuc operam daret, nã frigidum ille & incredibile ad-
 ferat argumentum; conatus, quod est inopinatum, redde-
 re probabile: quia quod verisimile non est, quandoque ve-
 risimile sit. Est quod respondeam, sed silentio prætereo,
 meque fero ad ipsius Philosophi testimonia, è libro Rhetorico
 3. allata; vbi de Translatione agens, hæc ad verbū
 scribit: Translationum quatuor genera cum sint, præstan-
 tiores sunt ea, quæ per Analogiam fiunt. Quemadmodum
 Pericles dixit, inuentum bello ad id absumptam urbi per-
 iisse, ut si quis per ex anno sustulerit, & Leptines de Lacedæ-
 moniis, non ferendum Graciam altero lumine orbisam,
 Et Cephisodorus studente Charete rationes reddere bello
 Olynthiaco, grauiter ferens dixit, populo in firmum coacto
 conari rationes referre.

IX.

X.

Olymp.

CVII. an. 4.

Clare itaq; demonstrat vel ipse Philosophus, post bellum Olynthiacum scriptos esse Rhetoricorum libros; quod bellum gestum esse Callimacho Athenis Prætoris, Philochorus testatur libro sexto rerum Atticarum, sic scribens: *Callimachus Pergasæus. Sub hoc Olynthiis bello pressis à Philippo, & legatis Athenas missis, Athenienses societatem inierunt, & auxilio miserunt pedites bis mille, triremes verò triginta, quæ Charæti parebant, quas & implenerunt militibus.* Post verò paucis quæ interea gesta sunt, interiectis hæc addit: *Eodem ipso tempore Chalcidensibus in Thracia bello oppressis missisq; Athenas legatis, miserunt Athenienses Charidemum, Hellepontis duce; qui octodecim triremes & militum quatuor millia, equites verò centum & quinquaginta ducens, auxilium tulit in Palenam, & Botieam, cum Olynthiis, & regionem omnem diripuit.* Mox de tertia belli societate sic ait:

XI.

Pag. 123.

XII.

Missis iterum ab Olynthiis Athenas legatis qui rogarent, ne bella oppugnantes contempnerent, sed auxilium præter eas copias, quas haberent, mitterent, non ex peregrinis militibus, sed civibus Atheniensibus: Misit ad eos populus alias triremes septendecim, civium verò armatorum millia duo, equitesque trecentos, hippaginibus impositos. Charætem verò classi præficiunt. Hæc satis dicta sint, quibus gloriæ cupiditas detegatur eorum, qui asserunt, ab Aristotelis Rhetoricis mutuatum esse Demosthenem, qui quatuor iam orationes Philippicæ antea habuerat; tres verò de rebus Græciæ. Declarant & Orationes, quas iudiciis scripsit, quasque iure nemo queat reprehendere, tamquæ leues & falsas, nihilq; artificii continentes: quandoquidem ante Rhetoricos libros scriptæ omnes sunt. Verum enim verò hucusque progressus nondum tamen conquiescam, quin & alias Orationes, quæ ipsæ maximè probantur in vulgus deinceps ostendam partim deliberatorias, partim iudiciales scriptas, habitasque antequam Rhetoricos ederet libros, eodem ipso Philosopho in testimonium adducto. Post Callimachum enim, quo Archonte Olynthiis, auctore Demosthene, Athenienses auxilium miserunt, Prætor creatus est Theophilus. Sub Olyntho positus Philippus est. Dein Themistocle Prætor

Olymp.

CVIII. an. I.

tore ꝑ Demosthenes quintam in Philippum dixit, de ꝑ Olymp.
 insularum custodia, & urbium Hellepontii. Cuius *CVIII. an. 1.*
 orationis hoc initium est : * Αἰ μὲν ὑμεῖς, ὡς αὐδρες Α- * Non exstat
 θλωαῖοι, διδωμάμεθα εὐρεῖν ταῦτά ἐστι. Post The- *puso hac or.*
 mistoclem Prætor Athenis Archias : quo tempore *ratio.*
 suasit Atheniensibus, non impedire Philippum Amphi-
 styonâ uti, neque belli causam ut præbeant, nuper inita
 pace. Principium tale est: Οὐδὲ μὲν, ὡς αὐδρες Αθλωαῖοι, τὰ
 παρόντα πρᾶγμα πᾶσι δυσκολίαν ἔχοντα καὶ παρεχλῶ.
 Archiæ verò successit Eubulus : huic Lyciscus, * sub quo * Olymp.
 sextam habuit Philippicam, ad Peloponnesiacas legatio- *CIX. an. 3.*
 nes; sic ducto initio: Όταν, ὡς αὐδρες Αθλωαῖοι, λόγῳ γέγον-
 ται. Lycisci Præturam excepit Pythodotus, quo Prætorē
 septimam habuit Philippicam ad legatos Philippi; quæ
 sic incipit: Αἰ ἄνδρες Αθλωαῖοι, σὺν ἐστὶν ὁπως αἰτίαι. Alteram
 autem contra Æschinem habuit, cum rationē redderet se-
 cundæ legationis, ad sœdera ineunda. Pythodoto succes-
 sit Sosigenes : sub quo octavam dixit in Philippum, de
 militibus Cherronnesi, ne externorum exercitus di-
 mitterentur: qui sub Diophito merebant. Tale autem
 initium habet: Ἐξή μὲν, ὡς ἄνδρες Αθλωαῖοι, τὴν λέξεντα
 ἀπαύτως ἐν ὑμῖν, μετὰ πρὸς ἔχθραν ποιείδῃ λόγον μεθῆνα,
 μήτε πρὸς χάριν. Eodem Prætorē & nonam habuit: qua
 docere conatur, solvere Philippum pacis sœdera, pri-
 mumque inferre bellum; quæ incipit : Πολλὰν, ὡς αὐδρες
 Αθλωαῖοι, λόγον γνομήσαν, ὀλίγον δὲν πρὸς ἐκείνῳ ἐκκλησίαν.
 Post Sosigenem Archon fuit Nicomachus, quo Archon- *Olymp.*
 te decimam habuit, de pace à Philippo rupta : suadetque *CIX. an. 4.*
 Atheniensibus maturè auxilium Byzantinis mittere; quæ
 oratio sic inchoatur: Καὶ ἀπὸ εἰρηνομίζων, ὡς αὐδρες Αθη-
 ναῖοι, πρὸς ὧν βελτίονος ἐ ἀναγκαῖος τῇ πόλει πρήσομαι, πρὸς
 αὐτὰν εἰπεῖν. Post Nicomachum Theophrastus Prætor *Olymp. CX.*
 fuit. Sub quo Atheniensibus suadet fortiter bellam, quod
 indixerit Philippus, sustinere. Estque Philippicarum o-
 rationum postrema; cuius initium est : Ὅτι μὲν, ὡς αὐδρες
 Αθλωαῖοι, φίλιον πρὸς ἐπὶ τῆσδε τῆσδε εὐλοῦν πρὸς ὑμῶν,
 ἀλλὰ ἀνεβόλησθε ἐ πόλεμον πᾶσι ὑμῖν φανερόν γέγονεν.

Hæc autem undecim orationes, quas ordine recensui,
 ante editionem Rhetoricorum Aristotelis habuisse De

mosthenem, vel ipsum Philosophum testem laudare possum. Libro enim Rhetoricorum secundo, cum locos definire inciperet, è quibus Enthymemata ducuntur, locum à Tempore complectitur; additis etiam exemplis. Sed verba ipsius adscribam: *Alius locus est incipere, an in ipso tempore aliquid erui possit: ut Iphicrates in oratione aduersus Harmodium: Si antequam hac gererem, statueram mihi postulasset, si ea gessissem, certe decreuissetis: Nunc confectis rebus, eam denegabitis? Nolite igitur committere; ut quod facile polliciti essetis, cum à me beneficium expectabitis, id nunc beneficium affecti denegatis.* Et rursus: *Si quis suadeat Thebanis; ut Philippo per fines suos iter in Atticam concedant: Nam si hoc petisses, priusquam tuis aduersus Phocenses auxilium ferres, certe promississent.* Absurdum igitur est, qui prior eos beneficio prouocauit, fidemque eorum secutus est, si nunc iter ei denegabunt. Temporis verò huius ratio, quo Philippus volebat Thebanos dare sibi transitum Athenas, facta mentione auxilii bello Phocensi missi, ex edita historia clarescit. Res enim ita gesta est. Capta Olynthiorum vrbe, Prætorè Themistocle, pactum iniit Philippus amicitiae, societatisque cum Atheniensibus: Hæc fœdera septem ipsos annos durarunt, ad Nicomachi vsque Præturam. Tempore verò Theophrasti, qui post Nico nacum Archon fuit, rupta sunt; Atheniensibus cum Philippo exostulantibus, quod bellum ipse mouisset: Philippus contra de Atheniensibus querebatur. Causas verò, ob quas ad arma ventum est; vtrique iniurias sibi illatas esse dicebant. Tempus verò, quo pax soluta est, Philochorus accuratè refert, rerum Atticarum libro sexto: cuius ea potissimum hic adfertam, quæ ad rem præsentem maximè pertinere videbuntur: *Theophrastus Allaensibus. Sub hoc Philippus prima expeditione intravit in Perinthum. Cumq; non satis successisset, exsententia, hinc Byzantium obsedit; machinasque ad-*

IV.
Pag. 124.
Olymp. CX.
an. I.

Post verò narratis rebus, ob quas Philippus Athenienses per epistolam accusabat & Demosthene ad bellum hortante; & decreta sciscitante statuit Demosthenes;
inquit.

inquit, *columnam deiiciendam, qua de pace & societate cum Philippo iuncta posita esset: nauas verò implendas; parandaque ea qua ad bellum necessaria essent.* Hæc autem gesta Theophrasto Prætoræ narrat: mox subiicit, quæ insequenti anno contigerunt, rupta pace Lyfimachide archonte. Apponam & huius loci maximè necessaria: *Lyfimachides Acarnensis. Sub hoc naualium opum & armamentarium intermissa sunt; ob bellum cum Philippo exortum: pecunias verò omnes decreuerunt militia impendi, rogationem perferente Demosthene.* Philippus verò *Elatiam cepit, & Cyroniam; missisque ad Thebanos legatis Thessalorum, Ænianorum, Ætolorum, Dolopum, & Phthiorum: Athenienses verò eodem tempore cum legato illis misissent Demosthenem, decreuerunt societatem inire.* Tempore iam patefacto, quo Thebas Atheniensium legati, socii Demosthenis peruenerunt; Philippi item legati: quod tempus in Lyfimachide Prætoram incidit, paratisque iam ab utrisque rebus omnibus, quæ ad bellum opus forent, idem Demosthenes ostendit, in ea quæ de Corona habita ab illo est. Recitabo autem, quæ huc pertinent: *Ita Philippus conciliatis inter se urbibus, hisque decretis editis, & responsionibus, aduentum cum exercitu, & Elateam occupauit, tanquam etiam si quid accidisset, non iam conspiraturis vobis & Thebanis.* Verum telatis iis, quæ post acciderunt, etiam orationibus, quas pro concione habuit, enumeratis. & legatum se missum ab Atheniensibus ad Thebanos, hæc ad verbum scribit: *Simul verò atque Thebas peruenimus, Philippum & Thessalorum, & aliorum sociorum legatos ibi inuenimus: ac nostros amicos perterritos; illius confidentes.* Post, iussa recitati epistola hæc addit: *Conuocato igitur populo, priores illos produxerunt; propterea quod illi sociorum loco habebantur; qui progreffi concionem habebant, multum Philippum laudantes, ac vos accusantes; omnia quacumque unquam Thebanis contraria fecistis; commemorantes: Sed illud in summa petebant, ut pro acceptis à Philippo beneficiis gratiam referrent; & vestras iniurias ulciscerent.*

Olymp. CXX.
anno 2.

XV!

sur, utro modo mallent, siue dato eis transitu ad vos, siue ipsi una in Atticam facta impressione. Si igitur Præ-tore quidem Lysimachide, qui Theophrasto successit, rupta iam pace, missi sunt à Philippo Thebas legati, hortantes, potissimum, ut in Atticam simul irrumperent Thebani; sin minus, iter Philippo concederent per agros suos, memores beneficiorum, quæ bello Phœnci ab illo accepissent. Huius verò legationis meminit Aristoteles, ut paulò ante allatis illius verbis ostendi. Certis itaque indubitatisque signis efficitur, omnes Demosthenis orationes, cum in concione, tum in iudiciis versatas, habitas esse ante Præturam Lysimachidis, & ante editos ab Aristotele Rhetoricorum libros. Aliud testimonium adiciam ex ipso Philosopho depromptum, quò magis clarescet Rhetoricos libros ab ipso conscriptos post bellum, quod cum Philippo Athenienses gesserunt, Demosthene iam tum in Rep. florente, habitisque iam orationibus tam ad populum, quam in Senatu, quas paulò ante recensui. Enthymematum autem locos explicans Philosophus etiam locum à causa adfert. Verba illius recitabo: *Alius, qui à causa non est, eam ut causam ponere: ut quia simul, aut postea factum sit. Quod enim postea evenit, quasi propterea evenerit, accipiunt, & maxime in Reip. tractatione: ut quod Demades Demosthenis Reip. curationem malorum omnium causam existisse. Postea enim contigit, ut bellum excitaretur.* Et quænam igitur certamina Demosthenes iniit, præceptis instructus Aristotelis? cum omnes orationes publicæ, ob quas & laudatur vehementer, & in summa admiratione est, habitæ sint ante bellum illud, ut paulò ante ostendimus: una illa excepta, quæ de Corona est. Hoc enim solum iudicium habitum post bellum, Aristophonte Præ-tore anno post pugnam ad Charoneam, octavo verò ab excessu Philippi: quo tempore victor fuit Alexander pugna in Arbelis commissa. At, dixerit quis eorum, qui de re omni contentiose agunt, hanc saltem habitam orationem ab Oratore, lectis Aristotelis Rhetoricis; & quidem optimam omnium Orationum: quibus etiam quod respondeam suppetat, tamen, ne longior sim, hoc

XVI.

Olymp.

CXII: an. 3.

Pag. 125.

etiam me ostensurum recipio, fuisse & hanc scriptam ante Rhetoricam Aristotelis; ipso etiam Philosopho ad testimonium aduocato. Tractans enim Enthymematum Locum ab iis, quæ inter se cõferuntur, sic ad verbum scribit: *Alius locus ex iis, quæ inter se conferantur. Si enim alteri inest, ut honeste aut iuste fecerit; alter quoque honeste perpeffus esse dicitur: Et si honeste facit, qui mandauit; honeste etiam qui exsecutus est. Ut Diomedon publicanus de veftigalibus: Si enim vobis turpe non est locare, ne nobis quidem redimere: Et si quid in quempiam iuste ac honeste factum est, iuste etiam fecit; & contra: Fallit tamen interdum concludendi ratio. Non enim si passus quis, iuste passus est; ab hoc iuste etiam pertulit: ut si pater morte digna commiserit, à filio morti addicatur. Quare seorsum hæc considerare oportet, num qui pertulit, dignus fuerit, qui perferret, & num is qui fecit dignus, qui faceret. Deinde utrum à nobis facit eo uti. Interdum enim nihil vetat, quin hæc diffideant: ut in Alcmaone Theodectis * & ut iudicium de Demosthene, deque iis, qui interfecerant Nicanorem.*

XVII.


Quodnam, quæso, hoc Demosthenis iudicium est, eorumque qui Nicanorem trucidarunt, de quo hoc loco Philosophus? In quo præcipuum controuersie caput erat ex loco Relatorum? Nimirum in ea contra Æschinem de Ctesiphonte: qui decretum tulit, Demosthenem corona dignum: & accusatur legum violatarum. In hac enim causa quæstio erat, non in genere, An corona dignus Demosthenes, præbens de sua pecunia sumptus inuris ædificandis; sed si, quo tempore accusatur, interdiceretur lege, ne coronaretur, qui in iudicium vocatus esset. Hinc enim ductum est argumentum ex iis, quæ inter se conferuntur. Si quemadmodum populo coronam date licebat, ita & teo accipere. Quare sic existimo huius actionis mentionem facere Aristotelem: sin verò quis dicat intelligi orationem De donis, quam Anticle Æschonte habuit; quæ se defendit contra obitum Alexandri, multò sanè posteriores Rhetoricos libros Aristotelis fecerit orationibus Demosthenis. Verum non mutuatim Oratorem à Philosopho artificium, quo conscripsit orationes; quin potius contra Demosthenis, aliorumque

XVIII.

Olympiadis
CXIII. an. 3.

e

Oratorum exemplis adiutum Aristotelem conscrip-
sisse præceptiones illas satis iam superque ostensum ar-
bitror.



AND. SCHOTTI

NOTÆ

IN DIONYS. HALICARNASSEI
EPISTOLAM AD AMMÆVM.



DEMOSTHENEM *lectis Aristotelis
libris.*] Idem sensisse video Lucianum
in laudatione Demosthenis, operam de-
disse Aristoteli & Theophrasto, sed re-
pugnant tempora, vt Dionysius docet.
Demosthenem autem Platonis fuisse
auditorem certum est. M. Tullius i. Offic. *Demosthe-
nem si illa qua à Platone didicerat, tenuisset, & pronun-
ciare voluisset, ornate splendideq; facere potuisset.* Et in
Bruto: *Lectis auisse Platonem studiose, auiauisse etiam De-
mosthenes dicitur: idque apparet ex genere, & granditate
verborum. Dicit enim in quadam epistola hoc ipse de sese.*
Hæc epistola non extat: sed Alcinous eum in Platonis
auditoribus numerans, in epistola ad Heracleodorum id
affirmare ait. Nam quæ hodie extat epist. ad illum, lau-
dat quidem Platonem, auditorem tamen fuisse non con-
tinet: nisi mutila illa sit, vel alius ad Heracleodorum de-
dit literas. Plutarchus in Demosthenis vita *ζωηρολογίης
Πλάτωνος* ait: non condiscipulum fuisse Platoni, sed
frequentasse vna cum aliis, germanis ipsius auditoribus,
scholam Platonis significans. Sic enim recte Pet. Victo-
rius,

tius homo doctissimus explanauit libro 26. Variarum Lect. cap. 4. Hermippus apud Agellium lib. 3. cap. 13. audito Callistrato *δημαγωγός*, relicta Platonis Schola, ad eloquentiam forumque se contulisse Demosthenem refert. Quis autem *δημαγωγός*, explicat G. Xylander in Vita Themistoclis & Pyrrhi apud Plutarchum.

Vt vel ipse si compertum habeat.] Sensum commodiorem secutus mihi, & fortean affecutus videor. Henric. Stephan. *ὁ δὲ πρῶτος* leg. censebat. Gul. Morelius ordinem verborum traduxit, in Parisiensi illa editione Demosth. Equidem minima mutatione locum corruptum sanari posse puto, qui torsit magnos illos viros, vt pro *βιβαίων* reponatur *μεταπειθῶ*: nulla additâ negatione *ἄ*. Sed aliorum esto iudicium: Rationes cur in eam simi coniecturam inductus, in libros Observationum Humanarum retuli.

Theodorus.] Byzantius fuit, & ex eorum numero, quos *λογοποιεῖς* Plato (in Phædro) appellabat. Quintil. lib. 3. cap. 1. Fuit & *Theodorus Gadareus*, qui se dici maluit *Rhodum*, quem studiose audisse, cum in eam insulam confugisset, dicitur Tiberius Cæsar. Fabius ibidem. Ab hoc & Theodoreorum secta manauit, de qua & Strabo lib. 7. Geograph.

Antiphon.] Hic primus omnium orationem scripsit, & nihilominus artem ipse composuit, & pro se dixisse optime est creditus. Sic Fabius Quintil lib. 3. cap. 1. Vnus in decem Græcia Oratoribus, vt scribit Plutarchus, exstantq; hodie orationes, Præceptorem quoque fuisse Thucydida in Rhetoricis (vt in Philosophicis Anaxoram) refert Marcellinus, in Vita principis Historicorum Græcorum: Antiphontem, inquam, virum in benedicendâ arte eximium; cuius etiam lib. 8. Thucydides meminerit, auctoremque fuisse indicat: cum vt popularis status Athenis solueretur, tum vt CCCÇ. viri crearentur. De eius criminationibus, quarum & hic Dionysius meminit, Aristoteles in Rhetoricis, & ibi Petrus Victorius, & Plutarch. in Alcibiade, vbi Gul. Xyland. num. 4.

Thrasymachus.] Hic Chalcedonius fuit, æqualis Prodicæ Cei, & Protagoræ Abderitæ. M. Fabius ibidem.

Isocrates.] Huius etiam vitam Dionysius noster conscripsit, vt & *Lyfia* & *Discarchi*, qui in X. Græciæ Oratoribus numerantur: item Plutarchus. Latinorum verò M. Tullius multa & Fabius.

Anaximenes] Lampfacenus fuit, Rhetor, auditorq; Diogenis Cynici, & Zoili Homeromastigis: Alexandri Magni ipse Magister. Cui etiam Rhetoricorum duos libros, qui hodie ad Alexandrum circumferuntur, inscripserit, vt Pet. Victorius existimat. Qua arte Alexandrum à patriæ Lampfaci direptione reuocauit, Suidas refert: Laërtius & fororis filium eiusdem nominis Rhetorem nominat, præter Philosophum.

Alcidas.] Eleates, quem Philomedum Plato appellat. Sic Quintil. lib. 3. cap. 1. estque in decem Græciæ Oratoribus apud Plutarch in Opusc. vt vocant, Moralibus, & Photium CP. in Bibliotheca.

Theodectes.] Isocratis & Aristotelis æqualis fuit: sitne opus illius, quod de *Rhetorica* legitur, seu, vt creditur, est Aristotelis, sua etiamnum ætate dubitarum Fabius affirmat lib. 2. Orator Instit. cap. 15. & Val. Maximus. De quo plura colligit Pet. Victorius: & nos in libris *Ψαδουπιζου Φίλιππου*. De concione autem Agellus legendus lib. 13. cap. 14. & lib. 18. cap. 17. *Hypereus*, *Lycourge* & *Æschiniæ* vitas in decem claris Græciæ Oratoribus, Plutarchus descripsit. Huius etiam Philostratus, & αἰώυμ, apud Photium in Bibliotheca meminit: Nam & Dionys. Halycarn hic temporum incuria amissus est.

Cephesodorus.] Isocratis hic auditor fuit, scripsitque vt apparet, à Aristotelem, quem ab illo æmulatione quadam gloriæ dissensisse Cic. 3. Offic. & Fabius produnt. Locum proferam ex Athenæo. Sicut enim lib. 3. De philosoph. Κηφισόδωρος γάρ ὁ Ἰσοκράτους ἔριτος μαθητής, ἐν τῷ περὶ τοῦ πρὸς Ἀριστοτέλῳ λόγῳ, ὅτι οὐροὶ πρὸς αὐτὸν ἄλλων ποιητῶν, ἢ καὶ σοφιστῶν ἐν ἧ δούλει ἐν ποιητικῆς εἰρημύα οἱα παραμῆ Αρχιλόχῳ, τὸ πάντ' αἰδρα δύσκολόπτειν. Puto autem hic legendum, δύσκολόπτειν.

Archonte

Archonte seu Pratore Athenis] Vtramque vocem adhibui. Quæ enim Athenis *Archon*, hic Romæ ferè *Prator*. Suidas enim (ex Harpocracione, vt puto, quem transcriptit) in summo Athenis principatu, è nouem Archontibus vnum $\alpha\rho\chi\omega\tau\eta\varsigma$ sic dictum, qui iuri dicundo præset, affirmat Sex enim $\theta\epsilon\sigma\mu\theta\epsilon\tau\alpha\iota$, legiflatores dictis Rex vnus, & alter ite m Polemarchus. Præter hos excellentia quadam *Archon* dictus: quam vocem M. Tullius libello de Fato retinuit. *Moritur*, inquit, *Episcurus Archontæ Pythorato*, de quo loco Casaubonus in Theophrasti characteres. Alibi idem Tullius *Pratorem* reddit: *Magistratum* Seneca epist. 13. & ibi Muretus, & Plinius. Hi Archontes annis nomina Athenis dabant in numerandis Olympiadum annis: vt Romæ bini Coss. quorum in Fastos relata nomina, in Capitolio Romæ hodieque spectantur. $\alpha\rho\chi\omega\tau\eta\varsigma$ verò $\chi\theta\epsilon\sigma\mu\theta\epsilon\tau\iota\kappa\iota$ ex Diodoro Siculo, Paulania, Dionysio, Eusebio, cæteris, quiuis sibi colliget, qui res Græcorum, ipsumque adeò Demosthenem, & Dionysium accurate intelligere volet: velle autem omnes debent, qui ab humanitatis literis non abhorrent.

Theodemo Pratore.] Hic primæ syllabæ mutatione *Eudemus* est Diodoro Siculo, anno 4. Olympiadis 106. Est post non longe qui *Theellus* à Dionysio appellatur, in Diodoro additis literis *Theffalus* est. Argumenta verò singularum orationum non hîc texam, sed Libanium & Vlpianum legere iubeo eum, qui cum fructu Demosthenem tractare vult.

Prima quidem Olynthiaca.] Ordinem Olynthiacarum esse ab edito diuersum, obseruandum moneo. Nam quæ vulgò prima est, $\alpha\upsilon\tau\iota\ \mu\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}\ \alpha\upsilon\tau\iota\ \omega\ \alpha\upsilon\delta\eta\sigma\iota\ \alpha\delta\theta\iota\mu\alpha\iota\varsigma$, $\chi\theta\epsilon\mu\theta\epsilon\tau\iota\kappa\iota$, ea rectè à Dionysio & ordine tertia colloca-tur: vt secunda primum locum, tertia secundum obtineat. Qua de re pluribus nos in vitis parallelis, & infra non longe.

Tredecim igitur annos.] In Græcis quidem exemplaribus hodie legitur $\tau\epsilon\iota\sigma\iota\ \epsilon\ \delta\iota\kappa\alpha$: d:prauarè haud dubiè, & contra temporum rationem, vt vel $\tau\lambda\omega\ \alpha\rho\chi\omega\tau\eta\varsigma\ \chi\theta\epsilon\sigma\mu\theta\epsilon\tau\iota\kappa\iota$ inspicienti pareat. *Tres annos* reponendum censeo.

Ex notis numerorum $\iota\gamma$. & γ . procliu librariorum errore natum est mendum.

Annos natus tres & sexaginta.] Climactericus hic annus est, quo & præstantissima ingenia extincta: vt Oratorum *Ξωωω*'s Demosthenes & Cicero. De quo numero etiam Medicorum filii, vt & de *Criticis diebus*, & Agellius lib. 15. cap. 7. Noct. Attic. & nos pluribus in Titii Pomponii Attici vitam apud Nepotem Cornelum, & in lib 4 de Republ. Bodinus cap vlt.

Græcam altero lumine orbatam.] Corinthum eadem Metaphora lumen unum Græcia vocatur à M. Tullio in Maniliana. & ex Strabone lib. 8. Geograph. Per Victori-um libro 20. Variar. lect. cap 4. Simile de Demetrii Pharii dicto ad Philippum Regem, si Messenios præsidio imposito caperet, fore vt *taurum cornibus teneret*. Conipedes Græciæ vrbes qualdam idem Rex nominabat: vt idem Victorius refert lib. 12. c. 19.

Hippagines impositos.] Hippagines, teste Pompeio, nauigia transuehendis equis apta, quæ Iulius Pollux *ἵππωνες* nominat, numeratque & in nauium generibus Agellius lib. 10. cap. 25. *Hippagoras* Titus Liuius lib. 44. Græco vocabulo appellat, quos *ἵππωνες*: Polybius. Illius verba sunt: *Quinque & triginta naues, quas Hippagoras vocant ab Elea profecta.* Hic verò lib 1. belli Punic: *ἑπτά τῶν ἐπιπέπων ἢ ἵππωνες, ὅμοια δὲ τῶν αὐτῶν ταῖς ἑσπερίων ἰασι:* Post hos disposuerunt Hippagas, dantes ex eis lora & funes tractorios nauibus, quæ in tertia classe erant. Quomodo & in Plinio maiore legendum doctis viris assentior, lib. 7. Natur. Histor. cap. 56. *Velum Icarus (inuenit) malum, & internam Prodi-lus Hippegam Salaminii, aut Pericles Atheniensis.* Nam qui Naut. cum nescio quod instrumentum hîc excogitarunt, iis ego Varronianæ Satyræ inscriptionem ad aurem insurrabo: *Cras credo, bodie nihil.* Sequentia enim eos resellunt. Subiicit enim: *tectas longas Thasi:* Vbi de nauibus continenter loqui meridiana luce clarius apparcat. *Hippagines enim vel Salaminii, vel Atheniensis: longas naues tectas Thasi repperunt.*

Vtitur

Vtitur & Plutarchus in Pyrrho *ἐπιπαρῆς* pro nauibus, quæ transfuehendis equis deseruiunt præcipue.

[*Ἄλλο ὑμεῖς, ὡς ἄνθρωποι ἀδωλοῖσι διδωμένοι.*] Demosthenis hæc oratio, nisi quid iudicans fallor, in iis quæ vulgò in manibus sunt, non exstat : sed eius loco primæ Philippicæ hoc initium est : *εἰ μὲν πᾶσι καινῶν*. Reliqua verò eo ordine, quo passim leguntur, nisi quod in Dionysii hæc epistola peccatum à librariis in numeris existimem : anfa errandi ex Notis singulis, ut fieri amat, obiecta. Vndecim enim duntaxat Philippicas numerant Critici Græci. Verum quando in hunc sermonem ingressi, vel delati potius sumus, sitque pretium operæ futuræ, libet de legitimo Philippicarum DEMOSTHENIS Orationum ordine numeroq; sententiam proferre. ORATIONES Demosthenis in *Philippum*, seu de rebus Philippi vndecim numerantur à Libanio, Vlpiano, cæteris. Vnum de multis locum Ammonii Hæniæ Philosophi non cuius obuium adscribam ex Commentario in Categorias Aristotelis, cap. *πᾶσι ποσῶν*. Sic enim ille : *Ἀμέλει σὺν αὐτῷ ἐπιπορῶν τὰς ἅντινα λόγους τῶν δημοσίων, μακρόν λόγον. ἔχει δὲ ἑξήκοντα, καὶ σιωπῆς ὁ τέτατον σκοπὸς, ὅδ' ἐπὶ τὰς ἐνδεκάς καὶ φιλίππων, ἀλλὰ πάλαι αὐτὸς λέγει μὲν.* Ex his tres *Olynthiaca* sunt, & quatuor Orationes, quæ solæ *contra Philippum* inscribuntur, Oratio item *de Pace cum Philippo facta retinenda*. Et Oratio *de Haloneso*, & à *tera de rebus Cherronesi*. Denique Oratiuncula *ad epistolam Philippi*. Hæc quidem ex Aristotelis, Dionysii nostri, Hermogenis, aliorumque Rhetorum Græcorum sententia, hoc ordine digerendæ sunt & legendæ.

1. Primum locum *Philippicarum* obtinere debet, quæ etiam vulgò Philippica prima nominatur : cuius hoc principium est : *Εἰ μὲν πᾶσι καινῶν*.
2. Secundum locum obtinet *Olynthiaca*, quæ vulgò *secunda*, & à Dionysio nostro primo loco inter *Olynthiacas* collocatur : cuius initium est : *ἐπὶ πολλῶν μὲν αὐτῶν.*

Q 4

3. Tertio loco sit *Olynthiaca*, vulgò *tertia*: quæ sic incipit: ἔχ' ἅπαντα παρέσθαι.
4. Sit *Olynthiaca*, quæ vulgò *prima*. Ἀπὸ πολλῶν αὐτῶν.
5. Oratio de Pace incipit: Ὅτι μὲν αὐτῶν Ἀθλωαῖοι.
6. Quæ vulgò habetur *secunda Philippica*: ὅταν, αὐτῶν.
7. Oratio de Haloneso: Ἀὐτῶν Ἀθλωαῖοι, ὅταν ἔσθαι ὄπας.
8. Oratio de rebus Cherronesi: Ἐὶ δὲ μὲν, αὐτῶν Ἀθλωαῖοι.
9. Quæ vulgò *Philippica tertia* vocatur: Πολλῶν, αὐτῶν.
10. Quæ vulgò *Philippica quarta*: Καὶ ἀπεδοῖα νομιζῶν.
11. Et vltima oratio ad Epistolam Philippi, hoc principio: Ὅτι μὲν, αὐτῶν Ἀθλωαῖοι.

Sunt itaque, quæ *Olynthiacæ* inscribuntur, etiam *Philippica* orationes, nimirum *secunda*, *tertia*, & *quarta*: sed eo quo Dionysius hîc monuerat, ordine, vt quæ vulgò *prima* est, ea in tertium locum reiiciatur *Olynthiacarum*.

Non enim si possis quis iuste.] Locum hunc illustravi aliatisque aliis, M. Tullii in *Philippicis*, & Gregorii cognomento Theologi in extrema laudatione Athanasii in libris *Observationum*. Addam & Comici exemplum ex *Eunucho*, Act. 5. Scen. 2.

— Non te dignum, Chærea,

Fecisti. Nam si ego digna hac contumelia sum maximè,
At tu indignus, qui faceres tamen.

Vt in *Alcmaone Theodectis*.] Poëtæ versus omisit Dionysius: forte quod ad finem properaret; vel quod sequens exemplum ad id, quod ageret, magis pertineret. Apponam tamen ex libro *Rhetoricorum* Aristotelis ad Theodectem secundo, vt eos M. Anton. Muretus, summo vir ingenio & eloquentia, Latinos fecit. Sic itaque *Theodectis in Alcmaone*.

Matrem tuam nemo oderat mortalium?


Respondens autem, ait, hac seorsim spectanda esse: cum quæ
quasiisset *Alphesibœa*: Quomodo? excipiens ille, ita ait:

Mori

Mori quidem illam debuisse statuerant:

Sed non manibus illi necem adferri meis.

Hæc, cui pauca videbuntur, meminerit, ad Aristotelem quæ pertinent, copiosius ea esse à doctiss. Nunnecio in Aristot. vita iam pertractata: Ad Demosthenem quod attinet, in vitam à nobis per Olympiadas & Archontas digestam cætera coniecimus, quibus vel diurnam sitim explere Lector queat.



DIONYSII
HALICARNASSEI
RESPONSIO AD C. N. POMPEII

Epistolam, in qua ille de reprehensio ab eo Platonis stylo conquerebatur.

DIONYSIVS C. N. POMPEIO S.



PISTOLAM quandam à te missam accepi, quæ & docta, & mihi valde grata fuit: in qua scribis, te meas commentationes, quarum tibi Zeno communis amicus copiam fecit, percurrentem, & amico animo in eis affectum, alia quidem omnia suspicere: ea verò parte offendi, in qua Platonis reprehensionem collocaverim. Equidem quod tanta reuerentia erga virum affectus es, recte facis: quod verò hæc de me sentis, non recte. Si quis enim alius Pla-

Qs

tonis eloquentiam cum stupore quodam admiratur, tum vel maxime ego. Quo verò animo erga eos omnes affectus sim, qui suas cogitationes in communem utilitatem proferunt, & iis vitam nostram ac rationem ab errore deducunt, aperiam tibi, faciamque profectò ut credas, nihil me novi attulisse, nihil ab opinione hominum alienum, nihil quod à peruagata omnium sententia abhorreat. Ego igitur sic existimo, eum qui cuiusvis rei siue corporis laudes literis mandare volet, virtutes, non vitia (si qua rei aut corpori insunt) proferre oportere: cum autem volet discernere quid optimum in quolibet genere vitæ, quid præstantissimum earum rerum quæ vno eodemque genere continentur, accuratissimam inquisitionem & iudicium adhibere, nec quidquam eorum quibus prædita sunt, siue sint mala, siue bona, silentio præterire. Hac enim ratione veritas vel maxime inuenitur: qua nihil est melius, nihil pretiosius. His positis, illud dico: Si Orationem contra Platonem haberem, sicuti quondam orator Zoilus habuit, quæ eius vitia omnia perstringeret, perperam me facere profiterer: & si laudes eius celebrare volens, orationes quasdam absurdas celebrationibus infererem. non enim criminatio-nes eis, sed ne defensiones quidem adhibendas statuo. Sin autem formas dicendi animo & cogitatione complecti volens, & eos Philosophos & Oratores qui primas tulerunt, in eis considerare & exquirere, tres quidem ex omnibus elegi, qui principes & clarissimi habentur, Isocratem dico, Platonem & Demosthenem: quibus rursus Demosthenem antetuli. id faciens, nullam me existimo nec Platoni nec Isocrati injuriam intulisse. Sed me hercule, inquit, non decebat te Platonis errores & vitia coarguere, cum Demosthenem in cælum ferre institueres. At quomodo accuratissime ponderassem & perpendifsem, si præstantissimas orationes Isocratis & Platonis, excellentissimis orationibus Demosthenis non opposuissem, & qua ex parte eius orationes antecellunt, verissime non ostendissem? non in omnibus eos viros deliquisse prædicans, (summæ enim hoc esset insanix) sed nec in omnibus etiam

Pag. 126.

III.

etiam eos æque rectam viam secutos esse. Sin hoc non fecissem, laudibus verò ornassem Demosthenem, omnes virtutes eius persequens, bonum quidem esse Oratorem persuasissem lectoribus: præstantissimum autem esse eorum omnium qui principatum in dicendo tenent, non persuasissem, si clarissimos Oratores cum eo non comparassem. Multa enim quæ per se pulchra & suspicienda videntur, aliis melioribus comparata, minora opinione apparent. Sic etiam aurum auro comparatum, melius vel deterius deprehenditur: tum etiam omne aliud opus manu effectum: denique ea omnia quorum finis est illustratio & euidencia. Quod si quis existimet iniucundissimum in oratione civili iudicium ex contentione profectum, & per se singula velit perpendere, nihil vetabit eandem rationem etiam in aliis sequi, nec poësin conferre poësi, nec compositionem historiarum compositioni, nec temp. reipublicæ, non legem legi, non ducem duci, non regem regi, non vitam vitæ, non decretum decreto: quod nemo sanæ mentis concedet. Quod si fides etiam quæ ex testimoniis ipsis depromitur, afferenda est, quibus planius tibi fiat, optimū id esse expendendi genus, quod rerum comparatione cōstat: omittis alii, Platonem ipsum testem producam: qui cum voluisset specimien dare, quantum valeret in oratione civili, non contentus fuit aliis scriptis, sed aduersus clarissimum Oratorem, ex his qui tum florebant, alium ipse in Phædro conscripsit dialogum, cuius argumentum est amatorium. neq; eo vsque progressus, finem fecit ac destitit, relicto iis qui lecturi essent iudicio de orationis eorum pulchritudine: verum etiam Lysiarum vitia attigit, adscribens ei virtutes dicendi, auferens verò rerum. Cum igitur Plato rem molestissimam & maxime odiosam aggressus, se ipsum, inquam, quoad oratio pateretur, laudibus in cœlum ferendi, nihil se dignum reprehensione facere putabat, si cum præstantissimo illius ætatis Oratore suum dicendi genus contenderet, docens in quibus & Lysias peccasset, & ipse excellisset: quid admiratione dignum feci ego, genus dicendi Demosthenis cum illo Platonis comparans, & si quid mihi in eis non præclare se habere videbatur, per-

IV.

V. pendens? Nolo enim alia eius scripta in medium afferre, in quibus os qui ante eius ætatem vixerunt, reprehendit, Parmenidem, Hippiam, Protagoram, Prodicum, Gorgiam, Polum, Theodorum, Thrasymachum, & alios multos, non omnia sincerè de eis scribens, sed, si vis ambitiosè inerat enim, inerat Platonis naturæ, quæ multis virtutibus ornata erat, studium honoris. Declaravit autem hoc vel maxime in æmulatione Homeri, quem corona donatum vnguentisque delibutum, ex ea Republica quam constituebat exturbavit: quasi his ipse qui eiciebatur, egeret: per quem cum omnia alia institutio in vitam ingressa est tum etiam ad extremum philosophia. Sed cœcedamus Platonem sincero animo, ipsius inquam, veritatis causa, omnia vera dicere: quid tandem absurdi face emus, si eius leges adhibentes, cum eo pertendere

VI.

vellemus orationes eorum qui post floruerunt? Deinde neque solus ego, neque primus existam, qui aliquid de Platone ingressus est dicere. Neque me qui'piam hoc ipso reprehendere poterit, quod in clarissimum philosophum, & plusquam duodecim ætatibus me ante euntem inquirere statui, quasi aliquid inde gloriæ consecuturus. Multi enim inuenientur qui ante me hoc fecerunt; alii, qui eiusdem temporibus spiritum ducebant; alii, qui multis post annis vixerunt. nam & eius decreta nonnulli reprehenderunt, & dialogos calumnia affecerunt: ac in primis proprius eius discipulus Aristoteles, deinde Cephisodorus, Theopompus, Zoilus, Hippodamas, Demetrius, & alii multi: non ob invidiam aut inimicitias eum reprehendentes, sed veritatis inuestigandæ gratia. Tot & tantorum virorum exempla secutus, & vel maxime Platonis, nihil me existitnavi à philosophica arte dicendi alienum facturum, si bonos bonis contenderem. Sed de studio, quod in comparandis formis posui, hæc tenus.

Pag. 117.

VII.

Restat ut de dialogis huius viri quorum mentionem in libello de Oratoribus Atticis fecimus, dicamus. Afferam autem eandem orationem, qua illic usus sum: Elocutio Platonis ex vtraque forma dicendi, nimirum ex sublimi & renui, temperata esse videtur, quemadmodum antea diximus: non tamen in vtraque dicendi forma æquè

æquè excellit. Quando enim tenuem, facilem, simplicem, ac nulla arte præditam elocutionem affectat, dici non potest quam suavis & humana est. Nam & pura satis & dilucida est, quemadmodum lucidissima corpora: accurata etiam & tenuis magis, quam quæuis alia earum quæ ad eam ipsam elocutionem elaboratæ sunt. Nominibus communibus utitur; perspicuitati studet. omnem compositionem nominis ad nomen appositi negligit. In eam etiam sordes & antiqua illa inuenuitas sensim atque latenter incurrit, & iucundum quendam florentemque ac tempestiuum florem edit, & quasi à fragrantissimis pratis aura quædam suavis ex ea manat: & neque vocis sonitus videtur præ se ferre loquacitatem, neque ornatus insolentiam. Cum autem ad loquacitatem, & præclarius dicendi genus (quod sæpenumerò facere solet, in mensò impetu ferri cœpit, multo se deterior efficitur. Nam & minus suavis, & peius Græce loqui, & crassior videtur esse quam altera. Diluciditatem enim obscurat, & tenebris similem facit: longitudinem attrahit, mentem in longius ducens, cum eam paucis nominibus contrahi oporteret, in circumlocutiones honestatis expertes effunditur, & diuitias orationis vanas ostentat: verbis propriis, & quæ sunt in communi vsu posita, neglectis, nouata & peregrina, atque ea quæ antiquitatem decent, inquit. Maxime autem iactatur in figurata elocutione. multa enim & frequens est in nominibus ad nomen appositis, in appellationibus dandis inepta. Dura est, nec seruat proportionem in translationibus. Inversiones longè petitas ac multas, & eas quæ neque modum seruant, neque loci & occasionis rationem habent, assumit. Figuris poëticis, quæ summam satietatem afferunt, & maxime Gorgianis, in tempestiue ac nimis pueriliter gloriatur; in quibus magnificentiam quandam seruat, quemadmodum quodam in loco Demetrius Phalereus ait, & alii multi. non enim à me hæc est profecta oratio. Neque me aliquis putet hæc dicere, quod omnem ornatum & varietatem orationis, qua utitur Plato. improben. Non enim sum adeò excors & stupidus, ut hanc laudem tan. o viro præceptam velim: præsertim cum me non prætereant,

VIII.

IX.

eum multa & admiratione digna, atque à summa vi perfecta, in lucem attulisse. Sed illud ostendere volui, eum in compositione talia peccata committere consuevisse. Ac peior quidem se ipso fit, quando amplum dicendi genus & eximium persequitur: longe verò melior, quando tenuem elocutionem, accuratam, & quæ nullo artificio elaborata videtur, sed exornatam inculpabili & simplici exornatione inducit. Aut enim nullum omnino committit peccatum, aut leue admodum, aut nulla reprehensione dignum. Equidem tantum virum censebam omnem vitasse reprehensionem. hæc enim ei omnes qui ætate eius vixerunt, vitio vertunt, (quorum nomina non necesse est me proferre) ac ipse sibi, quod apertissimum est. Sensisse enim videtur suas ineptias, quibus nomen Dithyrambo dedit: quod me in præsentia, quamuis à veritate alienum non sit, referre pudet. Hoc verò ei (mea quidem sententia) accidisse videtur, quod eum esset edicatus in dialogis Socratis, tenui genere & accurate conscriptis, in eis nõ permansit, sed Gorgiæ & Thucydidis compositionem secutus sit. Itaque nihil quod à decoro abhorret, amplecti debuit, attrahens simul quædam vitia cum virtutibus, quib. illorum formæ dicendi præditæ erant. Exemplum autem profeto sublimis dictionis ex vno libello eorum qui vel maxime in sermone omnium versantur, in quo Socrates sermones amatorios infert ad Phædrum, qui vnus erat ex familiarissimis eius, à quo etiam libellus inscriptionem accipit. In eo enim libello multam habet venustatē, & cuius hoc principium summa iucunditate refertum est: *O amico Phadre, quoniam, & unde? PHÆ. A Lyfia, ð Socrates, Cephale filio. Pergo autē deambulandi gratia, extra moenia. multū enim illic consumpsi temporis, sedens à matutino; vsq; ad lectionē Lyfiæ orationis, & finita lectione huc vsq; Deinde, quasi ex aëre sereno & stabili coortus ventus, puritatē dictionis turbat, in poeticā inelegantiam tendens, hinc exorsus: Iam agite ð Musæ dulces, siue propter cantus spe rem, siue propter muscum illud genus, suauium & stridularum hoc nomen habuistis, meum adiunxite sermonem. Hæc autem strepitus esse & dithyrambos, qui quidem nullum ornatū habent, exiguamq; sententiam,*
ipse

X.

Pag. 128.

ipse dicit. exponens enim quã ob causam impositũ est amoris nomen affectui, his verbis vsus est; *Nam cupiditas, qua à ratione abhorrens, superauit opinionẽ ad id quod rectum est contendenti, & ad voluptatẽ forma rapit, atq; à cognatis cupiditatib. circa corporis formã vehementer corroborata vicis & superauit, αὐτῶν αὐτῆς τῆς πόους (i. e. ab ipso robore) nomen inuenit, & ἔρω (id est amor) nominata est.*

Nam tibi ò amice Phadre, quemadmodũ mihi, videor motus quodã impulsus, diuinũ quiddã passus esse. PHÆ. Omnino quidẽ, ò Socrates, prater morẽ profluens quadam amplitudo recepit. SOCR. Silentio igitur me audi. nam te vera diuinus hic videtur locus. Quare si forte sapius Nympharũ afflatus procedente sermone corripiar, ne mireris. ea enim qua modò tanebã, à dithyrambis non multũ distant. In his quidẽ gẽ-

XI.

*nus quod in rebus cernitur, minime reprehendo: verum elocutionis quandã partẽ, nempe eam quã in figuratã & dithyrambicã dictionẽ delabitur, in quib. modũ & decorum non retinet. Reprehendo autẽ non quorumuis aliquem, sed virũ magnũ, & qui prope ad diuinã naturã accessit; & fastum poëtica cõpositionis * & genus dicendi*

philosophorũ propriũ induxit, imitatus Gorgiã, ita vt etiam orationẽ dithyrambis similit faciat: nec hoc vitium ce-

** in sermones philosophicos innotuit.*

let, sed palam profiteatur. Ac tu etiam ipse, iucundissime Cui, idem q̃ ego de homine sentire videris; quantũ ex tuis literis intelligere potui, in quib. ad verbũ sic scribis: In aliis quidẽ dicendi formis facile est tenere mediũ quiddam inter laudẽ & reprehensionẽ: in compositione verò quod non successit, omni ex parte aberrat. Itaq; mihi sentire videris, hos viros non ex reb. periculoissimis, neq; paucioribus, sed ex plurimis, & ex iis in quib. rectũ cursum tenuerunt, perpẽdendos esse. Et paulò post infer: Equidẽ quamuis possem responderẽ, & rationẽ reddere rorũ omniũ, aut saltẽ piũ; tamen tibi contradicere non audeo: hoc tamen unũ affirmo, eum res magnas nullo modo consequi posse, qui non eis/modi etiam audeat & suscipiat, in quib. errare necesse est. Nulla est inter nos dissensio. nã & tu fateris necesse esse, cum qui reb. magnis studet, nonnumquam labi. & ego aio sublimem & magnificam ac multis peticulis opportunam elocutionem consecratum Platonem, non in omibus

partibus rectam viam assecutum esse: minimum tamen locum obtinere peccata, si cum recte factis eius conferantur. Atque hoc vno dico Platonem à Demosthene vinci, quod apud illum nonnunquam sublime genus dicendi cadit in vanum & insuave: apud verò hunc nunquam, aut certe admodum raro. Ac de Platone hactenus.

XII.

* ipsam de
imitatione
disquisitione
conspicit.

De Herodoto & Xenophonte quid sentiam scire cupis; ac me etiam de eis scribere vis: quod iam feci in illo Commentario quem de Imitatione ad Demetrium scripsimus. Primus liber,* ipsam imitationem de investigatione comprehendit: secundus, qui Poetarum, Philosophi, Historici & Oratores, sequendi sint: tertius, quomodo imitandi; sed de ea re nondum absolutus. In secundo verò, de Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Philisto, & Theopompo, (hos enim viros ad imitandum aptissimos iudico) hæc scribo: Quod si etiam de his dicendum est, de HERODOTO quidem & THUCYDIDE hæc sentio. Primum officium esse puto, & id vel maxime omnibus necessarium, qui res gestas hominum, monumentis annalium mandare student, materiam eligere pulchram & iucundam, ac eam quæ animos legentium voluptate afficiat atque perfundat: quod Herodotus mea quidem sententia melius vidisse & expressisse videtur, quam Thucydides. Ille enim Græcorum & Barbarorum historiam conscripsit; ne & res gestæ maiorum oblitterarentur, & ne eorum facta & alia quæ enumerat, intercidere, atque ex hominum memoria tollerentur. idem enim est ipsum proœmium, idem exorsus & finis historiarum. Thucydides autem vnum tantummodò bellum scriptura persequitur, & id neque honestum, neque fortunatum, & quod nunquam geri oportuit: sin minus obliuioni & silentio traditum à posteris ignorari debuit. Quod autem malam materiam sibi sumpsit, etiam ipse in exorsu planum facit. *Ciuitates enim multas ait eo bello partim à Barbaris, partim à se ipsis vastatas & funditus euerfas fuisse: & exsilia, proscriptiones, cades hominum tantas factas esse, quantas post hominum memoriam vniquam; & terræ motus, siccitates, morbos, inualetudines, & aliam multas calamitas*

Pag. 129.

calamitates importatas : ita vt statim in principio lectores , qui totius Græciæ calamitates sint audituri , abalienentur. Quæto autem ea scriptio quæ admiranda opera & facta tam Græcorum quam Barbarorum aperit, antecellit eam quæ miseranda & funesta mala Græcorum nūnciat, tanto meliores partes Herodotum Thucydide in eligenda materia secutum esse video. Neque enim illud afferre licet, eum necessitate coactum, ad eam se descriptionem contulisse ; cum eum non præteriret, & illa pulchriora esse, & nollet hæc in aliorum manus venire. Aliter enim se res habet, dum maiorum res gestas in exordio cōiitiis afficit, & sua ætate pulchras & admirandas gestas esse asserit : quæ manifeste declarant, eum non præter voluntatem ad hanc se materiam contulisse. Hoc tamen Herodotus minime fecit : & quamuis Hellenicus & Charon, qui ante eius tempora vixerunt, eandem materiam persecuti sint, non tamen eum à proposito auocarunt : quinetiam sperabat se ipsis aliquid pulchrius allaturum ; quod etiam fecit. Secundum manus est eius qui facta hominum memoriæ mandare volet. scire vnde principium sumendum est, & quousque progrediendum. qua in re Herodotus longè prudentior Thucydidæ esse videtur. primo enim loco causam describit, ob quam Barbari Græcis iniurias inferre cœperunt : & progrediens, in Barbarorum punitione & ultione describenda conquiescit. Thucydides verò, exordium sumit suæ historiæ à parum felici & florenti statu rerum Græcarum : quod eum facere (cum & Græcus esset, & ciuis Atheniensis) non oportebat ; & vel maxime, cum non esset ex humili & plebeio genere ciuium, sed ex his quibus Athenienses primas deferebant, & quos militari præfectura ac aliis summis honoribus dignos censebant : neque ita aperte, vt apertissime belli causas suæ vrbi ascriberet ; cum alias multas occasiones haberet, quibus eas attribueret. Ac initium narrationis facere debebat non à Corcyrensibus, sed à præstantissimis patriæ factis, quæ statim post bellum Persicum ediderant : quorum deinde tamen in conuenienti loco non ita recte, sed quasi cursim mentionem facit. At cum hæc narraisset, summa cum

XIII.

R

beneuolentia & studio, vt vir amans ciuitatis, deinde inferre debebat, Lacedæmonios horum inuidia & metu commotos, alias interim causas prætendentes, bellum suscepisse. ac tum demum Locrensiū res; & contra Megarenses scitum, & si qua alia voluit, exponere debuit. Fines autem pluribus erroribus scatent. quamuis enim dicat se omni bello interfuisse, & se omnia polliceatur esse narraturum: tamen in nauale prælium, Atheniensium & Peloponnesiorum quod prope Cynossema gestum fuit anno vigesimo secundo finem facit Sarius verò erat, dum perfequeretur omnia, historiam terminare admirando & auditoribus gratissimo * reditu exiulum à Phyle; qui fuit initium ciuitati recuperandæ libertatis. Tertium munus est historici, considerare quæ res illi in historiam referendæ, quæ silentio prætereundæ sint. qua etiam in re postremas mihi partes ferre videtur Thucydides. Nam cum Herodotum non præteriret, omnem narrationem quæ longitudine quadam sermonis prædita esset, si respiraciones & moras quasdam reciperet, animos auditorum summa suauitate perfundere: si autem in eodem rerum statu permaneret, etiamsi res maximè succederet, auribus tamen quandam satietatem parere: Homerum secutus in omnem partem effusam, ac summa varietate cõditam efficere voluit scriptiõnem. Libros enim eius cum in manus sumimus, vsque ad extremam syllabam suspicimus, & semper nescio quid magis requirimus. Thucydides autem vnum bellum & aliquot pugnas sine vlla interpiratione perfequitur, pugnas pugnis, apparatus belli apparatus, orationes orationibus congerens & coaceruans; ita vt mens & cogitatio eorum qui audiunt, laborare cogatur. Satietatem enim gignit, ait Pindarus & mel, & dulces res veneræ. Iam verò & illud in animo meo reputaui, quam suavis & iucunda res sit in historia, scriptiõnis varietas & immutatio: atq; hoc in duob. aut tribus locis fecit, tum in Odyssarum principatu exponēdo, quib. de causis ad magnam deuenerint potestatem; tum in Siciliæ urbibus. Adhæc est etiam munus historici, in partes tribuere, & vnumquodq; eorum quæ exponuntur, suo loco collocare. Quæ est

* Phylasiorū
exsiliū
reditu.

XIV.

est igitur utriusque dispositio? Thucydides tempora sequitur, Herodotus rerum complexiones. Fit autem Thucydides obscurus, & cuius sententiam difficile animo comprehendere possis. cum enim multa eadem æstate & hieme in diuersis (vt sit) locis gererentur, imperfectas primas res gestas relinquens, alias attingit quæ eadem æstate & hieme gestæ fuerunt. Erramus igitur, quemadmodum patet, & summa cum difficultate res expositas mente iam turbata assequimur. Herodotus verò initium capiens ab imperio Lydorum, & vsq; ad Cræsum descendens, ad Cyrum confestim, qui Cræsi imperium euertit, transit: atque deinde res Ægyptiorum, Seytharum, Libycorum exponere aggreditur, partim propter rerum seriem, partim vt iucundio rem redderet narrationem suam. Persequens autem & exponens res gestas Græcorum & Barbarorum, quæ ducentis & viginti annis gestæ sunt in tribus continentibus, & fugam Xerxis describens, non diuellit orationem: sed accidit huic quidem, vt vno sumpto argumento, vnum corpus multas in partes diducat: illi vero, vt multis & variis argumentis assumptis, vnum corpus sibi consentiens faciat. Vnum * autem genus historiae negotiosæ cōmemorabo; quod non minus quam quæ recensuimus, in historiis requirimus; animum inquam scribentis, quo in rebus conscribendis utitur. Herodoti quidem animus in omnibus lenis & mansuetus est, & qui bonis quidem collatur, malis verò condolet. Thucydidis verò animus, natura sua quadam rigidus & acerbus est, ac patriæ exsilii recordatione offensus, peccata enim accuratissimè persequitur: eorum verò quæ ex animi sententia gesta sunt, omninò non meminit, aut velut inuitus. Atque ob hæc in ea parte quæ ad res pertinet, vincitur ab Herodoto Thucydides. In ea verò parte quæ continet elocutionem, alias superior, interdum inferior: in nonnullis etiam æquas partes tenet. Dicam verò etiam de iis quemadmodum sentio. Virtus omnium prima est, sine qua nulla alia est orationis utilitas. Quænam illa est? Sermo purus, proprietatem linguæ Græcæ retinens. hanc ambo studiose conseruant. Herodotus

Pag. 136.

XVI.

* Vnam ad huc notam in rebus positam comm.

XVII.

1.

- enim, Ionicæ linguæ optima regula est; Thucydides verò, Atticæ. Tertium locum habet breuitas, in qua videtur Thucydides Herodotum antecelluisse. quamquam dicere aliquis posset, breuitatem iucundam videri, si cum perspicuitate coniuncta & elaborata fuerit: sin ea caruerit, acerbam & austeram. verum nihil esto præterea. Post hæc perspicuitas collocata est; quæ cum virtutibus adiunctis primas tenet: in qua satis diligenter ambo elaborarunt. Post hanc virtutem constituitur lenium & vehementium affectuum imitatio: quam inter se pariter habent scriptores. Thucydides enim, in grauioribus affectibus exprimendis melior; Herodotus, in lenioribus effingendis præstantior. Secundum hæc statuuntur illæ virtutes, quæ summum & admirandum studium & apparatus ostendunt: in quibus Historici pares sunt. Succedunt iis aliæ, quæ orationis vim & vehementiam & similes facultates complectuntur: quibus Herodotum Thucydides superat. Suauitatem autem, persuasionem, delectationem, & alias virtutes cognatas, longe præstantiores Herodotus Thucydide inducit. In verborum elocutione, proprietatem naturæ Herodotus secutus est, grauitatem Thucydides, qui & in verbis sui similis est totus. Virtutum omnium maxima & quasi princeps est Decorum: quam diligentius Thucydide Herodotus seruauit. similis enim hic in omnibus, ac in concionibus magis quam in narrationibus. Mihi quidem, & carissimo Cæcilio, Demosthenes eius enthymemata vel maxime expressisse & imitatus esse videtur. Vt autem vno verbo omnia complectar, elegantissimæ sunt vtriusque poëses: (non enim verebor poëses eas appellare) sed hoc vel maxime à se inuicem differunt, quod constructio Herodoti hilaris est, horribilis verò Thucydidis. Sed de his Historicis hæc dixisse sufficiat, cum multa nobis alia dicenda sint, de quibus alius erit differendi locus.

XVIII.

XENOPHON autem, & Philistus, qui iisdem temporibus floruerunt, neque idem ingenium neque institutum secuti sunt. Xenophon enim, Herodotum in vtroque genere, tum in eo quod in materia cernitur, tum quod in elocutione, imitatur. Nam in primis
 mat-

materiam suæ historiæ elegit pulchram & magnificam, ac eam quæ virum sapientiæ studiosum decet; vt Institutionem Cyri, boni atque felicitatis regis effigiem; ac etiam Expeditionem minoris natu Cyri; (cui ipse interfuit) quæ maximam commendationem contiaet eorû Græcorû, qui simul cum eo militabant. Præterea etiam tertium opus Græcarum historiarû, quod inchoatû & imperfectum reliquit Thucydides: in quo imperium triginta virorum dissoluitur, & mœnia Atheniensium, quæ Lacedæmonii sustulerant, atque funditus euerterant, rursus instaurantur. Non solum verò ob materiam in cœlum ferendus est, (in qua Herodotum sequitur) sed etiam propter dispositionem suspiciendus, nam & principiis earum aptissimis vitur, & finem conuenientem vniciq; attribuit. Digessit eleganter & disposuit, ac variis ornamentis suam scriptionem affecit. Mores præ se fert sanctos, iustos, fortes, faciles; ac in summa omnib. virtutib. ornatos. Atque hæc quidem est forma rei & argumenti eius. Forma verò elocutionis, partim similis Herodoto, partim non redundans & fluens. Purus quidem satis in verbis, & apertus; quemadmodum & Herodotus: delegit autem verba vîitata, & rebus ipsis à natura insita: quæ omnino non minus suauiter & iucunde quàm Herodotus ipse cõponit. Excellentiam verò & splendorẽ, amplitudinẽ iucundam & suauẽ cõformationẽ historicam, quemadmodum ** ab terranena* Herodotus, nõ habet. non modo enim hoc ab ipso mutuari nõ potuit, sed etiam si aliquando voluit suam excitare *aura, id est, qua à terra* elocutionem, paululum inspirans, veluti ** terrena aura exconsurgens,* templo languescit & exstinguitur. In multis enim plus *per altum æquo longior sit; nec adeo feliciter vt Herodotus persoper-* (XIX. *per-* narum dignitatem attingit & exprimit: sed in multis, si *git: quos quis recte consideret & perpendat, cum negligentiorem altanos venreperiet.* PHILISTVS autem ad Thucydidem *atos Latine* magis accessisse videtur, & eius exemplo formam orationis *nominari* nis, seu dicendi stylum ornasse. neque enim materiam *docet Plin.* sumpsit nimis simplicem, neque nimis peruagatam, sicuti *lib. 2. c. 43.* & Thucydides; verum vnam, ** & eam de loco: quam in * eamq; loca-* duas inscriptiones digessit; quarum primam, de Sicilia *lem. i. vnusq;* inscripsit; alteram, de Dionysio. esse verò eas vnam & *certi loci.*

eandem, etiam ex fine Siculae historiae cognoscere poteris. Ordine verò optimo historiam non ornauit, sed obscuro, & quem summa cum difficultate animo consequi possis, ac sanè longe peiore quam Thucydides. Res etiam alienas historiae suae inserere noluit, quemadmodum Thucydides: sed in vno argumento permanet. Mores adulatorios, & tyrannorum studiosos, humiles ac sordidos praese fert. Dictione eadem vitur qua & Thucydides, nimirum inusitata & difficili: cæterum rotunditate & acerbitate, ac arguto genere temperata est. Ab illius bene dicendi ornatu & commentationum diuitiis multum abest non solum verò ab iis, verum etiam à formationibus & ornamentis. Illius enim elocutio, multis figuris & ornamentis referta est: Philisti verò, vniformis, grauis ac nullis ornamentis & figuris prædita est cuius etiam multas circumscriptioes inuenire possumus, quæ ab ipso eodem habitu formatae sunt: veluti illa in principio secundae inscriptionis De Sicilia: *Syracusani autem, assumptis sibi sociis Megarensibus & Ennaeis; Camarinenses verò, Siculos & alios belli socios praeter Geloos congregantes: Gelois autem, cum Syracusanis negarunt se bellum gesturos: Syracusani verò, audientes Camarinenses Hyrminum traiecisse.* Hæc mihi omnino nulla iucunditate condita esse videntur. Humilis etiam in omni forma, ac imperfectus est, siue obfessionem exponat, siue colonias deductas; siue laudationes, siue vituperationes persequatur. Neque sermones fortitudini & magnitudini virorum aptos ascribit, sed ad omnem strepitum expauescentes facit: & qui apud eum concionantur, si suas facultates & studia pariter omnes relinquunt. Naturalem autem quandam oris suauitatem in elocutione, & prudentiam inducit mediocrem. Cæterum ad vera certamina * exponenda Thucydide accommodatior est,

* *peragenda.*

XX.

THEOPOMPVs autem Chius, cum sit clarissimus inter omnes Isocratis discipulos, & cum multas orationes tum in genere demonstratiuo, tum in deliberatiuo conscripserit, & epistolas * Achaicas, & adhortatorias alias, & memorabilem composuerit historiam, dignus est qui laudibus in cælum feratur; primum quidem, ob materiam

* *al. Archai-
cas, veteri
style.*

riam historiarum.) ambæ enim, præclaræ sunt: vna quidem, partem belli Peloponnesiaci continet; altera verò, res gestas Philippi comprehendit) deinde etiam propter dispositionem vtraq; enim facile percipi possunt & aperta sunt. Et vel maximè laudandus est ob diligentiam & studium quod in scriptione posuit. Perspicuum enim est, eum, etiam si nihil posteritati reliquisset, multum apparatus huic rei impendisse, & maximos sumptus his colligendis fecisse. Adhæc multorum ipse spectator fuit, & in multorum hominum, qui tum principatum tenebant, & Imperatorum, & Oratorum, & Philosophorum * amicitiam veniens, propter conscriptionem historiarum, rem omnium maxime necessariam ad finem perduxit. Cuius studium & laborem cognoscere poteris, si varietatem scriptionis eius reputaueris. Nam & gentium constitutiones retulit, & civitatum extructiones narrauit: & regum vitas, & mores cuiusq; proprios exposuit: & si quid admiratione dignum, aut ab opinione alienum aliqua regio tulit, opere suo comprehendit. Nec quisquam autem hæc solummodò animi oblectationem habere; (non enim ita se res habet) sed omnibus, vt paucis dicam, summam utilitatem afferunt. Vt verò multa alia silentio præteream, quis est qui iniustias ibit, eos qui philosophicæ eloquentiæ dant operam, oportere multas gentes & Barbarorum & Græcorum cognoscere, multas leges audire, rerum public. formas, vitas virorum, mortes & fortunam perspectas habere? His omnibus copiam præbuit Theopompus, non abstractam à rebus, sed coherentem: quæ omnia ad imitationem valent. Adhæc, * quantam ex philosophia, de pietate, & de aliis virtutibus, multis pulchris orationib. editis differit? Vltimum est eius opus maximè insigne, quod à nullo alio eorum qui res gestas scriptura perlecuti sunt, adeò diligenter elaboratum est; nec quisquam neque præcorum, neque recentiorum eius præstantiam assequi posset. Quid verò hoc est? Inquam, quod in singulis rebus non modò ea quæ multis manifesta sunt, videat & recenscat, sed quod causas abditas rerum, & eorum qui eas effecerunt, animum, quem haud facile est multis nosse, exquirat,

* familiaritatem suam in historia describenda gratia insinuauit: rem historiarum conditori omnium maxime necessariam.
Pag. 132.

XXI.


* in quibus philosophatur de p.

& quod omnia secreta virtutis fucatæ & vitii latentis detegat ac in apertum proferat. Ac mihi quidem videtur inquisitio iudicum, quæ fit scriptis Theopompi, non minus diligens & exacta, quam illa quam fabulantur animis corpore solutis apud inferos fieri, ab iis qui illic sunt iudicibus. Proinde etiam obrectator videtur esse, dum nonnullos debitis conuitiis afficit, & facta viro- rum illustrium non necessaria perstringit: simile quid- dam faciens ac medici, qui corruptas corporis partes se- cant & vrunt, quam profundissime cauteria & sectiones immittentes, non tamen sanas corporis partes & bene affectas attingunt. Atq; huiusmodi est charaëter Theo- pompi qui res continet. Ea autem forma quæ in elocu- tione cernitur, maxime ad similitudinem Isocrateæ acce- dit. Pura enim dictio, vulgaris, simplex, perspicua, subli- mis, magnifica, & summam pompam præ se fert, & qua- dam harmonia temperata est, iucunde & suaviter fluens. Differt autem ab elocutione Isocratis in austeritate & vehementia in aliquibus; nimirum cum se in affectus concitandos dederit, & vel maxime cum vrbibus & du- cibus improba consilia & res gestas exprobrat atque vitio dat. Multus enim est in iis, & à Demosthenis acrimonia ne paululum quidem abest: quod tum multis in aliis libris, tum ex epistolis * Achaicis, quas concitato affectu scripsit, perspicui potest. Quod si in iis in quibus summum studium posuit, collisionem vocalium, & nu- merosas circumscriptiones ac figuras similes neglexisset, longe melior in elocutione se ipso euasisset. Sunt etiam nonnulla in ea parte historiæ quæ ad res spectat, in qui- bus deliquit, & potissimum in comparationibus. neque enim necessariæ quædam earum, neque tempestitue in- ducuntur: multas verò ineptias præ se fert: ex quo genere illa sunt quæ de Sileno commemorat, qui in Macedonia apparuit, & quæ de dracone ad triremem pugna nauali contendente, & alia nonnulla iis similia.

XXII.

* *Al. Archai-
cis, quas in-
genio indul-
gens scripsit.*

DIO-



DIONYSIVS HALICARNASSEVS

DE ADMIRANDA VI DI-
cendi in Demosthene.

Matthia Martinio interprete.

Thucydides lib. 3. de Corycæa
seditione.

* * * * * Βεβαίσιζέ τε ἐν ταῖς πόλεσιν, ἔτα
 ἐρυσερίζοντά πκ, πίση τῶ πωρημαδμων, πολυ ἐπιφερε τῶ
 ὑπερβολῶ ἐς * τὸ καμῆαζ ὡς διανοίας, τῶ ἐπιχρήσιων ἐπι-
 τεχνήσ, ἔ (τῆ) τῶ πμωελῶν ἀτοπία, κῆ τῶ εἰωθῆα ἀξίωσιν
 τῶ ὀνομῶτων ἐς τὰ ἔργα ἀτήλαξαν τῆ δικαιοσύ. Τόλμα μῆ
 γαρ ἀλόγισ, ἀδρία φιλαίτερ, ἀνομιάη· μέλλησις ἢ
 πωρημηγῆς, δειλία δὲ πρῆσις. τῶ ἰσῶφρον, τῶ αἰανδρῶ πωρη-
 μα· κῆ τὸ πωρῶ ἀπαν ξυμετῶν, ἐπίπαν ἀργῶν· τὸ δὲ ἐμπαλῆκτις
 ὀξῶ, ἀνδρῶς μῆρα πωρησετέγη· ἀσφάλεια ἢ τὸ ἐπιβυλῶσαι, δ,
 ἀποτροπῆς πωρησις δὲ λῶσ. ἔ ὁ μῆδ χάλι· πῆνῶν, πῆσις
 αἰ· ὁ ἢ ἀντὶ λῆγῶν αἰτῶ, ὑποπῆ. ἐπιβυλῶσαις δὲ πς, τῆγῶν
 [*τ] ξυμετῶς· ἔ ὑπονοήσας, ἐπ δανότερο. πωρηβυλῶσαις ἢ,
 ὁ πῶς † μῆδῶν αἰτῶ δειήσ, τῆς τε ἑταιρίας διλυτῆς ἔ τῆς ἐνα-
 πῆς ἐκπιπῶν ἢ μῆδ. ἀπῶλῶς δὲ, ὁ φησῆσις τῶ μέλλῶν κωκῶν
 π δρῶν, ἐπηνεῖτο, ἔ ὁ ἐπιβυλῶσαις τῶ μῆ ἀφνοῦ μῆμον. κῆ τὸ
 ξυγῆλῶς ἔ ἑταιρικῶ ἀποπρῆῶτερον ἐγῆλῶ, ἀλῶ τὸ ἑτοιμῶτε-
 ρον εἶναι ἀπωρησις τῶ τολμῶν. ἔ γῶ μῆ τῶ κειμῶν νόμων ὡ-
 φιλείας αἰ τοιαῦται ξυμῶδοι, ἀλλὰ παρῶ τῆς κωρησῶ ὡς πῶλο-

Pag. 164.
 Defunt qua-
 dam.
 * In editioe
 vulgata
 Thucydidis
 est, τῶ κα-
 νῶα.
 * Abest à
 vulg. edit.
 † vulg. ed.
 tur: μῆδῶν
 αἰτῶν δειήσ.

* τὸ δὲ
νόμος Ἰβνι.
vulg. edit.

νεμία, ἔστι εἰς σφᾶς αὐτὸς πίστες, ἢ * τὸ δὲ εἶναι ἔ
 μέλλον ἐπισημαίνον, ἢ τὸ χρηστὴν πικρονομίαν πείπει
 ἢ ἐπισημαίνον καλῶς λεγόμενα, ἐνδείχοντες ἔργων φύλακας
 ὡς ἔργου, καὶ ἢ ἡλιμισθῆ. ἀπλεμωροισαδαι πὶ πικρῶ, ἔ
 πλεονεξία, ἢ αὐτὸν μὴ ὡς παθεῖν. Ἐορκεῖ εἰς πικρῶ ἡλι-
 ξωπλάγης ἐν τῷ αὐτίκῃ ὡς τὸ ἀπορονομαστὴρ διδύμω.
 ἔχουσι, ὅτι ἔχουσι ἀλλοθὶ δυνάμει. Hoc est: Civitates si-
 ditionibus agitabansur & illa, in quibus seditiones ser-
 excitabantur res, quas alibi accidisse iam fama acceperat.
 longe superare studebant, ut propter rerum à se inuentarum
 novitatem, ingenis laudem quaerent, quod novas inimico-
 rum adoriendorum rationes magna cum solertia invenis-
 sent, & nova suppliciorum genera excitassent. Quin etiam
 usitatam vocabulorum significationem in rebus arbitrari
 suo immutabant. Nam inconsiderata quidem audacia,
 fortitudo amicorum studiosa existimata est: considerata
 verò cunctatio, timiditas: speciosa verò modestia, ignorantia
 praetextus. & adhibere prudentiam, ad rem omnem, qua
 gerenda suscipitur, in re qualibet cessatio & segnitie existi-
 mabatur. At vana celeritas, qua quis ad res gerendas
 praceps factus, viri fortis officio adscribebatur. Cautio verò
 in iteranda deliberatione, speciosa negotis detrectandi mate-
 ria. Is qui iracundus erat, is fide dignus semper habebatur:
 at qui verbis ei resistet, eius fides erat suspecta. Qui verò
 insidias aliis parauerat, si res ipsi ex animi sententia suc-
 cessisset, prudens dicebatur: & si aliorum sibi paratas pro-
 vidisset, longè prudentior habebatur. Qui verò prospexisset,
 ne ullus huiusmodi rebus ipse indigeret, is amicitia dissolu-
 tor, & aduersariorum timens vocabatur. In summa is lau-
 dabatur, qui alterum in iniuria facienda praevertisset, &
 qui alium nihil tale cogitantem, ad hoc ipsum impulisset:
 Quin etiam sodales cognatis ac necessariis anteponebantur,
 quod sodales ad audendum sine ulla tergiversatione para-
 tiores essent, quam ipsi cognatis ac necessariis. Nam huiusmo-
 di sodalisticorum coetus, non utilitatis causa, ex legum pra-
 scripto, sed auaritia gratia contra legem usu longo stabilitas,
 fiebant: nec tam iurisiurandi interpositi religione quam sce-
 lerum, qua simul pertrabant, communicatione, fidem inter
 se confirmabant, & que ab aduersariis probe dicebantur, ea
 admisse-

admittebant, si opibus prestarent ita, ut illorum insidias cauere possent, non autem generositate animiq; simplicitate. Et unusquisque hoc plura faciebat, si alium pro illata iniuria ulcisci posset, quam si ipse nulla iniuria ab alio laesissetur. Et si forte reconcilianda gratia causa, iusiurandum inter utramque partem aliquando interponeretur, in presentia id valebat, propter difficultatem, qua tunc utriq; premebantur, quod aduersarios opprimere non possent: quia vires aliunde non habebant. Talis scilicet est dicendi modus, qui à communi sermone defleat, & multa habet superflua, & artificio Rhetorico, varioq; ornamentorum aduentitiorum fucosus est, cuius Thucydides aliis norma est & regula, quem è posterioribus Scriptoribus nemo vnquam vel superauit, vel imitatus est. Alterum autem dictionis genus, tenue nimirum & simplex, quod & compositione & robore communi, & vulgari loquendi modo persimile apparet, plurimi quidem egregii auctores, eum rerum gestarum Scriptores, tum Philosophi & Oratores amplexi sunt. Nam & qui genealogias, relique certo loco gestas conscribere, quiq; de Naturalibus scientiis tractauere, & qui Dialogos Morales, uti tota Socratis schola, vno excepto Platone, & Orationes vel ad populum, vel ad iudices composuere, hoc pænè omnes dicendi genus vsurparunt. Verum ipse Lysias Cephali F. qui Gorgiaz Thucydidisq; æqualis existit, illud perfecit, & ad summum perduxit, ut hoc illi proprium fuisse videatur. Quis autem eius fuerit dicendi scribendique character, & quænam eius eloquentia, in priori tractatu demonstrauimus, sic ut de iisdem iam quidquam dicere non sit necesse. Hoc solum dixero, duos hosce Scriptores harmoniam quandam perfectam, quam *ἁρμονίαν* vocant, inter se fecisse, quod utriusq; styli extremitates multum à se inuicem distantes, diuino sanè studio conatuque suam quisque perfecit. Quantum porò apud Musicos à summæ & grauis chordæ sono, ipse acutus & imus distat: tantum Lysiana dictio, in ciuili loquendi genere, à Thucydidea. Hæc enim animum percellere, illa demulcere valet: hæc contorquere mentem & incitare, illa dissoluere & languidam reddere,

II.

Simplex genus dicendi, quod Lysias perfecit.

III.

Lysia & Thucydida comparatio.

hæc concitatos & graues affectus, illa lenes & mites in animum ingerere. Quin & alia vtriusque effecta. Nam sibi proprium hoc habet Thucydides. vt vioienter ad aliquid hominem impellat, & quodammodo abripiat, Lysias autem furtim irreat, & res ipsas clanculo demonstrat. Et ipsa quidem noua scribendi forma & audax huius Historici propria est: simplex verò tuteque incedens

* *supplouit in Græco, αὐτοειδέως. † addidi ἡρόδοτος, ἀλλὰ τὸ λόγῳ. (IV.*

* instituti ipsius oratoris: quia artificio in oratione non videtur † vti, sed eam incompositam nec affectatam esse vult. Vterque igitur artificium & ornatum sectatur aliquem, & ad fastigium ornatus quisque sui pergit: ille spectat, vt maior, quam sit, esse videatur; hic verò, vt tenuior. Cæterū arbitrator iam opus nō esse exempla vtriusque producere. Hæc igitur duo sunt dictionis genera multum instituto & ratione inter se diuersa. Scriptores quoque in iis excelluerunt, quos recensui, in suo quidē quisque caractere & stylo excellunt; sed sibi mutuo prorsus dissimiles sunt. Tertium dicendi genus mixtum

pag. 165. Medium dicendi genus, & mixtum à Thrasymacho adinuentum, ab Isocrate & Platone excultum, à Demosthene perfectum.

est, & ex duob. his compositū, quod quisnam primus ita temperarit, & ad illum, quo nunc est, ornatum perduxerit, siue Thrasymachus Chalcedonius, iudicio Theophrasti, siue quis alius; non ausim equidem affirmare. Verum ex auditoribus Oratoribus Isocrates Atheniensis, & Philosophis Plato Isocraticus, id eoluerunt, resumeruntque, & ad fastigium pænè perduxerunt. Nam præter hos vix vlli, vnico excepto Demosthene reperiantur, qui aut ea, quæ ad dicendum & necessaria & vtilia sunt, diligentius sectati sint, aut venustatem orationis, & aduentitium verborum ornamentum & splendorem melius demonstrarint. Ipse quidem postremus scribendi Thrasymachi modus medietatem illam præfert, & profectò concinnam. Decenter enim temperatus est, & ex vtroque genere, quod sibi utile foret, delegit. Ostendam autem exemplo, vna scilicet ex orationibus popularibus, cum non simile vbique institutum tenuisse; quæ est: Ἐὐλοίμην μὲν, ὃ Ἀθηναῖοι, μετὰ γὰρ εἰπέμεν Ἐχέου παλαῖ, καὶ τὴν πρῆμύτων, ἡνίκα σιωπᾶν ἀπέχρη τοῖς πατέρας, καὶ δὲ πρῆμύτων ἐπὶ ἀνάγκῃ ζώντων ἀγροδῆεν, καὶ τὴν πρῆμύτων ἐρηῶς τὴν πόλιν ἐπιτροπάζοντων. καὶ ἐπεὶ δὲ οἱς τοσούτων ἡμεῖς ἀνέστη

Thrasymachi dicitio.

V.

non simile vbique institutum tenuisse; quæ est: Ἐὐλοίμην μὲν, ὃ Ἀθηναῖοι, μετὰ γὰρ εἰπέμεν Ἐχέου παλαῖ, καὶ τὴν πρῆμύτων, ἡνίκα σιωπᾶν ἀπέχρη τοῖς πατέρας, καὶ δὲ πρῆμύτων ἐπὶ ἀνάγκῃ ζώντων ἀγροδῆεν, καὶ τὴν πρῆμύτων ἐρηῶς τὴν πόλιν ἐπιτροπάζοντων. καὶ ἐπεὶ δὲ οἱς τοσούτων ἡμεῖς ἀνέστη

αὐτῶν χρόνον ὁ δέξιμων, ὡς τῆς πόλεως ἀκύνει.
 ἴσως ἢ συμφοραὶ . . . αὐτὰς ἐπιπέτων τὰ μέγιστα μὴ θείων ἔργων
 εἶναι, μὴ τε τῆς τύχης, ἀλλὰ τῆ ἐπιμεληθέντων, ἀνάσσει ἢ λέγειν.
 ἢ γὰρ ἀδαιδίη, ἢ ἡ κρεττότερος ἔστιν, ὅστις ἐξαμάρτανειν ἑαυ-
 τὸν ἔπι παρέξει τοῖς βυλοκόμοις, ἔ τ' ἐτέρων ἐπιβυλῶν τε κῆ κα-
 κίας αὐτοὺς καταχρήσεται αἰτίας. ἄλλοι γὰρ ἡμῖν ὁ παραλήτων χρό-
 νος. Ἐάντι μὲν εἰρήνης, ἐν πολέμῳ γνοῖαθ, ἔ ἀφ' ἐκιδυῶν
 εἰς τοῖνδε χρόνον πῶ μὲν παρελθῆσιν ἡμεῖς αὐ. ἀγαπῶσι, πῶ δὲ
 ἐπιπέτων διόδοι. αὐτὴ δὲ ὁμοιοῖα εἰς ἐχθρῶν ἔ παρεχρῶς αὐτοῖς
 ἀλλήλων ἀφίκεαθ. κῆ τὺς μὲν ἄλλως τὸ πᾶσι, ἔ ἀγαπῶν
 ἐσωφρονῶν. ἐν ἢ τοῖς κρεττοῖς ἡμῶν ἢ μὲν ὅς τὺς ἄλλως σωφρο-
 νίζειν εἴωθεν. πῆ δὴ τὰ μέλλοις αὐ γινώσκων εἰπεῖν, ὅτῳ γα λυ-
 πεῖαθ ἐπὶ τοῖς παρῶσι κῆ νομίζειν εἴωθεν. πῆ δὴ τὰ ἐχθρῶν τοῖ-
 τον, ὡς μὲν ἐπὶ τοῖσιν ἔσται; πῶσθον μὲν ἔν τὺς ἀφ' ἐκιδυ-
 ρῶν αὐτοῖς ἀλλήλων κῆ τῆ Ρητόρων, κῆ τῆ ἄλλων ἀποδείξεω, αὐ-
 λῶν πιπυτοῖς αὐτοῖς ἀλλήλων, ὅσθ' ἀνάγκη τὺς αὐτοῖς γινώ-
 μης φιλονικεῖν παρῶν. Οἰόμῳ γὰρ ἐν αὐτῶν λέγειν αὐτοῖς
 ἀλλήλων, ὅσθ' αἰδοῦνται τὰ αὐτὰ πράττειν. εἰδὲ τῆ τῆ ἐπέ-
 ρων λόγῳ ἐν τῶ ἐτέρῳ εὐνοῖα. σκέψασθε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἀ ζητῶσιν
 ἐκρεττοῖς. πῶσθον μὲν ἢ πᾶσι, ἔ πολιτῶν παρεχλῶ αὐτοῖς
 παρέχθ, ἔραση γνωθῶν, κῆ κρηνοῖα τῶς πολιτῶν ἔσται πᾶ-
 σιν. ὅποσα μὲν ἔν ἐκείνων τῆς ἡμετέρας γινώμης ἔσιν ἀκύνει,
 ἀνάγκη λέγειν τῆ παλαιότερων. ὅποσα δὲ αὐτῶν ἐπεῖδδν οἱ
 πρεσβύτεροι, ἔωπα ἢ παρεχθ τῆ εἰδῶν πωθῶν. Hoc est:
 Vellem, Athenienses, in antiqua illa tempora ἔ causas in-
 cidissem, cum iunioribus tacere satis erat, ipsis causis ad di-
 cendum non compellensibus, ipsisq; senibus temp. probè pru-
 denterq; administrantibus. Verum, cum iam nescio quo fato
 in hac tempora incidimus, ut civitatis attendere,
 damna autem eos ἔ horum præcipua, non esse Deo-
 rum opera, nec fortuna, sed ipsorum rectorum, necessario di-
 cendum est. Nam profecid vel stupidus, vel patientsissimus
 ille dicendus est, qui seipsum vltid offerat is, qui cum da-
 mmo afficere gessunt, ἔ isa aliorum perfidia maliciaque Corrupta
 occasionem præbeat. Præterita enim tempora satis id suffi-
 cienterq; nobis ostendunt, qui ἔ in hoc usque tempus per intricata
 pericula præteritos dies amemus, futuros metuamus, satis, 4.
 inquam, ostendunt, cum pro pace bellum, pro concordia ἔ
 consensione, multa dissidia ἔ contentiones inter nos ha-

hæc concitatos & graues affectus, illa lenes & mites in animimum ingerere. Quin & alia vtriusque effecta. Nam sibi proprium hoc habet Thucydides. vt vioienter ad aliquid hominem impellat, & quodammodo abripiat, Lysias autem furtim irreat, & res ipsas clanculo demonstrat. Et ipsa quidem noua scribendi forma & audax huius Historici propria est: simplex verò tuteque incedens

* *supplausi in* * instituti ipsius oratoris : quia artificio in oratione non
Græco videtur † vt, sed eam incompositam nec affectatam esse
αιρίστους. vult. Vterque igitur artificium & ornatum sectatur aliquem, & ad fastigium ornatus quisque sui pertingit : ille spectat, vt maior, quam sit, esse videatur ; hic verò, vt tenuior. Cæte ū arbitror iam opus nō esse exempla vtriusque producere. Hæc igitur duo sunt dictionis genera multum instituto & ratione inter se diuersa. Scriptores quoq; qui in iis excelluerunt, quos recensui, in suo quidē quisque caractere & stylo excellunt ; sed sibi mutuo prorsus dissimiles sunt. Tertium dicendi genus mixtum est, & ex duob. his compositū, quod quisnam primus ita temperarit, & ad illum, quo nunc est, ornatum perduxerit, siue Thrasymachus Chalcedonius, iudicio Theophrasti, siue quis alius; non ausim equidem affirmare. Verum ex auditoribus Oratoribus Isocrates Atheniensis, è Philosophis Plato Isocraticus, id soluerunt, resūseruntque, & ad fastigium pæne perduxerunt. Nam præter hos vix vlli, vnico excepto Demosthene reperiantur, qui aut ea, quæ ad dicendum & necessaria & vtilia sunt, diligentius sectati sint, aut venustatem orationis, & aduentitium verborum ornamentum & splendorem melius demonstrarint. Ipse quidem postremus scribendi Thrasymachi modus mediocritatem illam præfert, & profectò concilianam. Decenter enim temperatus est, & ex vtroque genere, quod sibi vtile foret, delegit. Ostendam autem exemplo, vna scilicet ex orationibus popularibus, cum non simile vbiq; institutum tenuisse; quæ est: Εὐκλοῖμι μὲν, ὃ Ἀθηναῖοι, μεταχρῆν εἰσὶν ἔχρον παλαιῶν, καὶ τῶν παλαιῶν, ἡνίκα σιωπᾶν ἀπέχρη τοῖς νεώτεροις, ἔτι δὲ παλαιῶν σὺν ἀνασχέζοντων ἀγροδύειν, καὶ τῶν περὶ τῶν ὀργῶν τῶν πόλει ἐπιτροπιδόντων. καὶ ἐπεὶ εἰς τοσούτον ἡμῶν αὐτῶν

Pag. 165.

Medium dicendi genus, & mixtum à Thrasymacho adinuentum, ab Isocrate & Platone excultum, à Demosthene perfectum.

Thrasymachi dicitio.

V.

Εὐκλοῖμι μὲν, ὃ Ἀθηναῖοι, μεταχρῆν εἰσὶν ἔχρον παλαιῶν, καὶ τῶν παλαιῶν, ἡνίκα σιωπᾶν ἀπέχρη τοῖς νεώτεροις, ἔτι δὲ παλαιῶν σὺν ἀνασχέζοντων ἀγροδύειν, καὶ τῶν περὶ τῶν ὀργῶν τῶν πόλει ἐπιτροπιδόντων. καὶ ἐπεὶ εἰς τοσούτον ἡμῶν αὐτῶν

αὐτῶν χρόνον ὁ δὲ κίμων, ὥστε τῆς πόλεως ἀκρίειν.
 ὡς ἢ συμφορὰς . . . αὐτὸς ἐϋτῶν τὰ μέγιστα μὴ θεῶν ἔργα
 εἶναι, μὲν τῆς τύχης, ἀλλὰ τ' ἐπιμεληθέντων, ἀνάσσει ἢ λήθην.
 ἢ γὰρ ἀσάφει δὲ, ἢ κρεττέραις ἔστι, ὅστις ἐξαμαρτάνειν ἑαυ-
 τὸν ἵπαι παρῆξει τοῖς βυλομήδοις, ἔτι ἑτέρων ἐπιβουλῆς τε καὶ κα-
 κίας αὐτοῦς καταρχήσθαι αἰτίας. ἄλλος γὰρ ἡμῶν ὁ παρελθὼν χρό-
 νος. Ἐαὐτὸ μὲν εἰρήνης, ἐν πολέμῳ γλοῖα, ἔτι ἀφ' ἐκείνων
 εἰς τὸνδε χρόνον τῶν μὲν παρελθόντων ἡμετέων ἀγαπῶσι, τῶν δὲ
 ἐπιούσων διδόνει. αὐτὴ δὲ ὀμνησιῶν εἰς ἔχθραν ἔτι παραχρῆστος
 ἀλλήλων ἀφίκεται. καὶ τὴν μὲν ἀλλὰ τὸ πᾶν δὲ τ' ἀγαθῶν
 ἐσωφρονῶμεν. ἐν ἢ τοῖς κακοῖς ἡμῶν καὶ ὅς τὴν ἀλλὰ σωφρο-
 νίζειν εἴωθε. τί δὲ καὶ μέλλοις αὐτὸ γινώσκων εἰπεῖν, ὅτι γλυ-
 κεία ἐπὶ τοῖς παρῶσι καὶ νομίζειν εἴωθε. τί δὲ καὶ ἔχθρῳ τοῦ-
 τον, αἰς μηδὲν ἐπιτοῦν ἵσταται; παρῶν μὲν ἔν τὴν ἀφ' ἐπε-
 ρήμων ὡς ἀλλήλων καὶ τ' ἐπ' ἑτέρων, καὶ τ' ἀλλὰ ἀποδείξωμεν, ὡς
 λέγων πεπονητοῦ ὡς ἀλλήλων, ὅτι ἀνάγκη τὴν αὐτὴν γνῶ-
 μῆς φιλοικεῖν πείσθαι. Οἰόμενοι γὰρ ἐν αὐτῶν λέγειν ὡς
 ἀλλήλων, ὅτι αἰδοῦνται τὰ αὐτὰ πράττειν. ἔδδ' ἔτι ἑ-
 τέρων λόγων ἐν τῶν ἑτέρων ἐνόντα. σκέψασθε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἀζητήτων
 ἐκρετοῖ. παρῶν μὲν ἢ πάρεσσι πολιτικῶν τε καὶ αὐτοῖς
 παρῆξαι, ῥᾶ τῃ γνωσθῆναι, καὶ κρινοῦνται τοῖς πολιτικῶν ἔσοι πα-
 ρῶσι. ὅποσα μὲν ἐν ἐκείνων τῆς ἡμετέρας γνῶμῆς ἔστιν ἀκρίειν,
 ἀνάγκη λέγειν τ' παλαιότερων. ὅποσα δὲ αὐτῶν ἐπέδδον ὅτι
 κρετότεροι, ὡς τὰ παρῶν τ' εἰδῶντων πωλεῖται. Hoc est:
 Vellem, Athenienses, in antiqua illa tempora et causas in-
 cidissem, cum iunioribus tacere satis erat, ipsis causis ad di-
 cendum non compellentibus, ipsisq; senibus temp. probe pru-
 denterq; administrantibus. Verum, cum iam nescio quo fato
 in hac tempora incidimus, ut civitatis attendere.
 damna autem eos et horum precipua, non esse Deo-
 rum opera, nec fortuna, sed ipsorum rectorum, necessario di-
 cendum est. Nam profectò vel stupidus, vel patientissimus
 ille dicendus est, qui seipsum videri offerat is, qui cum da-
 mno afficere gestiunt, et ista aliorum perfidia malitiaque Corrupta
 occasionem praebeat. Praeterea enim tempora satis id suffi-
 cienterq; nobis ostendunt, qui et in hoc usque tempus per intricata.
 pericula praeteritos dies amemus, futuros mesuamus, satis
 inquam, ostendunt, cum pro pace bellum, pro concordia et
 consensione, mutua dissidia et contentiones inter nos ha-

beamus. Et alios quidem multitudine & abundantia bonorum sapere docuimus : at is in malis insanire visus est, qui alios sapientiores reddere solet. Quid scilicet quis commemorare queat, quo & ipse dolere, & quod quasi amplectendum, alius statueret consuevit? Quid verò consequetur huiusmodi, quod non amplius tale futurum est? Primum quidem digladiari inter se Oratores & alios demonstrabo, dicamq; id sibi mutuo illos fecisse, quod qui sine ratione contendunt, facere equum esset. Rati enim sibi mutuo contraria dicere, non intelligunt se eadem omnino agere, & alterius verba in alterius contineri. Attendite quæso ab initio, quid utriq; intendant. Primum quidem ipsa Reip. constitutio dissensionis illius causa est, qua tamen cognita facilis est, & omnibus civibus communis. Quæcumq; igitur ex iis rebus, qua nostri instituti essent, licuit audire, seniores ipsi dicant : qua verò sciunt seniores, hac nos ab iis, cum sciant, inuestigemus. Tali itaq; elocutionis modo utitur Thrasymachus, qui inter duos alios medius est, & admodum concinne commixtus, & quasi iaculum perappositum, ad utrumq; stylum comparatum.

VI.
Isocratis dictio qualis.

Ipsa verò Isocratis dictio, cuius eloquentiam tota obstupuit Græcia, quique nullam quidem forensam causam nec priuatim, nec publice perorauit, orationes tamen insignes quamplurimas, in omni orationum genere composuit, quem stylum consecetur, ante hæc latius ostendit, nihil autem vetat iterum ea, quæ cognita per necessaria sunt, reuiter & summatim complecti. Lysiam itaque in verborum puritate, & diligenti contextu imitatur. nec enim verbis obsoletis, nec fucatis, nec sonoris, sed maxime vulgaribus, & in communi vsu positus vsus est: moribus est accommodatus, ad persuadendum appositus, venustus, omne figuratum locutionis genus euitans, simplicem & tenuem phrasim ad eius imitationem amplexus. Magnificentiam, grauitatem, splendorem à Thucydidis & Gorgia dictione accepit. Ut autem auditori quæ apertissime ea, quæ intendit, explicet, simplicem & inornatam Lysia dictionem adhibet: ut autem ornatu verborum in admiratione auditorē rapiat, & grauitatem splendoremq; rebus ipsis addat, fictam illam & compositam

Gorgia-

Gorgianam expressit. Verum à decoro deflectit, cum pueriles Gorgiæ figuras interdum imitans efflorescere satagit. Antitheta enim & similiter definitia, aliaq; id genus ornamenta, sine modo nedum suo loco collocato, magnificentiam illam peruertunt, & præsertim cum numerose dicere, & instar versus alicuius fluere gestiens, religiose admodum & timide vocales euitat, cauetq; ne cōcursus ille collisioq; asperitatē quandam & tarditatē orationi inducat. Omni autem ratione periodicā compositionē quærit, & eam non rotundam constipatamq; , sed deductam & dilataram, & multis anfractibus, vt flumina, quæ non recto impetu, sed multis flexib. deducta, feruntur, insignitam. Illi autem flexus periodum longiorem faciunt, & vbiq; etiam veriore, quin & affectus tollunt, vt magis causa panegyrica quam forensis esse videatur. Paulo post autē exemplis, cum fuerit opus, id ostēdemus.

Pag. 166.

Forma autem loquendi Platonica etiam à duobus dicendi generibus, vt antea diximus, cōposita est, è sublimi nimirū & tenui; veruntamen in vtroq; non æquē excellit. Quando enim tenuem, simplicem, & nulla arte præditā elocutionē affectat, dici non potest, quam suavis & humana sit. Nam & pura satis & perspicua est instar aquæ limpidissimæ: simplex etiam, & tenuior, quam vlla alia earum, quæ ad eandem elocutionis formā elaboratæ sunt. Nomini bus vtitur cōmunib. perspicuitati studet, omnem accersitū ornatū negligit, ita vt sordes & antiqua illa inuenustas, sensim atq; latenter, in illam irrepant: iucundū quendā vernantemq; florē spirat & tranquillā à fragrantissimis pratis aura quædā blanda & mollis ex illa promanat, nec sonorā & stridulā loquacitatē, nec ornatus insolentiā videtur præ se ferre. Cū autē ad excellentē loquēdi modū, & præclarior genus dicendi, vt sæpenumero consuevit, ingenti impetu ferri cœpit, multo seipso sit deterior. Nam & minus suavis est, & peius loqui Græcè crassiorq; videtur, quam in altero. Perspicuitati enim offundit tenebras, sententiæq; longius deducit, quas cōtraxisse oportuit. Adhibet autē circūlocutiones inuenustas, & inanē fucatāq; verborū copiam ostētat: verbis p̄priis & in cōmuni sermone positis reiectis, nouata, peregrina, obsoleta sectatur.

VII.

Platonis di-
ctio.

Maximè autem in figurata locutione insolescit. Multus enim est & frequens in epithetis seu nominibus ad nomen appositis : in Metonymiis verò ineptus, quin & durior, nec ullam in Translationibus proportionem seruat. Frequenter Allegoriis longe deductis, & iis, quæ nec modum seruant, nedum loci, temporisque rationem habent, vitur. In figuris Poëticis, quæ fastidium pariunt. & præsertim Gorgianis, intempestiue nimium & pueriliter se iactat, quibus tamen sæpè, quemadmodum & alibi Demetrius Phalereus, atque ante eum plures pronunciarunt, vitur. Neque enim hoc à me profiscitur iudicium; nemo itaque putet, hæc me idèò dicere quasi omnem ornatum orationisq; varietatè, quam ipse Plato adhibet, improbem. Non enim sum adèò excors & stupidus, vt hanc laudem tanto viro præreptam velim : præsertim cum sciam eum multa admiratione digna, atque à summa eloquentia profecta, in lucem protulisse. Sed vnum hoc ostendere volui, eum in compositione hoc modo errare consueuisse, qui quidem seipso fit deterior, quando amplum dicendi genus & eximium quarit, longe verò melior, cum tenuem, simplicem, & nullo artificio elaboratam elocutionem, sed inculpabili & simplici exornatione ornaram inducit: tunc enim aut nihil omninò peccat, aut leuiter admodum, aut vix vlla reprehensione dignus est. Equidem tantum virum omnem vitasse reprehensionem arbitrabar. Sed hæc ei omnes, qui eodem, quo ille, tempore vixerunt, (nomina tamen eorum hinc nò cōmemorabo,) vertunt vitio, atq; adèò ipse sibi quod apertissimum est. Suam enim videtur inuenustatem percepisse, vt cui nomen dithyrambi dedit, quod me in præsentia, quamuis à veritate non adèò sit alienum, referre puderet. Hoc porrò ei, mea quidem sententia, adhæsit, quod esset in dialogis Socratis tenuiter & simpliciter conscriptis, educatus. in quibus tamen non permansit, sed Gorgiæ, & Thucydidis compositionem secutus est. Itaque nihil admodum fecisse, cur reprehendi debeat, videtur, quod attraxerit vna cum virtutibus, quæ illorum Scriptorum characteri inerant, etiam vitia. Exemplum autem sublimis dictionis, ex vno eorum, qui vel maxime

VIII.

18

Platonis
Prædium.

in sermone omnium versantur, libello proferam, in quo Socrates cum Phædro, qui ex intimis eius erat, à quo etiam libellus nōmē accepit de Amore disputat. In eo enim libello multam habet venustatē, & cuius hoc principium admodum venustum est & suauē: Ωΐ φι ε Φαῖδρε, ποῖ δὴ, κὴ πότῃ; Φ. Παρὰ Λυσία, ὡ Σάκρατες, ἔΚεφέλε. πορδύσομαι ἢ πρὸς ἀεὶ παλὸν ἔξω τείχευς. σύχρον γδ σκεῖ δῖε τρεῖσά λρόνον κρητήρῳ ἔξ ἑωθινῶ. μέγρε τ' ἀναγνώστῶς ἔΛυσιακῆ λόγῶ, ε μὲ τῶν ἀνάγνωσιν ἑως πνός. Hoc est: O amice Phædre, quoniam & unde? PHÆD. à Lysia, ô Socrates, Cephalici filio. Pergo autem deambulandi gratiâ extra moenia: Multum enim illic consumpsi temporis, sedens à matutino, usque ad lectionem Lysiacæ orationis, & finit à lectione huc usque. Deinde quasi ex aëre sereno & stabili coortus turbo, puritatem dictionis turbat, in poeticam inuenustatem tendens ita exorsus: Ἀγετε δὴ, ὡ Μῦσαι, εἴτε δὲ ᾠδῆς εἶδῃ λίγχι, εἴτε Διῶν μῦσικῶ. ταύτῃν ἔχει τῶν ἐπινυμίων. ζῦμυγι λάβοδε ἔ μῦθα. Hoc est: Iam agite, ô dulces Musa, siue propter cantus speciem, siue propter musicam illam Ligurum nationem hoc nomen inuenistis, mecum adiunxite sermonem. Hæc autem strepitus esse, & dithyrambos, qui magnam quidem verborum iactantium habeant, sed serii nihil contineant, etiam ipse de se testatur. exponens enim quam ob causam impossibile sit amoris nomen affectui, his verbis usus est: Ἡ γδ αὐτῶ λόγῶ δέξῃς ἐπὶ πῖραρον ὁρμῶσης κρητήσῃσιν ἐπιθυμίας, πρὸς ἡδονῶν ἄγῃσιν κρητῶς, κὴ πρὸ αὐτῶν ἑαυτῆς συζῃσῶν ἐπιθυμίων. λαβῶσα, ἐρωτικῶς ῥῶσῃσιν, κὴ νικῆσῃσιν ἀγωγῆ ἀπ' αὐτῆς τ' ῥῶμῃς ἐπινυμίων λαβῶσα, ἔρωτῶς ἐκκλητῆ. Hoc est: Nam cupiditas, quia à ratione abhorret, superauit opinionem ad id, quod rectum est, contendentem, & ad voluntatem forma rapit, atque à cognatis cupiditatibus circa corporis formam vehementer corroborata viscit & superauit, ἀπ' αὐτῆς τ' ῥῶμῃς, id est, ab ipso robore nomen inuenit, & ἔρωτῶς id est, amor nominata est. Et hanc periphrasim cum paucis res verbis explicari posset, latè extendens se ipsum in insulæ nec suo loco positæ compositionis arguit, & subiungit: Συγῆ ποῖνῶ με ἄκκῃ. τῶ ὄλλε γδ δεῖσῃ εἰσῆκῶ εἶναι ὁ τῶσῃ. ὡστὲ αὐ ἄλλῳ πολλῶκῃς τυμφῶλησῃ ἔκκῃ.

6:

Page 1671

φθισιν, ἢ νεφίτῃ δίνῃ ὑπέφραζον, ἢ γαστρὶ ἐμυρρίλαι
 ἢ πόντῃ κενεάπῃ ἀλλὰ πίδαρι, ἢ παγατὸν χθονός, ἢ ἰόπου
 θεῖ; ὕδατι ζακῆ τῷ ἱεροῖ, ἢ γάλακτι κροβακλύσσαι, θήσῃ αὐθραῖ
 νίον ἢ ἀρχῆς ἡδὲ ὄλοφου.

Sed * ne immentum crescat oratio, Platonem omit-
 tam, ad Demosthenem me conuertam, cuius profecto in
 gratiam aliquot dicendi genera, quæ nimirum cæteris
 præstare existimaui, & eorum principes artificesq; enu-
 meraui, non tamen omnes. Antiphon enim, Theodorus,
 Polycrates, Isæus, Zoilus, Anaximenes, cæteri; qui iis-
 dem temporibus claruerunt, nullam nouitatem & excel-
 lentiam sectati sunt, sed ad hæc dicendi genera, & ad has
 normas & regulas dictionem suam conformârunt. Ta-
 lem itaque ciuilem dictionem amplectens Demosthe-
 nes, ad eam variam, & post tantos Oratores natus, nullum
 omninò voluit imitari, nec stylum, nec Oratorem, sed
 cæteros omnes medium tantum assecutos esse, nec par-
 tem aliquam perfecisse ratus; ex omnibus quæ optima
 essent, & quæ plurimum illum iuuarent delegit, & è mul-
 tis unum genus absoluit perfectitque splendidum, tenue;
 superuacaneum, non superuacaneum; nouum, commune;
 panegyricum & ornatu compositum, verum; rigidum,
 iucundum, incitatum, remissum; venustum, amarum, & le-
 ne, patheticum; vt nihil à Protæo antiquis Poëtarum fa-
 bulis celebrato differat: qui omnes sibi nullo negotio
 formas adaptabat; siue Deus siue Dæmôn aliquis fuerit,
 hominum oculos præstigiis fascinans, seu homo qui va-
 riis loquendo linguis hominum aures falleret & demul-
 teret, quod magis verisimile est, cum nefas sit & Diis &
 Diuis humiles ineptasq; formas affingere Idem omni-
 nò de Demosthene sentio, & huiusmodi ei stylum attri-
 buo, qui ex omni genere compositus est. An autem rectè
 senserim, videre poterit is, qui orationes eius cupiet exa-
 minare. Hæc igitur sunt, quæ ad formam Thucy-
 dideam composita sunt: Πολλὰ δὲ ἀνδρῶν Ἀθηναίων
 λόγων μορφῶν, ὀλίγῃ δὲ ἐν ἑαυτῷ ἐπίσταν ἐκκλιούσας, ὡς εἰ
 Φίλιππος; αἰφ' ἰππὺν ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν, καὶ μύρον ὑμῶν, ἀλλὰ
 ἐτὴς ἄλλας, Ἐκλιούσας ἀδικαί, ἐκαστῶν δὲ οἷον ὅτι φησὶ τῶν
 γ' αὐτῶν, οἱ μὴ ποιῶσι τὰ τοιαῦτα, καὶ λέγει δὲ τὸ ἐπὶ ἑστῆσαν ἅπαντα

X:
 * κενεάπῃ
 addidi.
 Demosthe-
 nis stylus.

Protæo

XI:

παρσηκεν, ὅπως οὐκ εἶναι παύσεται τ' ὑβριως, κὶ δίκην δώσει, εἰς
 τὸ ὑποψησθῆναι πάντα τὰ πρόσμυθα, κὶ παρσηκεν ὅρα, ὡς
 διδουκα μὴ βλάσφημον μὴ εἰπεῖν, ἀληθές ἦ, εἰ κὶ λέγαν ἄ-
 παντες ἐὸ ἄλόνθ οι παρσιοντες, ἔ χροθονεῖν ὑμεις, ἐξ ὧν τὰ
 φουλοτατα τὰ πρόσμυθα ἐμιλλων ἐξεν, σὺκ ἀν ἡ γ' ἔμαι δλωα-
 δου χεῖρον, ἢ νῦν Διφρατελῶμα. Hoc est: Cum multa, Athe-
 nienfes, Orationes in omni ferè confilio, de iniuriis qua non
 modo vobis, sed reliquis etiam Gracis à Philippo, ex quo pæ-
 cem fecit, inferuntur, habeantur: cumq; probe sciavi dictu-
 ros esse omnes, at si re non idem præsent, oportere tum ver-
 bis, tum rebus ipsiss præspicere, ut ille ab iniuria desistat, de-
 bita q; pœnas luat: eo deducta proiecitaq; omnia cerno, ut
 verear, ne, quod dicam, contumeliose illud quidem, sed verè
 tamen dici posset. Ego si quod maximè contra Remp. foret,
 Oratores omnes suadere, vosq; suffragiis nostris comprobare
 voluissetis, nibilo deteriore loco quam nunc est, remp. arbi-
 tror futuram fuisse.

Pag. 168.

Dicitio De-
 mosthenis
 Thucydidea
 similis esse
 ostenditur.

In quò autem putem hanc dictionem esse similitam
 Thucydideæ? quia cæteris prorsus dissimilis est: hoc est,
 quod sententias non recta & vulgari ratione proferat,
 neue, vt alii solent, simpliciter ingenueque: sed sermonem
 loquendi vulgarem & communem, in nouum & affe-
 ctatum conuertat commutetque. Ita porro se res, vt di-
 co, habet. Sed si hoc illam collocasset modo, simplex o-
 mnia oratio fuisset, & rectam elocutionis formam ha-
 buisset: Πολλῶν, ὡ ἀνδρες Ἀθλωνῶσι, λόγων γηγορημένων καὶ
 ἐκαστῶν χερδὸν ἐκκλησίαν, πρὸς ἂν ἀδικεῖ Φίλιππος ἐς ὑμῶς
 τε κὶ τὸς ἄλλους Ἑλλῶνας. nunc verò, τὸ ὀλίγα δειν sumtum
 est, loco ὧ χερδὸν. Et τὸ ἀδικεῖ Φίλιππος diuisum à priori-
 bus, & longo intervallo subsequens, & τὸ εἰ μόνον ὑμῶς
 ἀλλὰ κὶ τὸς ἄλλους Ἑλλῶνας, cum posset sine negatione rem
 continenter significare, inusitatam & superuacaneam di-
 ctionis formam adhibet. Ad eundem etiam modum id
 quod mox sequitur, si simpliciter & non artificiose dixis-
 set, hæc pænè ratione fuisset proferendum: κὶ ἀπάντων
 λεγόντων, κὶ εἰ πνευ τὸ μὴ ποιῆσι, ὡς δεῖ ἔ λέγαν ἔ πρόσπειν
 ταῦτα ἐξ ὧν οὐκ εἶναι παύσεται τ' ὑβριως, ἔ δίκην δώσει.
 Similiter & τὸ, κὶ πάντων ὅ οἱ δὲ ὅπ φησόντων γ' ἀν, non
 debitum & legitimum ordinem seruat. Nam τὸ οἱ δὲ ὅπ,

ΠΟΡ

non necessario ponendum fuit, & τὸ φησαντων προ φασκόντων acceptum, non simplici sermone, sed nouo prorsus & superuacaneo dictum est. | His similia sunt & illa : Εἴτ' οἴεσθε οἱ μὲν εἰδὲν αὐτῶν ἰδιωτήρησαν ποιῆσαι κληρῶν, αὐτοὶ δὲ μὴ παθεῖν ἐφιλάξουσ' αὐτοῖσιν, τέτυκτο μὲν ἕξαπατῶν αἰρεῖσιν μῦθον, ἢ ἀσελῆγος βιάσεισθε. Hoc est, *An existimatis, cum ille eos, qui nihil ei nocere, fortasse autem, ne quod ipsi detrimentum acciperent, cauere potuerunt, per fraudem opprimere, quam in dicto bello aggredi maluerit? Nihil superuacaneum, nec otiosum, nec intortum, si hoc modo dixisset : Εἴτ' οἴεσθε αὐτῶν, ὡς μὲν εἴωρα μηδὲν διωκαμένους αὐτῶν, αὐτῶν ἀφαιρῆσαι κληρῶν, φιλαξάμενους δὲ αὐτοῖσιν μὴ παθεῖν, τέτυκτο μὲν ἕξαπατῶν αἰρεῖσιν μῦθον ἢ ἀσελῆγος βιάσεισθε*; Murato enim casu & multum in vnum compactis eum, in superuacaneam, inusitatam, nouamque loquendi formam existimo incidisse. Hæc illis non admodum dissimilia sunt, quæ iam positurus sum : Νῦν δὲ τῶν μὲν σὺν ἰπποῖσιν, ἐν ᾧ τὸ δῆμον ἐπίμησεν αὐτῶν, ἐπὶ ἐναντιώσασθαι, τοῖσιν εἰδὲν. ἐμοὶ δὲ ὅς, εἴτε τις, ᾧ Ἀθηναῖοι, βύλεται νομισῶν μανίαν. μανία γὰρ ἴσως ἐστὶν ὑπὲρ διωκαμένῃ τι ποιεῖν. εἴτε καὶ φιλολιμνίαν, χρηρῆς ὑπέστω. ἔτι* φανερώς ἰμωλίαν,* καὶ μετὰ τὸ χερσὶ, μετὰ τὸ σώματι τῶν χεῖρε τελευτῶν δόξα χεῖρα δαίμην. Hoc est : *Iam verò id quidem non fecit, in quo populum honore afficere potuisset, nec ullum talis generositatis sua specimen edidit. Sed me, siue quis, Athenienses, insaniam existimare vult, (est enim fortasse insania, nisi supra vires) siue liberalitatem, vltro adilitatem subis, adeò palam & nefarie insultans, affectatus est, ut neque à sacris vestibus, neque à choro, denique nec à corpore meo manus ipse suas abstineret. Quid iterum hic naturalem elocutionem turbat & confundit? Primum quidem quod antequam absoluat, quod prius positum erat, siue sententia siue colon dicendum est, aliud interiecerit, & cum secundum nondum finitum sit, tertium nouum subiunxerit. Deinde quoniam secundæ sententiæ consequentiam in tertia iam finita posuit; & tertio in omnibus, quod primi membri partem longo interuallo, cum nihil amplius intelligeretur, reddiderit. Nam τὸ, ἐμοὶ δὲ ὅς, suspenditur, nec finem habet. Εἴτε τις, ᾧ Ἀθηναῖοι, βύλεται νομισῶν μανίαν.*

XII.

* καὶ μεταρῶς ἐπηρεάζων παρηκρολήσεν ὡς καὶ μετὰ τὸ ἱερῶν. Ita hic locus suppletus est, cum antea corruptè legeretur φανερώς ἰμωλίαν.

aliud iterum membrum separatum à priore , & etiam imperfectum. *Μαρία γδ ἰσως ἐστὶ ὑπὲρ δυνάμειν τι ποιῆν*: nec etiam illud membrum ad præcedentia pertinet, sed ipsum per se subsistit. est namque sententia ad alias non spectans. ἢ *Φιλοσημία* est pars secundi membri *Ἔ, εἴ τί τις βέλτερον νομίσει μάταιον*. Quod mox sequitur totum τὸ, *χορηγὸς ὑπὲρ ἑῶν*, primi pars est eius *ἐμοί, ὅς*. Sexcenta huiusmodi in Demosthenē aliquis reperiat, præsertim verò in Philippicis. Et verò pauca admodum sunt, quæ ita translata non sint, præter vnicam orationem de Halenoso : plurima autem in causis iudicialibus, iisque publicis occurrunt, & fermè in solis his & concionibus popularibus, quo signo optimè Demosthenis stylum, ut dixi, agnoscas. Si quis autem putet, hunc Oratorem, quod ad argumentorum naturam personarumque dignitatē respexerit, his minus sæpe vltum esse, errabit profectò, quod fortasse non absurdum fuerit. Age ergò, quæ in re Demosthenica dictio à Thucydidea, quæ ad eundem modum composita est, differat, attendamus. res enim postulat, ut dicatur, non quantum distet qualitate & forma; eandem enim uterque sectatur, à vulgari nimirum sermone ut desistant, nec communem, sed eximium querant; at quantum quantitate, & adhuc magis oportunitate aptaq; & suo loco ponenda. Hic quidem apertè compositione usus est, & ab ea magis ducitur, quam ducatur; verum occasionem & locum eius accipiendæ non probe nouit, sed sæpenumero in hoc delinquit, ideoq; inconueniens, & non suo loco posita, locutionis nouitas dictionem eius obscuram reddit, & quia occasiones non captat, etiam inuenustam. Ipse autem Demosthenes, cum satis sufficienterque, tum etiam tempore & loco ea utitur, non modo dictionem ad ostentationem & splendorem componens, ut Thucydides verum etiam ad hominum usum & commodum. Quare & perspicuitati, quæ maximè in causis forensibus & concertatoriis requiritur, studuit, deditque operam, grauitatem ut in dicendo, quam imprimis eum quæsiuisse apparet, coluisse videtur. Hæc sunt nonnulla, quæ ad sublimis, elaborati, & inusitati styli imitationem, cuius tota vis est in graui-

XIII.

pag. 169.
Discrimen
Thucydidi
& Demo-
sthenis.

Αἰτίμαχος ὃ, ἀρχίστη μὲν αὐτοῖς, ὡς μαγὰλα ἡμαρτηκόσιν.
 Ὁ μὲν ὃ κέρτυρας παρομφαλέσας, ἡρώτα μὲν αὐτὸν πῶς εἰσελ-
 θοι. Ὁ ὃ κελδύσαντι Τισιδῶ ἔ τ' εἰκετῶν ἔφασκε. συμβε-
 λθούτω ὃ τ' εἰσελθόντων ὡς τάχιστα λῦσαι, ἔ τ' ἡ γρηγορήσια
 θεία εἶναι νομίζοντων, ἀπέδοσαν αὐτὸν τοῖς ἀδελφεῖς, ἔ δωμα-
 ρίος ὃ βαδίζειν, ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ Δείγμα ἐν κλίῃ, καὶ
 ἐπέδειξαν πολλοῖς μὲν Ἀθλουαίων, πολλοῖς ὃ καὶ τ' ἄλλων ξιπῶν
 ἔ τ' αὖτις ἀζ. κείμων. ὡς τὸς ἰδίους μὴ μῦθον τοῖς ποιήσασιν ὀρ-
 γί. ἀδ. ἀλλὰ ἔ τ' πλείως κερτῶρειν, ὅτι ἔ δημοσία ἐδὲ παρα-
 ρημία τὸς τὰ τοιαῦτα ἐξαμῶν τῶν ὄντας πτωρεῖται. Hoc est:
 Archippus iste Atheniensis, ἔ τ' Tisis ille, qui mox̄ reus est,
 in eandem palastram deuenere : iracundia auitem motus
 uterque calumniari, litigare, iurgari, conuitiarique ince-
 perunt. Pytheas ver̄ adolescentis amator (vera enim vobis
 omnibus narrabo) ei à patre tutor relictus est. Cum itaque
 huic Tisis omnia conuitia in se in palastra irrogata nar-
 rasset, ipse gratificari, ἔ videri callidus, ἔ insidiari cupiens,
 suasisit ut quidem nos è rei serie cognouimus, ἔ ab iis qui
 probe nouerunt intelleximus, in praesentiarum quidem in
 gratiam redire, at occasionem querere ἔ expectare, ut eum
 solum alibi nancisceretur. His ille credens ἔ ab iniuria de-
 sistens, ἔ cum aduersario familiariter loquens, seq̄ ami-
 cum simulans, ed insania, cum tam iuuenis esset, reductus
 est. Multa corrupta, quæ hic defunt
 cum cœnassemus, circa vesp̄erum egressi pulsamus ostium.
 Illi nos ingredi iusserunt. Cum iam essemus ingressi, me do-
 mo exturbant, hunc autem rapientes ad columnam ligauē-
 runt, ἔ ecce non nemo accepto flagello multa ei verbera in-
 fluxit, ἔ in domum conclusit. Neque his contentus, sed
 pessimos in ciuitate adolescentes imitatus propter paternas
 opes recens iam acceptas iactans se ἔ iuuenem ἔ diuitem,
 iussit iam iterum exorto Sole famulos, qui eum ad columnā
 * f. pro τ' μὲν ligauerant, flagellare. Iam itaque tali modo constituto
 θειπνῶ τῷ aduersario Antimachum arcessiuit, qui * tum forte cœna-
 ροι. reponēd. bat. Ille ver̄ ebrius venit, pulsato vehementius ostio, in-
 ο. ἔ δειπνῶν trans ei ἔ Antimacho, ἔ eorum vxoribus conuitiari cœ-
 τυρῶν, quan- pit. Antimachus quidem illis iratus est, quia multū deli-
 quam non- querat, tamē aduocatis testib. rogat, quomodo hic intrārit:
 dum rectē. Ille, hortatu Tisidis ἔ domesticorum, dixit. Suadentibus
 autem

deus. Hoc est : Ab hinc triennium custodia nobis Pag. 170
 denunciata, Panactum ingressi sumus. Habuerunt au-
 tem Canonis filii, tabernacula prope nos, quod utinam fa-
 ctum non esset. prima enim inimicitia & offensa inde
 nobis orta sunt, sicut audietis. Putabant isti quotidie,
 cum primum pransi essent totos dies : idque dum in pra-
 sidio fuimus, facere non destiterunt. Nos vero, ut his
 soliti eramus, isa foris quoque debebamus. Qua igitur
 hora alii cœnam parare consueverunt, ea isti iam baccha-
 bantur plerunque in pueros nostros pedissequos, tandem et-
 iam in nosmetipsos. Illos enim dum cibos coquerent, fu-
 mo aut conuiciis, quicquid eis in buscam veniebat, molestos
 sibi esse cum dicerent, & matulis petebant & perminge-
 bant, neq; ullum petulantia genus aut consuetudine prater-
 mittebant. Qua cum nos videremus & agrè ferremus,
 primum dissimulauimus : ut autem nos sublaunabant, nec
 desinebant, duci rem indicauimus, eumque communiter
 omnes contubernales conuenimus, non ego seorsim ab aliis.
 Qui cum eos obiurgasset, & eorum recordiam accusasset :
 non ob ea solum, de quibus nos questi eramus : sed propter
 omnia eorum in exercitu edita facinora, tantum abfuit,
 ut desinerent, & erubescerent ; ut cum primum tenebra
 facta essent, statim in nos eodem die vesperi impetum fece-
 rint, ac primum maledixerunt, tandem verberibus me
 affecerunt, & tantum clamorem & tumultum circa ten-
 torium excitarunt, ut & exercitus & dux & centuriones
 venirent, & aliorum milites quidam qui obstiterunt, ne
 quid in nos grauius consulerent, aut a nobis paterentur ea
 debacchatione irritatis. Re hæcenus progressa, ut huc
 rediuimus, ira, ut fieri solet, inter nos & inimicitia sanè fue-
 runt : non tamen ego vel in ius propterea vocandos, vel
 ullam rationem eorum, qua acciderant, habendam puta-
 bam. Sed illud omnino decreueram cauere ac dare
 operam, ne posthac in similes homines incidere. Ex-
 hibito igitur in primis de his, quæ dixi, testimonio, postea
 quid ab eo sim perpeffus, ostendam, ut sciatis eum,
 cui prima delicta castiganda fuissent, ipsum prio-
 rem multo atrociora commisisse. T E S T E S.
 Qua igitur proxus negligenda esse duxi, hæc sunt.

Non multo autem post deambulante me pro meo more vesperi in foro cum Phanostrato Cephisiense, quodam ex aequalibus meis : praterit Ctesias filius istius ebrivus circa Leocorium, prope Pythodori ades. Conspicatus autem nos clamore sublato, secumque murmurans more ebrivus hominis, ut non intelligeremus, quid loqueretur, praterit Melitem versus ascendens. Potarant autem ibi apud Pamphilum fullonem, Conon. Theotimus quidam, Archebiades Spintharus Eubuli filius, Theagenes Andromenis F. multique alii. Quibus Ctesias concitatis in forum venit. Sic autem accidit, nobis à Proserpina fano reuertentibus & deambulantibus, ut iterum prope Leocorium essemus, & in istos incideremus. Ut autem congressi sumus, unus eorum homo ignotus, in Phanostratum irruit, eumque detinet. Conon autem & filius eius, & Andromenis filius in me facto impetu primum me exuunt. deinde supplantatum & prostratum in cœnum sic tractarunt insultando & contumeliose vexando, ut labrum discinderent & oculos occluderent, & tam affectum relinquerent, ut neque surgere neque loqui possem, iacens autem multa ex iis & amara audiebam, ac cetera quidem conuicia sunt, quorum quaedam apud vos nominare erubescerem. Quod verò insolentia Cononis signum & argumento est, ductu eius & auspiciis facta esse omnia, id vobis dicam. Cantabat enim gallos victores imitans, alii autem iubebant eum alarum vice latera cubitu plangere.

XVII.

Nonne hæc plura sunt & admodum accurata, aperta, propriis vulgaribusque verbis more Lysiano composita? sic equidem cenleo. Quid, nonne brevia, rotunda & omninò vera sunt, ac simplicem nec affectatum naturæ stylum, ut illa Lysiae expriment? maximè. Nonne etiam verisimilia suat, morata, ipsisque personis & rebus convenientia, decoro subseruiunt? annon & magnam venustatem, persuadendi vim, suauitatem, oportunitatem, aliasque virtutes quamplurimas, quæ in Lysiae orationibus emicant, ostendunt? Omninò, nec aliter dicere fas est. Quasi utraque è titulo oratio apertè ostenderet, cuiusnam foret, sed in eas incideremus, & titulo carerent, paucos fore putem, qui ex tempore internoscerent, vtra

Demo-

Demosthenis, vtra verò Lysiae foret. Ad eò illae inter se orationes similes sunt. Huius generis etiam est oratio aduersus Apollodorum pro Phormione ; aduersus Olympiodorum damni dati, aduersus Bæotum de nomine, appellatio aduersus Eubulidem , disceptatio aduersus Macartatum, & aliae plurimae orationes priuatae, ferè viginti: in quas si iam incideris, cognosces ex eis argumentis, quibus ego ipse noui. Quin etiam orationes de causis publicis vt plurimum hoc stylo compositae sunt. De singulis autem, in quibus plus de splendore , grauitate, aliisque accersitis ornamentis quam de verborum ornatu sollicitus fuisse apparet, exempla produxissem, nisi vereretur, ne multitudine modum ipsa excederet oratio. Ipsa autem oratio ad Philippi epistolam , & eius legatos, quam Callimachus de Haloneso inscribit, cuius initium: *Ὡς αὐτοῖς Ἀθλιωταί, ὅσα ἐστὶν ὅπως αἱ ἀφ᾽ ἡμῶν εἰς Φιλίππων ἀειπῶνται*, tota simplex est, & ad amissim Lysiae characterem expressit: rarò autem nouitatem, magnificentiam, grauitatem, & alias virtutes, quas adhibere Demosthenes solet, ostendit. Quomodo autem hi inter se differant, & quomodo discernere licebit , qua ratione Lysiam in dictione Demosthenes , cum debito & necessario loquendi modo vtitur , superet, cupies hoc forsitan intelligere. Naturalem quandam venustatem & elegantiam Lysiae orationes praese ferunt , vt & antea à me dictum est, qua alios omnes Oratores superat, vno tamen excepto Demosthene. Haec autem elegantia, veluti Australis quidam ventus, vltra exordium narrationemque non extenditur. Cum verò ad confirmationem descendit, paulatim deficit, tandem circa finem grauibus & concitatis affectibus omnino exstinguitur. non enim neruosa est, nec valida: in Demosthene verò vires magnae & nerui viriles, venustas etiam satis multa , vt venustate satis eum vincat , neruositate & robore omninò antecellat. Haec secunda est obseruatio, qua quis Demosthenis loquendi modum, cum debite, & prout res exigit, loquitur, X VIII. queat deprehendere & dinoscere. non enim quemadmodum nouitatem & superuacaneam locutionem , & omnes non ad rem pertinentes , elegantias omittit , ita

& magnitudinem & nervos, sed adeo firmiter & constantet eos adhibet, ut vel ei adnati, vel ipsa exercitatione ad dictionem parati, & in promptu esse videantur. Nam eos cum proportione quadam intendit & remittit. Et hæc, quæ dico, perspicua sunt, ita ut exemplis nullis opus sit rem asserere. Iam autem de medio illo stylo aliquid dicamus, quem ab Isocrate & prius à Thrasymacho, deimum à Platone imperfectum mutuatus Demosthenes, quantum humano ingenio fas erat, perfecit. Cuius rei multa aliquis exempla proferre queat ex orationibus in Philippum aliisque publicis, plurima & pulcherrima ex oratione pro Ctesiphonte. hæc enim optimè & maximè temperata in verbis composita videtur. Si satis temporis habuisssem, & verba ipsa apposuisssem; sed cum etiam multa & quidem necessaria omiserim, hoc etiam relinquam, brevissimis modo exemplis usus, & dicis gratia dicturus. Exemplum è medio genere petita sunt, hæc ex accusatione aduersus Æschinem: Αἰὲ μὲν γὰρ, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀποσηκεῖ μισοῖν ἐκ γλαΐζειν, τὰς ἀποδείξας ἐ δὲ ἀποδείκτες μὲν γὰρ ἰὼ ἐπὶ τῆς κακοῦ τὰς τῆς ἡρώϊτ. αὐ, ἐ παύτως ἀφελήσεν ἀθρήσας καὶ ἡρώϊτ. νόση γὰρ ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δειδὸν ἐπέπτακον εἰς τὴν ἐκείνου, καὶ χαλεπὸν οἱ πολλῆς πικρῆς σιωπῆς, καὶ παρ' ἑμὲν ἐπιμελείας δειδόμενον. Hoc est: Semper quidem par est proditores, & eos qui se munerebus corrumpi patiuntur, Athenienses, odisse & punire. & hoc præsertim tempore si feret, multis hominibus magnam publicam utilitatem afferret. Grauis enim & periculo sus, Athenienses, morbus Græciam inuasit, qui magnam oram diligentiamque à vobis efflagitat; & quæ sequuntur. Ex Oratione aduersus Aristocratem: Πολλὰ μὲν δὴ παρ' ἡμῶν ἔστι τοιαῦτα; οἷα ἐχέτε ῥῶδι. ἢ οὐκ ἔστιν ἰδιώτων πάντων καὶ σεμνότερον, ἢ τὸ ἀρεῖω πάγῳ δικαστήριον, ὅθεν ἔτι τοιαῦτα ἔστιν εἰπεῖν καὶ λατρεῖν ἐδιδυμένα, καὶ μηδὲν, ἔστιν αὐτοὶ μέγιστος ἐσμὲν, ὅσα ἀπὸ ἐδενος ἀπὸ δικαστηρίων. Hoc est: Multa apud nos sunt talia, qualia apud alios non reperuntur; unum porro maximè proprium & sanctissimum Areopagitarum iudicium, de quo tot præclaræ narrationes, tum fabulosa, tum nostris testimonio confirmata, dicenda sunt, quod de ullo alio in terris iudicio. & quæ deinde. Ex Oratione de immu-

XIX.

Oratio pro
Ctesiphonte.

*ὄντ. ἰδιώτων
των.

Hoc est: Semper quidem par est proditores, & eos qui se munerebus corrumpi patiuntur, Athenienses, odisse & punire. & hoc præsertim tempore si feret, multis hominibus magnam publicam utilitatem afferret. Grauis enim & periculo sus, Athenienses, morbus Græciam inuasit, qui magnam oram diligentiamque à vobis efflagitat; & quæ sequuntur. Ex Oratione aduersus Aristocratem: Πολλὰ μὲν δὴ παρ' ἡμῶν ἔστι τοιαῦτα; οἷα ἐχέτε ῥῶδι. ἢ οὐκ ἔστιν ἰδιώτων πάντων καὶ σεμνότερον, ἢ τὸ ἀρεῖω πάγῳ δικαστήριον, ὅθεν ἔτι τοιαῦτα ἔστιν εἰπεῖν καὶ λατρεῖν ἐδιδυμένα, καὶ μηδὲν, ἔστιν αὐτοὶ μέγιστος ἐσμὲν, ὅσα ἀπὸ ἐδενος ἀπὸ δικαστηρίων. Hoc est: Multa apud nos sunt talia, qualia apud alios non reperuntur; unum porro maximè proprium & sanctissimum Areopagitarum iudicium, de quo tot præclaræ narrationes, tum fabulosa, tum nostris testimonio confirmata, dicenda sunt, quod de ullo alio in terris iudicio. & quæ deinde. Ex Oratione de immu-

hilateæ

bitate: Πρώτον μὲν τοίνυν Κόνονα σκοπεῖτε, εἰ ἄρα ἀξίον κα-
 παμμεγαλύνεις ἢ τ' αὐθρα, ἢ τὰ πεπραγμένα αὐτοῦ, ἀκυρό-
 τι ποιῆσαι τ' ἐκείνω δοθέντων. ἔτ' ἔτι αὐτῶν, ὡς ὑμῶν
 πινυῖσιν ἀκῆσαι τ' ἔτι τὴν αὐτῶν ἡλικίας ὄντων, μὲν τὴν
 ἔθ' ἡμῶν καὶ ἴσθον ἐκ * Πειραειῶς, ἀδωνεύς ἡμῶν τ' πόλιτος
 ἕως. Hoc est : Primum igitur Cononem intuemini,

utrum par sit, vel illum virum, vel res ab eo gestas repre-
 hendi, ac donationes illi factas abrogari. Is enim, ut ē
 vestrum quibusdam, qui aequales illius fuerunt, audire
 licet, post populi ē Pyraeo reditum, urbe nostra imbe-
 cilla. & sequentia. Ex Oratione de Corona: Α' μὲν
 ἔτι αὐτῶν τοῦ πολιτεύεσθαι, καὶ δημοζορεῖν ἐμὲ πρὸς λαβὴν καὶ
 κατὰ Φίλιππον, ἰάσαι ἕδην γὰρ ἡγῆμαι τῶντων εἶναι
 αὐτῶν ἐμὲ. ἀ ἢ ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπὶ ταῦτα ἐπίστω ἐγὼ, * δι-
 κώλυον λαβεῖν, ταῦτα ἀναμνήσω, καὶ τ' αὐτῶν ὑφ' ἕξω λόγον,
 τοσούτων ὑπειπῶν. Πλειοκτῆμα, ὡ ἀνδρες Ἀθλωαῖοι, μέγα
 ὑπῆρξε Φιλίππου. Πασῶν γὰρ τοῖς Ἑλλησιν, ἔ Τισίαι, ἀπὸ
 πάντων ὁμοίως * φορεῖ αὐτοῦ τῶν καὶ δωροδέκων, ἔ τοῖς ἐχθροῖν
 αὐτῶν σὺν ἕθ' ὅσων ἕδεις τὸ αὐτῶν μίμηται γρηγοῦν.

Hoc est : Sed qua antequam ego me Reipub. traderem, ἔ
 conciones ad populum haberem. Philippus inuasit, ἔ occu-
 pavit, iam prateribo. Eorum autem, qua iam ab eo tem-
 pore, quo ego ad Remp. accessi, occupare prohibitus est, men-
 tionem faciam, ἔ de iis dicam, si hoc praesuerat: Magnam
 Philippus praerogativam habuit: nam Gracos non aliquos,
 sed uniuersos ingens proditorum, ἔ largitionibus inbian-
 tiunt, hominum Diis inuisotum copia existit, qualis vix
 antea fuit. & quæ subiungit. Hunc stylum egregiè con-
 uenienterq; temperatum & commixtum maximè probo,
 & aliis si quis me interroget causam, cur nec sublimia illa
 & nouata Thucydidea optima censeam, nec in Lysiacis
 illis tractis & diuulsis perfectam dictionem constituam,
 hoc ei responderem. Non omnes, qui ad populares con-
 ciones, iudicia, aliosq; conuentus, vbi ciuilib. orationibus
 opus est, veniunt, graues & sublimes sunt, neq; Thucydi-
 dis ingeniū habent, neq; etiam omnes imperiti, & cōpo-
 sitionis oratoricæ ignari sunt. Sed hi quidem à re iusticā,
 alii à re nautica, alii ab aliis opificiis confluunt, quibus
 magis is qui simplicius & vulgarius dicit, placebit.

* ἐκ τ' Πει-
 ραιῶς υἱός.
 * δικώλυον
 vulg.
 † non est in
 vulgatis.
 * totum locū
 sic habent
 vulg. edit.
 φορεῖ αὐτοῦ
 τῶν - σὺν ἕθ'
 βη γλυκῶς, καὶ
 ποιῶν τῶν, ἔ
 τῶν ἕδεις τῶν
 αὐτῶν μίμη.

X K.

*Auditorum
differentia.*

At omnis accurata constructio, varietas, redundantia, ac nouitas, & ea demum omnia, quæ nec audire nec dicere consueuerunt, molestè illis accidunt, & vt stomachus insuauem cibum vel potum respuit; sic & eorum aures molestè hæc audiunt. Alii verò sunt ciuiles, quique forum tractauerunt, & omnium artium liberalium genere instructi, quibus non eodem semper, quemadmodum illis, modo dicendum est, sed elaboratum, & excellens, & nouum loquendi genus illis depromendum. Sunt fortasse illi aliis pauciores, & illorum maxima pars est, idque nemo ignorat; non ideo tamen contemnendi sunt. Oratio sanè à paucis, doctisque expetita, ignobili & indoctæ plebeculæ non videbitur verisimilis. Qui autem populo & imperitis cupiet placere, à doctioribus exhibilabitur: qui autem vtriusque voluntati conabitur satisfacere, neutrum consequetur. Hic autem Orator ex vtroque dicendi genere compositus est, ideque dictionem eius tali modo temperatam & compositam cæteris omnibus præstare existimaui, & eas illius orationes maximè probo, quæ nimirum in neutro genere excellere & eminere, volunt. Dixi autem initio, Platonem Isocratemque præ cæteris hoc dicendi genus quam rectissime coluisse, magnumque ei quidem incrementum dedisse, non tamen omnino ad summum perduxisse. Quæ verò vterque perficienda aliis reliquit, ea Demosthenem nostrum perfecisse me demonstraturum polliceor: quod ostendere incipiam, cum primum orationes quæ apud vtrumque optimæ videntur, produxero, & eis orationes Demosthenis, quas ad idem argumentum composuit, opposuero: vt institutum eorum & facultatem euidentius perspicias, quæ valde affines inter se sunt. Proferam primum Isocratem, eiusque orationis partem, quæ *de Pace* est & optima omnium habetur, excutiari; quam ipse orationem in ea, quæ est *de Permutatione*, citat, magnum quid & iustissime de illa sentiens, quæ nimirum Remp. maiorum cum ea quæ tunc erat, & res gestas antiquas cum recentibus comparat, antiquas laudat, præsentis redarguit, ostendens oratores tam deterioris mutationis causam extulisse, quod non optima quæque dicerent, sed popu-
lum

XXI.

*Isocratis o-
ratio de Pa-
ce.*

fum ad voluptatem & delicias incitarunt. Sed cum æquo longior ea sit comparatio que maxime ad rem sunt po-

nam. Ita porro incipit: Τις ἦδ' * αὐτῶν ἐπιπλῶν, καὶ μὴ
 † πῶ σιωπῆσθαι φησὶν ὅτι ἡμῖν, ἀλλ' ἐξαιφνης ἐπιστῆς τοῖς ἕτοι-
 μοῖς, ὅτι αὐτῶν μάλιστα ἐπιπρόσθετον ἕως τομίσου; δι' φι-
 λοκυμῆματα μὲν ἐπὶ τοῖς ἑσθλῶν ἔργοις, ἐπὶ τῶν πόλεων ἐκ
 ἑ τὸ πρῶτον ἐγκωμιάζειν ἀξιόμηνον ἔδδιν ἢ ἑ αὐτῶν
 ἐκείνοις πρῶτον ἀλλὰ πᾶν τῶν αὐτῶν. οἱ μὲν ἦδ' ἕως ἑ
 Ἐκλιῶν τοῖς βαρβάροις πολέμῳ διέτελεισάν· ἡμεῖς ἕ, τὸς
 ἐκ τ' Ἀσίας τ' βίον πολεμοῦμεν; ἐκείνοι ἀναστῆσαντες, ἐπὶ
 τὸς Ἐκλιῶν ἠγάθησαν. καὶ κείνοι μὲν ἐλευθερώσαντες πόλεις
 ἕως Ἐκλιῶν, καὶ βοηθῶντες αὐταῖς, τ' ἠμῶν ἠγάθησαν.
 ἡμεῖς ἕ καὶ ἐλευθερώσομεν, καὶ πᾶν τῶν τοῖς τῶν πρῶτον ἔργων, ἀγα-
 νακλιῶν, εἰ μὴ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις πᾶν ἕξορον· οἱ τοῦτον
 ἀπολεῖμεν καὶ τοῖς ἔργοις καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἑ κατ' ἐκείνους
 τ' ἕξορον ἠγαθήσαν, ὅσοι οἱ μὲν, ἕως ἑ τ' ἑ Ἐκλιῶν σιωπῆσαι
 τῶν τῶν πατρίδα * τῶν αὐτῶν ἐκλιῶν ἐλευθερώσαν, καὶ μαχέ-
 μοῖς καὶ ναυμάχοις, τὸς βαρβάρους ἐκείνοισ· ἡμεῖς δ' ἕ ἕως
 ἕως ἑ ἡμετέρας αὐτῶν πλεονεξίας κινδυνώσαν ἀξιόμηνον ἀλλ'
 ἀρχὴν μὲν ἀπάντων ζητήσομεν, † σπασίσειν δ' ὅτι ἐλευθερώσαν· καὶ
 πόλεμον μὲν μικρὸν ὅσον ἕως πᾶν τῶν ἀγαθῶν ἀναμῆματα.
 ἕως ἑ τῶν ἕξ ἡμῶν αὐτῶν ἀσπῆραν, ἀλλ' ἀγαθῶν τὸς μὲν
 ἀπολεῖμεν, τὸς δ' αὐτομάτας, τὸς δ' ἐκ τ' ἀλλῶν καὶ ἐργῶν
 ἐλευθερώσαντες· οἱ * ὁ πόταν πᾶν διδώσι πλεῖον μισθόν, μὲν
 ἐκείνοι ἐφ' ἡμῶν ἀγαθήσαν. ἀλλ' ὅμως ἕως αὐτῶν
 ἀγαθῶν, ὡς δ' ἕως ἑ μισθῶν ἑ ἡμετέρων, εἰπὴ πᾶν
 ἐξαμῶν πᾶνοις, ὅτι αὐτῶν ἐλευθερώσαν δικῶν ἕως ἑ.
 ἕως ἑ ἐκείνοι ἀγαθῶν καὶ βίας ἐπὶ παρανομίας μισθῶν ἑ ἐκλι-
 μέτων ἐφ' ἡμῶν * ἡμῶν, ἕξ ὅπως ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ καὶ
 ἕως ἑ, ὅτι ἀγαθῶν αὐτῶν τοῖς ἑ τ' ἀγαθῶν ἀμῆματα. εἰς
 τῶν ἑ μισθῶν ἐλευθερώσαν, ὡς τ' αὐτῶν μὲν ἐκείνοις ἐκ μὲν ἑ
 ἕως ἑ ἡμῶν, ἐκνοστήσαν ἢ ἐπιπρόσθετον καὶ τὸς συμμῆ-
 χῶς τὸς ἡμετέρας αὐτῶν· ἕως ἑ ἀγαθῶν καὶ ἀσπῆραν, καὶ ἀσπῆραν
 ἕως ἑ ἀπάντων κρινοῖς * ἀγαθῶν ἐκείνοις τ' μισθῶν ἀπο-
 λείψαν. τοῦτον ἢ ἑ καὶ ἕως ἑ ἐκείνοις ἐκ μὲν ἑ ἕως ἑ
 ἀποκινήσαντων, ἀλλὰ ἑ τ' μισθῶν, ὅσοι ἐκείνοι μὲν; εἰ
 πολέμῳ ἕως ἑ πᾶν ψήφισάντες, μετῆς ἕως ἑ ἀγαθῶν καὶ ἀσπῆραν
 τ' ἀποπέλεις, ὅμως ἕως ἑ ἀγαθῶν τοῖς αὐτῶν συμμῆσαν
 ἕως ἑ ὅσοι κινδυνώσαν· ἡμεῖς ἕ ἕως ἑ τῶν αὐτῶν ἀσπῆραν ἐλευ-
 θῶντες

X X I I:
 * deest in
 vulg.
 † πῶ non hāc
 bent vulg.
 * unig: hāc
 bent τῶν
 αὐτῶν;
 † σπασίσει
 est in edis;
 vulg.
 * in vulg. ὁ
 πόταν πᾶν
 πλεῖον μί-
 θῶν διδώ, μὲν
 ἐκείνοι ἐφ'
 ἡμῶν ἀγ.
 † vulg. leg:
 πλεονεξίας.
 * ἕξορον in
 vulg.
 † ἀγαθῶν
 ἕως in vul.
 * item deest;
 † ἕως ἑ

λυήτες, & ποῦτοι τὸ πλῆθος ὄντες, ὡς βασιλεὺς ὁ μέγας.
 μεθ' αὐτοῖς, ἔρωμεθα τῆς τραπέδης. καὶ τότε μετ', εἰ τρεῖρας

* vulg. πλη-
 ροῖς.

† & μοχ-
 σεβιβαζον.

∴ & ἰξί-
 πεμπον.

* in vulg.

δοποαίνωσι.

† & abest à
 vulg.

* ἀπεισιν εἰ-
 ναι παρὰ δὲ
 vulg.

† vulg. μέγα
 φρονεῖμεν.

* ἐπληρωμένον, τὴν μετ' ἑξίνων, & τὴν δὲ μέγαν καὶ συνέβια-
 ζομεν, τὴν ἢ πολλὰ μετ' ὅσων. ἐξέπεμπομεν νῦν ἢ, τοῖς
 μετ' ἑξίνων, ὁπλίταις ἔρωμεθα, τὴν ἢ πολλὰ ἐλαύνει ἀναγ-
 κήζομεν. ὡδ' ὅτι τὰ * ἀνακαίνωσιν εἰς τὴν ἢ πολέμων, οἱ
 μετ' ἄρχον ἢ Ἐλλήων ἀξιοῦντες, ὡς ἡρώσιον ἔχοντες ἀνακαί-
 νωσιν. οἱ ἢ τοῖσιν τὴν φύσιν ὄντες, οἷς ὀλίγον ὡς ἄλλο
 διήλθον, μετ' ὅσων κινδυνώσωσιν. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ καὶ τὴν
 πόλιν ἰδὼν αὐτῶν καλῶς διοικεῖμεθα, καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἡρωσι-
 σθον, ἀλλ' ὅσον αὐτῶν αὐτοῖς τῶν μέγιστον ἀγαπητόσθον,
 διήκων ἀπὸ τῶν μετ' εἶναι φασί, καὶ τὴν πόλιν ταύτην ὡς
 ἄλλο ἐκιδιώμεν ἢ ἄλλων ὡς ἄλλο ἢ ἡρώσιον εἶναι * ἢ ἄλλων
 παρὰδειγμα ἢ καλῶς τε & τελευτήτως πολιτεύσθον, χεῖρον
 καὶ παρὰ χεῖρον τὴν ἡμέτερον αὐτῶν διοικεῖμεν ἢ ἀπὸ τῶν
 πόλεως οἰκίζομεν. καὶ σμηνωμέθων μετ' καὶ ἢ μεγαλοφρονε-
 μεν ἐπὶ τῷ βέλῳ ἢ ἄλλων ἡρωσιον. ῥῶσιν ἢ μετὰ δὲ δαμν
 τοῖς βελονοῖς ταύτης ἢ ἀλλοῖας, ἢ Τελεία καὶ τε καὶ Λα-
 κωνοῖ ἢ αὐτῶν ἀλλοῖας. Hoc est : Quis enim obsecro
 est, qui peregrinè adueniens, & nostri erroris expertus adhuc, si
 his rebus de improviso interueniat, nonne delirare nos &
 insanire arbitretur? qui cum res praclarè à maioribus ge-
 stas laudi nobis ducamus, & Rempub. nostram eo nomine
 celebrare possimus: tantum abest ut eos vlla ex parte imi-
 temur, ut planè contraria faciamus. Nam illi quidem pro
 Gracis contra Barbaros pugnare non destiterunt: nos verò
 eos, qui in Asia victum quaritabant, huc retractos contra
 Gracos duximus. Illi dum Gracis urbibus libertatem re-
 stituunt, dum opem ferunt, Gracia principatum accepe-
 runt: nos qui seruitute * premimur, qui planè diuersum a-
 gemus, indignamur, eundem honorem nobis non haberi:
 cum inter dicta & facta nostra atque illorum tantum in-
 tersit, ut ipsi pro conseruandis Gracis patriam deserere
 non dubitarint, & terra marique Barbaros vicerint, cum
 nos ne pro nostris diuitiis opibusque dimicare velimus, sed
 omnes quidem imperio premere studemus, sed militare re-
 cusamus. Ac nemo ferè est mortalium omnium, quem bello non
 lassamus, sed rei militaris exercitatione prorsus negligi-
 mus. Et cum hi quorum operas conducimus, partim excubitas,
 partim transfuga, partim omni flagitiorum genere cooperati,

Pag. 173.

* Sic colligo
 ex pag. inf.
 174. v. 35.

huc cōfluxerint, sic animati, ut si quis plūs stipendii nume-
 ret, eius ductu nos oppugnaturi sint: ad id tamen eos dili-
 gimus, ut etiam si liberis nostris vim aut iniuriam fece-
 rint, pœnas eos dāre nollemus. Iam illorum rapinis & vio-
 lentia & auaritia (tamen si nobis erimini dari soleat, quod
 illi commiserint) ad id non succensimus, ut latemur etiam,
 si quid eos huiusmodi perpetrasse audierimus. In eam de-
 nique stultitiam incidimus, ut ipsi annonā penuria labo-
 rantes, peregrinam alere militem studeamus, & a sociis
 nostris per iniuriam tributa extorqueamus, quo mercedem
 communibus omnium hostibus numeremus. Postremū
 tanto deteriores sumus maioribus nostris, non laudatis illis
 tantum, sed iis etiam qui in odio fuerunt: ut illi si quibus
 inferre bellum decreuissent, quamuis auro & argento rescra-
 tum esset ararium, tamen suis corporibus exequenda, qua
 statuerant, censerent: nos ad tantam egestatem redacti, in
 tantā civium multitudine, perinde ut magnus rex conditi-
 tibus exercitiis utamur. Illi, classe in mare deducta pe-
 regrinos & seruos nauibus agendis praeiciebant, ciues armis
 ornatos mittebant: nos conductitiis milibus grauem ar-
 maturam damus, ciues remigrare cogimus. Unde fit, ut in
 hostilem agrum ingressi, qui sibi imperium in Gracos arro-
 gant, nauticum instrumentum gestent: illi verō salibus in-
 genis praediti, qualia paulo ante descripsimus, armati in
 acie versentur. At verō domi Resp. sic administratur, ut in
 eam intuenti bona spes fiat etiā de ceteris: Imō illud ipsum
 est, quod maxime indignetur. Nam cum nos *indigenas esse
 atq; hanc urbem ante ceteras esse conditam dicamus, & nos
 vniuersis exemplū praeberē conuenias bona ordinatāq; resp.
 nostrā ciuitatem decerimus & perturbatis administramus
 in qui oppida modo condunt. splendore porro nataliū super-
 bimus, & alius genereiores esse volumus: sed facilius que-
 busuis hanc nobilitatē impertimus, qua Trib. illi, aut Lu. a-
 ni suā ignobilitatē. Hęc quidē Isocrati est oratio, q̄ ceteris
 omnib. praestare videtur, & multis de causis admira-
 tionē digna est. In sententiis enim magis pura est, quam
 ceterorum, in loquendo accurata, aperta, omnium: &
 omnes virtutes vndique colligit, quibus sermo apertior
 reddi solet. Multa etiam ornamenta adscititia continet.

T

XXHI.

 Inductu ora-
 tionis Isocrati-
 sus de Pace.

nam & sublimis & grauis, plurimum habens dignitatis, fluens, suauis, venusta satis: licet in hoc genere etiam non adeò perfecta sit, cum in ea sint nonnulla, ob quæ eam imperfectionis non nemo arguat, nec id in rebus parui momenti. Primum quidem nimis breuitatis accusabitur: nam cum perspicuitati studet, sæpè modum excedit, cum æqualiter vtramque virtutem adhibere debuisset. deinde nimis contritionis. humi enim pænè repit, & serpit, ac sententiis circumfluit, quale est loquendi genus historicum: forensis autem dictio rotunda, contorta & incitata, densa sit, & sine anfractibus rectè fluat, oportet.

Pag. 194.

Quin etiam hæc in eo reprehenduntur. In constructionibus figuratis nimis timidus est & formidolosus, neque vehementius incitatus dicere audet, tametsi athleticæ orationis veræ inesse lacertos oporteat, & comprehensiones quas non faciliè effugas. Auditoribus non tantum quantum vellet affectum mouet, sæpè etiam omnino aliquos facere recusat: verum forensi oratori, si simplices sententias mitisque affectus profert, sufficere putat. & vtrumque hoc assecutus est; fatendum est enim, quod res est. Plurimum tamen accederet roboris Oratori, qui persuadere populo vel iudicibus conatur, si affectus graues & patheticos orationi immisceret. Deinde nec in omnibus decorum seruat: sed cum dictionem floridam & spectatu dignam efficere satagit, quasi ipsa sola venustas elegansque compositio orationi robur addat; interdum à debito decoro defleat. Non enim eundem vnaquæque res dicendi modum desiderat; sed quemadmodum hominum corporibus ipsa vestis, ita etiam ipsis sententiis nomina accommodanda sunt. Neque enim auditores venustate omni ex parte delectare, ac verborum suauium insigniumque delectus, omnesque periodos numerosa rotunditate concludere, & theatralibus figuris orationem conuestire, vbi que expedit: quod nos Poætæ, Heroici, Tragici & Lyrici, cæterique carminum artifices satis docent, cum non tantum de venustate & gratia, quantum de veritate & sinceritate solliciti sunt.

XXIV. An verò hæc rectè iudicari, & an reuera hisce virtutibus Orator ille careat, videre poterit, cui orationem paulò

paulò ante positam latius visum fuerit examinare. Initio primam sententiam, quæ paucis verbis effeſſi poterat, producit periphraſticè, & dilatat, bis, terque eadem dicendo. Erat in hoc primo membro iſtud nimirum: τὸ τίς ἤδ' αὐτὸ ἀλλοθεν ἐπιλήθων, καὶ μὴ σιωπῆσθαι φησὶν ἡμῖν, ἀλλ' αἰφνης ἐπιταί τοῖς γινόμενοις: potestate & valore hæc eadem sunt. & in hoc: οἱ φιλομήματα μὲν ἐπὶ τοῖς ἑσθέρων ἔργοις, hoc: Καὶ τὴν πόλιν ἐκ τῶν τί τε περὶ γέντων ἐγκωμιάς ἐν ἀξιώματι. Nam idem est omnino φιλομήματι & ἐπαυεῖν. Et in hoc: ἔδεν ἢ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις πρὸς τὸν πόλιν, iſtud, ἀλλὰ πᾶν τῶν αὐτῶν. Alterutrum enim horum dixisse sufficisset. Qui etiam licebat è duabus vnam periodum & breuiorem & gratiorem composuisse hoc modo: τίς ἤδ' αὐτὸ ἀλλοθεν ἐπιλήθων, ὅσον αὐτὸ μάλιστα νομίσειν ἡμῶς. οἱ φιλομήματα ἐπὶ τοῖς ἑσθέρων ἔργοις, ἔδεν δὲ τῶν αὐτῶν ἐκείνοις πρὸς τὸν πόλιν; Huiusmodi propemodum supplementa in singulis periodis continentur, quæ etiam si abessent, nihil sensui decederet, quæ efficiunt potius, ut inepta magis compositio, & periodi magis affectatæ videantur. Itaque ad hunc modum longa nimis oratio. Lata verò & tarda quæ modo? καὶ κείνοι ἐλευθερῶντες τοὺς πόλεις τοὺς Ἑλλήνας, καὶ βοηθῶντες αὐταῖς, τῶν ἡγεμονίας ἐξήγησαν, ἡμεῖς ἢ, καὶ καὶ ἀδελφάματι ἐ πάντων τοῖς τότε πρὸς τὸν πόλιν, ἀγανακτῶν εἰ μὴ τὴν αὐτῶν ἐκείνοις πρὸς τὸν πόλιν, hæc deducta magis constringere, & rotundiora facere sic potuisset: καὶ κείνοι ἐλευθερῶντες τὴν ἑλλάδα ἐ σώζοντες ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἑσθέρων. ἡμεῖς ἢ καὶ ἀδελφάμοι καὶ διολιμίτες, ἀγανακτῶν εἰ μὴ τῶν ἰσων τῶν ἐξήγησαν. Et sententia quæ sequitur latius dicta est, & tardè procedit. Οἱ ποσὺν ἀπολαίματι καὶ τῶν ἀγνοίας καὶ τοῖς ἔργοις τῶν καὶ ἐκείνοι τῶν ἡγεμονίων, ὅσον οἱ μὲν ἑσθέρων τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας τὴν τε πατρίδα τὴν αὐτῶν ἐκλιπεῖν ἐτόλμησαν, καὶ μαχόμενοι ἐ ναυμαχῶντες, τὸς βαρβάρους ἐνίκησαν. Potuisset hanc latitudinem & longitudinem contraxisse, & sic dixisse: Οἱ ποσὺν χεῖρας ἐσθέρων μὲν ἑσθέρων, ὅσον οἱ μὲν ἑσθέρων τῶν Ἑλλήνων, τὴν τε πατρίδα τὴν αὐτῶν ἐξέλιπον, ἐ μαχόμενοι πρὸς τὸς βαρβάρους ἐνίκησαν. Plurima eiusdem vitii exempla apud eum reperire possum, in quibus se ipso longe inferior est, in nimia scilicet sententia-

quæ multa ac varia sunt, illisq; auditores mouet? nequaquam. nam vim eius maxime infringunt, & auditorum animos absterrent puerilia illa comparia, & frigida epitheta, & similia, idq; in hac ipsa oratione, de qua est sermo: quin & ipsa tota res contraria est, & vnaquæq; periodus ex contrariis constat, vt auditorum aures molestia & nimietate affligat. quod dico verissimum est: nam omnes sententiæ periodique & assumptiones, ab his pæno initiis incipiunt: *Ἐκαίνοι μὲν ἦδ', ἡμεῖς δὲ. & τῶν μὲν, τῶν δὲ.* Hæc ab initio ad finem vsque in orbem feruntur. nullique sunt tropi, mutationes & schematum varietates, quæ sensum soluunt. Multa alia quis in Isocrate reprehendat vitia, quæ ille in dicendi modo commisit: sed hæc sufficient. Producatur deinde Demosthenes, & examinatur eius dictio ex vna orationum in Philippum, quæ cum maiorum rebus gestis res sui temporis, & nouos Oratores cum antiquis comparat; non singula maiorum opera nouis opponens, nec omnia minuta comparatione consecrans, sed in genere totam & vniuersam materiam, hoc modo: *Καί τινος ψευδοῦ, ὃ ἀδρές Ἀθλωνοί, ἃ πῶς ἀκατάλακτα εἰπὼν ἔχει, ἢ περὶ τῶν ἑργῶν ἔργων, ἢ τῶν ἡμῶν. ἔσται ἢ βραχυῦς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος. ὃν ἦδ' ἀποστῆναι χρῆμα ὑμῖν παραδείγμασιν, ἀπὸ δικαιοῦς, ὃ ἀδρές Ἀθλωνοί, ἀδραῖμασιν ἔξει * γνησιῶς. σκεῖνοι τοῖς μὲν, οἷς ἔσται ἐλαττωθεῖς οἱ λίγυτες, ἢ δὲ ἰφίλοισι αὐτῶν ἀσπῆς ὑμας. ἔτοι νῦν, πίντε μὲν καὶ † πασαρχήσιν ἔτι τῶν Ἐλληνῶν ἤρξαν ἐκόντων. πλείω δὲ * μέγιστα πάλαι εἰς τὴν αἰρέσειν σωτήρασιν. ὑπήκουε ἢ αὐτῶν τῶν χρόνων ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς, ὡς περὶ ἔστι παρὰ τὸν βαρβαρον Ἐκκησι. παρὰ δὲ καὶ κατὰ καὶ * πῆροι ἐναμμοχουστῆ ἔσταν * in uulg. πῆροι. πῆροι αὐτοῖς στρατῶν μοι. μένοι δὲ ἀνθρώπων κρείττω τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις δέξαν τῶν φρονεῖντων κατέλιπον. ἐπὶ μὲν δὲ τῶν Ἐλληνικῶν ἦσαν τοιοῦτοι. ἐν δὲ τοῖς καὶ τῶν πολλῶν αὐτῶν, θεῶσιν ὡσοῖσι ἐν τε τῶν κρείττων καὶ ἐν τοῖς ἰδιοῖς. δημοστῆ μὲν τῶν οἰκονομῶντα ἐκείνη τούτων καὶ τοιαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἑρῶν καὶ τῶν ἐν τῶν αὐτῶν ἀναθημάτων ὡς μηδὲν τῶν ἐπιγενομένων ἰσπερ. Βολῶ * λειψθῆναι. ἰδίᾳ ἢ ἔτι σωφρονῆς ἦσαν ἐσοφῶρα ἐν τῶν * λειψθῆναι τῶν πάλαιας ἢ ἢ μόνον, ὡς τῶν Ἀρεταῖδου καὶ Μιλτιάδου, καὶ τῶν υἱῶν.*

XXVI.
*Isocratis
 cum Demo-
 sthene colla-
 tio.*
*Demosthen.
 Olynthia-
 ca III.*
 * uulg. edit.
 γνησιῶς.
 † uulg. ἐξ-
 ἦσαν.

* in uulg.
 πῆροι.

Plura quidem exempla proferre, è quibus huius auctoris stylus ostenderetur, cupiebam, ita enim rem magis confirmassem: sed quia ad alia festino, omittam, atque ita simul fastidii culpam effugiam. Ignoscet mihi etiam ipse diuinus Plato, si & verba eius non protulero.

Nam

Nam commentarium hunc nonnisi cursim & specietenus scribo. Cæterum hæc posui, ut compositionum diuersitates, tum & earum formam, tum etiam principes illarum sectatores ostenderem, ut, postquam sententiam meam pronuntiauero, Demosthenem scilicet, mediam & temperatam compositionem sectatum esse, nemo mihi dicat: Quæ sunt igitur aliæ duæ compositiones extremæ, & quæ utriusque natura, & quæ est illa mixtura & temperamentum? nam extremis ipsis opus non est.

Demosthenes mixtam compositionem coluit.

Hæc de causa primum, ut dixi, hæc coactus fui præfari, deinde, ne vnus semper idemque sit orationis tractus, isque durus, sed ut habeat doctas quasdam digressiones. Indecens quippe & iniquum esset, hisce additamentis velle fidem facere, illaque eum id sermo postulet omittere. Cum ostenderim itaque, hoc esse Oratoris nostri institutum, iam quæ ipse dixit, quis examinet, considerans tum ea quæ grauius, austerè & splendide dixit, tum & ea quæ venuste & eleganter. Si verò & hic demonstratione aliqua opus fuerit, aliquam ex orationibus eius in manus sumat, & vnde volet incipiens, per omnia descendat & rimetur singula quæ dicta sunt, an non alia late & per.iodis dilatare diducta sint; alia verò conglobatis & condensatis: illa quidem exasperent, & offendant aures; hæc verò mitigent & demulceant; illa auditores ad affectus maiores excitent; hæc ad remissiores. & aliis multis in compositione differant modis; huiusmodi sunt illa. Vtar autem exemplis non studio conquisitis, sed obuiis ex vna in Philip-

Pag. 190.

pum Oratione: *Εἰ δὲ ἕως ἡμῶν, ὡς ἀνδρῶν Ἀθηναίων, τὸν Φιλίππον ἀντιχρῆσθαι ὄρα, ταύτην φροσιν ἄετι πολεμῆσαι νομίζεις, σὺ φρονεῖς μὲν ἀνθρώπων ἀετιοίαις ἡσθηταί. Μακρὰν γὰρ ῥοπήν, μέγα δὲ ὄλον ἢ τὴν πικρὰν πάντ' ἐστὶν τῶν ἀνθρώπων πένυ μάλιστα. ἔμελλ' ἂν ἔργον, εἰ τις αἴεσιόν μοι δοίη, τὴν τῶν ὑμετέρων πόλεως τὸν χλευαῖν εἰλαίμεν, ἰθὺ δὲ λόντων ἂν ἀετιοίαι ποιῆσιν ὑμεῶν καὶ κτ. μακρὸν, ἢ τὴν σκεῖν.*

*L. Orat. Demosthenis ad Philippum. * locus hic locus in vult. aliter legitur.*

Hoc est: Si quis vestrum Athenienses, ideo Philippum, quod floreat, & magnis opibus polleat, oppugnare temptaret, is quidem sapienti digna viro prudentia vitetur. magnum

enim in eo momentum est, sed ipsa potius fortuna omnes res humanas regit. Equidem sane si quis mihi ad eligendum daret, vestra urbis felicitatem potius eligerem cupientibus vobis etiam parum facere ea, qua fieri par est, quam illius. In tribus hisce periodis omnia verba penè concinna & blandè eleganterque composita. Pauca omninò sunt, venusta sunt, quia numerose admodum digesta sunt, quæ

* Non video
in prioribus
Demosthe-
nis verbis,
hac qua hic
repetit Dio-
nysius, ut
quid vel de-
esse superius,
vel hic redi-
dare videa-
tur, nisi le-
gatur, & μὲν,
& δὲ in.
Corruptus
locus.

L I.

constructionem collocationemque deprauant ac duram reddunt. In prima quidem periodo vocales concurrunt, in τῷ ᾠ Ἄδρες Ἀθηναῖοι, & in τῷ Εὐτυχῆσαι ὁρᾷ, quæ etiam connexionem interrumpunt, vt alius etiam duobus vel tribus locis semiuocales coincidentes sibi mutuò quæ connecti nequeunt, vt hic: Τὸν Φίλιππον, & in hoc: ταύτη φασὶν ἀποσταλαῖσσι, sonum non nihil perturbant, & non sinunt vt gratus & leuis videatur. In secunda periodo alpera est compositio, in hoc: Μεγάλη γὰρ ῥόπη, quia duo g g non eliduntur, & in hoc: Ἀνθρώπων ἀγαθῶν, quia nullo sequenti verbo emollitur: frangitur verò & emollitur in hoc: Μᾶλλον ὅσον ἢ τύχη, cum breues multæ vocales interiectum temporis spatium tollant.

In tertia periodo, si quis vocales coniungendo voluerit elidere, vt in * Οἰομεν & Δέον, non inueniet vocales concurrentes, sed consonantes duobus vel tribus locis interfertæ æqualitatem adferunt, in hoc: Αἰρεσὶν μοι δοῖν, & τῷ τ' ἡμετέρας πόλεως. In his quidem secunda compositio & concinnitas eminent, in sequentibus verò, prima secundam multis partibus superat: Πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμῶν εἰς τὸ τὴν παρὰ τὴν ἡμετέραν εἶναι ἔχειν ὁρᾷ ὑμῖν συνέστασις ἢ συνέστασις. ἀλλ' * οἰομαι καὶ θήματα εἶδέν ποιεῖντες. ὅτι ἐν εἰ αὐτὸν δὲν εἶναι εἶδέν φίλοις ἐπιπέσειν, μὴ πρὸ θεῶν. Hoc est: Multo enim plures occasiones vobis inesse video ad Deorum vobis amorem conciliandum, quam illi. Sed domi sedemus otiosi: non licet illum cessantem, nec amicis imperare, nec diis. In his enim vocales vbique apertè collisæ sunt, & semiuocales ac mutæ; quibus compositiones firmantur & tardiores redduntur, breues adhæc vocales hic concurrunt, ideoque cita & incitata est compositio. Sed quoniam mutarum & semiuocalium connexionibus abundat, hinc sonus nonnihil exasperatus. Hoc itaque modo & cætera omnia

* potius est
ὁμοιο.

omnia composuit. Quid porro pluribus opus est? non modò autè in verborum coniunctione mixtam compositionem ipse adhibet, sed & in ipsis membrorum structuris, collocationibusque, periodorum longitudine & ornamentis, quin & in numeris, qui tum periodos tum singula membra & cola ambiunt. Etenim & per comata multa hic Orator dixit, & horum pleraque ad eundem modum composita sunt, in ipsis autem periodis non pauciora. Periodos alias sublimes & densas, quasi tortiles effecit, alias supinas, humiles & admodum tenues, quasi fusas, quæ non adè firmiter & validè desinunt; etiam ob longitudinem celeriores, quasi ad spiritum suum & animi respirationem dimensas, alias multo etiam longiores, ut ad quartam vsq; respirationem perueniant, & tum demum finiuntur. Schemata verò interdum graua sunt, austera, vetusta & redundantia, interdum verò * arguta, & venusta, iuuenilia, & theatralia: vbique quidem numeri viriles, splendidi & magnifici, rarò verò salrantes, Ionii, & fracti, de quibus paulò post dicemus. Alius enim locus magis illis opportunus erit; nunc verò quod oratio requirere videbatur etiam addens, ad sequentia transibo. Quid verò hoc est? scilicet, cum dixerim compositionem mixtam & temperatam cæteris præstare, hanc optimè omnium Demosthenem vsurpassè, & eam pro ut res exigebat, insigniter intendisse, & remississe, interdum splendidius, interdum demissius se gerentem. Cur autem non eodem semper modo ac ratione procedit? aut quem ordinem aut normam sequitur in hoc vel illo componendi genere adhibendo? Ne ipse mihi orator ingenio & exercitatione hoc primum percepisse videtur, non similem dicendi rationem poscere eos qui ad panegyricos conuentus & scholas confluunt, & eos qui ad iudicia & conciones. Alii enim decipi quodammodo, & quouis modo duos ac trahi volunt, alii verò vnicam doctrinam & vtilitatem spectant. Iudæorum etiam putauit in orationibus iudicialibus temere quæuis effutire & iocari, & in laudationibus ac demonstrationibus sordes quædam & squallorem inducere. Sed de eius panegyricis nihil omninò dicendum est, quoniam eius

* λυγροὶ καὶ
γλαφροί.

L II.

Pag. 191.
Cur non eodem semper
via Demosthenes
incedit.

*Funeris
laudatio non
est Demo-
sthenis, uti
nec in Pan-
thaniam.*

LIV.

nullas habemus. Omnes enim quæ illi attribuuntur, alienas, nec eius esse, atque eius stylum non redolere, ac tum sententiis tum etiam tota constructione eius dicendi caractere censéo inferiores esse: inter quas arrogans illa funebris, inanis, ac merè puerilis numeranda venit, item encomiastica illa sophisticis referta nugis, in Pausaniam. Sed non est iam opus illud demonstrare. In Orationibus verò forensibus, quotquot vel ad iudices vel ad populum habitæ sunt, idem quod in aliis Oratorem fectatum conitio. Nam si quando quid occurrit, quod splendidiorum quendam apparatus requiret, panegyrica quadam elegantiæ & venustate id adornare illum video, uti in Oratione *aduersus Aristocratem* per totam quidem orationem, ac præsertim ubi *de locis* & iudiciis capitalibus rationem reddit, cui scilicet vsui vnumquodque horum sit destinatum. Quin & in oratione *aduersus Leptinem* de immunitate, multis quidem in locis, ac maxime ubi de benefactoribus Reip. Chabria & Conone & in ea quæ *de Corona*, aliisque plurimis. Hoc igitur primum mihi videtur fecisse, ut simul cum argumentis, compositionis formam tebus ipsis accommodaret. Ipsas dehinc sermonis ideas perfectas habuit, non omnes scilicet eundem, nec in delectu verborum, nec in eorum structura ornatum postulare, sed alias venustiorum, alias sublimiorum & magis rigidum. Et hanc partem securus proœmia & narrationes venustiores potius quam grauioribus facit, confirmationes & epilogos, minus dulces, sed magis rigidas & asperas. Nam in quibus auditor oratione demulcendus est, & rebus ipsis ut credat inducendus, non semper elegantiæ & suauitatis esse argumenta possunt, sed interdum alienorum scelerum commemoratione arida, interdum etiam inuoluta. Deinde nisi elegantiam & dulcè ipsa compositio attulerit, vel sententiis mollierit, non tuto & firmiter argumenta desinent: in quibus verò veritas & utilitas spectanda est, illa simpliciter, naturaliter, & cum grauitate austera multi audire volunt, ac garrulitas & deceptoriam in Orationibus forensibus locum non habent. Cui

ante III

autem ipse probe sciret, non omnium rerum eandem esse naturam, ideo nec singulis eadem ornamenta accommodanda censuit: sed popularibus magnificentiam & splendorem potius adhibendum; at in iudicialibus, ubi aliorum crimina & scelera, animum mentemque, & quæcunque homo carissima habet, iudex audit, venustatem, elegantiam, & quæcunque animos iudicum occulte valent permouere, & his similia, valere oportere. Ideo in orationibus deliberativis & consultationibus, & maxime *Philippicis*, sæpe, & ad fastidium usque hæc compositionis formam usurpavit; in iudicialibus venustatem: tursus in iudicialibus quidem publicis, ubi dignitas & auctoritas Reipubl. servanda est, sæpius magnificentiorem; in privatis ad populum rariis. Ut itaque rem breuiter complectar, non solum in ipsis generibus orationum & diuersitate argumentorum variè sibi putauit compositionis stylum temperandum esse, sed cum videret etiam, præter diuersa epicherematum genera, partes expletivas diuersæ esse naturæ, diuersis ipsam compositionem ornamentis conatus est adornare, aliter gnomas & sententias, aliter enthy-

LV

Pag. 192

meimata, aliter etiam exempla componens. Longum foret omnes differentias enumerare, quas diuinus ille Orator videndo, & ad quodcunque argumentum, orationem semper accommodauit, & intentione ac remissione utramque compositionem temperando, egregias illas & diuinas orationes condidit. Sed exemplis iam, quò oratio credibilior fiat, opus non existimò; maxime cum structuram verborum eius iam examinauerimus, num ita ut dixi, se habeant: longius enim iam tractatum produximus. Etenim metuo ne tantidem aliquando in genus dicendi scholasticum hic commentarius immutetur. Pauca verò quæ posuimus, satis ad confirmationem futura sunt, tum præsertim apud eos, qui hæc probe notant. Neque enim his qui Oratoris huius nomen ignorant, hæc conuexo. Breuiter itaque rem ostendit sufficiens;

Qua via
Demosthe-
nes composi-
tionem me-
diam acqui-
serit.

LVI.

* addidi ὁ
ἀσέπov.

περὶ ὁ, ὁ
ἀσέπov.

Aristoxenus.

LVII.

Reuertar igitur ad reliquam partem eorum quæ initio proposui dicere. Secundum itaque caput fuit, quibus præceptis & viis, & quo exercitationis genere optimam compositionem sibi acquisierit, ostendere; de quibus dicam quod sentio. Cum duo sint in quacunque re, ut sic loquar, fines, naturalis nempe & artificialis, honesti scilicet & voluptatis, vidit ille in oratione tum poetica tum soluta utrumque horum adhibendum esse, cum enim alter ab altero longe distet, præterquam quod uterque perfectus non sit, tum etiam propriam virtutem obscure habet. Hæc cum sciret Orator, & putaret alteræ compositionis finem esse, honestum; venustæ verò voluptatem, quæsiuit, & ea quæ venustatem, & quæ voluptatem adferrent; inuenit itaque utriusque causam eandem esse, modulos scilicet, numeros, mutationes, & *decorum, quod omnibus his adhæreat. Sed hæc diuerse collocata & adhibita. Qua autem ratione vnumquodque adhiberi debeat docere conabor. Elementalibus orationis partibus, quæ à nonnullis elementa vocantur, siue tres sint, ut Theodectes & Aristoteles volunt, Nomina, Verba, & Coniunctiones, siue plura, hæc duo adhærent, sonus scilicet ac tempus æqualia; nam in eorum accentu acuto & graui sonus consistit, in longitudine verò & breuitate tempus. Hinc autem fit pes, siue duabus constans breuibus, uti quidem nonnulli arbitrantur, & vocant pedem ita compositum *Hegemonem*, quod primo loco ponatur inter tempora, quæ æqualia sunt *arsis* & *thesis*, siue tribus, ut placuit Aristoxeno, qui in duplici se ratione dicendi primum exercuit. Moduli verò iis quæ è primis orationis partibus constant, ad auxilium conducunt, at pedes & numeri ad mensuram valent. quando autem utrumque modum excederet, tunc ipsa mutatio accedens virtutem utriusque & bonum temperat. Cum autem debito ambobus locis collocata fuerint, tunc etiam decorum convenientem illis venustatem tribuit: quod in musicis facile est aduertere. Age, si quis versibus, cantiunculis vel instrumentis musicis pulcherrimos accommodet modulos, nullam autem numerorum rationem habeat, ecquis erit qui non hanc musicam repudiet? Quid autem si utrumque
hoc

hoc adhibuerit, semper tamen in iisdem modulis & numeris maneat, nihil neq; varians nec immutans, nonne is omnem venustatem perdet? Si verò & variauerit interdum, nullam verò rationem decori in rebus ipsis habuerit, nonne in cæteris inaniter censendus est laborasse? Ita fanè. Hæc Demosthenes cum sciuerit, ac modulos verborum & membrorum, tum etiam horum tempora expenderit, ita coniungere illa studuit, vt egregie modulata & numerosa videantur. Deinde variis Schematis & Tropis vtrumque variare & mutare aggressus est, adhæc tantam decori, quantam nemo Orator vnquam, curam habuit: Sciens, quemadmodum dixi, eadem omninò ratione orationem & venustam fieri & honestam; causam etiam inuestigauit, cur eadem non eosdem affectus habeant: inuenit sonorum discrimina in causa esse; qui scilicet efficiunt, vt hæc grandia, illa venusta videantur, quemadmodum in musicis se habet ad harmoniam chroma: in numeris similiter accidere, vt nempe alii splendidi, alii molles & lenes videantur; quin & in mutationibus interdum vetustatem & austeritatem, interdum venustatem & nouitatem apparere, tum etiam decorum omnium maxime vtrique pondus addere. His cogitis, cum maiorem sibi rationem habendam esse honestatis, puraret; modulos & sonos insignes, numeros sublimes, & mutationes egregias adhibuit: cum verò iucunditatem & voluptatem requirere dictio videretur, eadem hæc iucundiora effecit. Nemini autem nouum & insolitum videatur, quod pedestri dictione modulos, numeros, & mutationes, vti cantionibus & instrumentis musicis dixerim esse necessarios, si nihil horum Demosthenis orationem legendo audiendoque percipiat; nec me errare putet, aut decipere velle, cum ea proferam in testimonium, quæ in orationibus reperiri nequeunt: hoc enim omnis egregie composita oratio proprium habet, & maxime huius Oratoris. Sensus enim id non animaduertunt, ad eò opportune & artificiose eam componit; illa quidem lata & diffusa sunt, hæc contorta, alia verò alio quodam modo vlgatam compositionem egrediuntur, vt omninò nouus, & nullo modo artificium lectatus esse videatur.

Y

LVIII.

Exiget hic à me quispiam, vt de modulis & numeris aliquid dicam, & scire desiderabit tum quæ sunt in mutationib; schemata, tum eos qui in singulis excelluerunt, dein quænam ex illis sint, quib; antiqua & seuera cõpositio gaudeat, & quib; puerilis & mollis; vel vsitatam iam inde ab infantia proferens cõsonantiã quam ex Musica & Grammatica petere hæc præcepta solent, quæ iubent, vt in communib; & notis reb; oratio temporib; quibusdam ornetur, non reprehendet; præsertim cum appareat mensuras temporũ aliter atq; aliter se habere. Quare incipendo à te catissime Anime, è tuis elegantis principium sumo. Si quis verò & hæc vult cognoscere, legat, si antea non habuit librum nostrũ, quem de Compositione verborum edidimus; vbi videbit omnia quæ scire desiderat; de quib; hic quidquã dicere nolumus. Quam ergo alibi in eo libro de hac re scripserim, quod reliquũ est iam aggrediar. Promiseram ante, me id adhuc demonstraturum, quomodo scilicet stylus Demosthenicus dignosci, &

LIX.
Demosthe-
nis stylus
quomodo
dignoscatur.

quibus rationibus ab aliorum distingui possit. Vnum igitur quid ita illum proprie non indicat & ostendit, vt solum eius, & nullum alium alterius indicet: sed frequentia ipsa & copia, ob quæ cæterarum rerum & personarum significatu reprehendi solet, proprium eius stylum indicat; quod similitudine aperta, quæ in singulis corporibus hominum videri possit, ostendam; omnibus nobis quædam longitudo, color, figura, mæmbra, & in iis ipsis mæmbis aliquis etiam numerus accidit, & his similia. Si quis ex vnoquoque horum separatim characterẽ hominis cupiat cognoscere, nihil tandem perfecte sciet. In multis aliis enim formis inueniet tale quid, quod vnius formæ esse signum & characterem posuit. Cum verò omnia pro more illi formæ acciderint, vel horum plurimã vel maxime ppria, citò admodum eam dignoscet, nec ipsa eum affinitate similitudo decipiet. Hoc scire velim eos, qui perfecte Demosthenis genus dicendi cupiunt cognoscere, vt scilicet ex multis proprietatibus, optimis scilicet & maxime propriis, id explorent. Primum ex modulis & bono sono, quem sensus ipse, qui verbis exprimitur, nequit, optimè diiudicat: ad eum porro cognoscẽ-

dum

dum vsus, longa exercitatio & magnū diuturnumq; temporis spatium requiritur. Neq; enim sculptores & pictores, nisi magnā experientiā, eamq; longō tempore collectā habeant, & dudum in artificiosis antiquorū operib. oculos triuerint, facile ea internoscent, nec satis affirmare poterunt, eo q̄ solū famā audiuerunt, hoc esse Polycteti opus, hoc Phidiaz, hoc Alcamenis, & inter pictores, illam esse Polygnoti, illā Timanthis, illā Parrhasii tabulā. An igitur quispiā ē paucis omnino obseruationib. & breuis intelligentia tēporis, accuratē orationē boni soni cognoscet? nequaquam; sed longō tempore opus est. Hoc igitur primū obseruandū puto, q̄ ipsum scientia & consuetudine parandū est; dehinc bonos numeros. nullā enim Demosthenes orationē habet, quæ non suos habeat numeros, & mensurā, aliā perfectā & absolutā, aliā verō imperfectā, itaq; inter se cōpositam & copularā, vix vt discernere possimus, modulara sit nec ne. non enim aliter dictio orationū ciuiliū similis versib. fieret, nisi mensurā & pedes aliquos solutos, qui non ita statim appareant, habeat. non quidē par est, vt metricā & nimis numerosa sit, ne vel carmen vel versus præter illius institutū fiat, sed sufficit, vt bonos numeros & aptā dimensionē habeat. Sic enim futura est instar carminis numerosa, non tamen carmen; & instar versus torta nō tamen versus. Quid verō hæc inter se differant, perspectu facillimū est. Dictio quæ quidē dictio mensuras & numeros artificio quodā ordinatos habet siue ad singulos versus, siue ad singulas periodos, quas musici strophas vocāt; deinde eosdē iterū numeros & mensuras iisdē in versib. & cōprehensionib. quas anti-strophas vocant, vsurpat, quos deinde numeros ab initio ad finē vsq; deducit; metricā est & poëtica; & hitce dicitur nominib. carmen & melos: quæ verō vagas dimensiones & numeros incertos adhibet, nec vllā eorū consequentiā, vel aliā æqualitatē ordinatā seruat; numerosa est & bene dimensa, cū mēsuris & numeris quibūdā distincta sit, nō tamē metricā vel poëticis numeris adstricta, cū nō eosdē semper numeros & mēsuras iisdem locis habeat. Talem autē esse censeo omnē orationē ciuile, quæ poëtico aliquo oramento insignitur; quæ eū Demosthenē vltimū video.

LX.

*Dictio Demosthenis.**pag. 194.*

Huius porro rei causas dedi in commentario de *Compositione nominum*, quare non iterum eadem hic opus puto repetere. Tertio & quarto, proprium est huic Oratori, mutare ubique & variare, & membra periodosque diuersis ornamentis efformare. Non enim est ullus adeo simplex locus, qui non varietate, mutationibus & ornamentis quibusdam variatus & distinctus sit, ut omnibus notum est. Mihi autem hæc verbis indigere non videntur, ut quæ etiam vulgo notissima sint. Hæc mihi Demosthenicæ compositionis signa & indicia videntur, è quibus si quis eam examinare cupiat, facili negotio ab aliis discernet. Si quis verò ad hæc respondeat, mitari se, quamuis diuinus adeo hic Orator fuerit, eum, quando orationes componit, sursum & deorsum partes orationis inuertere, & membra ex his composita, adhuc bonum sonum, numeros, & mensuras, quæ propriè ad musicam & poëticam spectant, civili & forensi dicendi genere accommodare, eum tamen horum nihil illi quadret. Primum ille sciat, tantam hinc ex eloquentia gloriam percepisse, quantum è prioribus nemo, æternis & duraturis compositis operibus, & tempori omnia & singula examitanti ea tradidisse, nihilque fortuito, & temere scripisse, sed, quemadmodum magnam in sententiarum distributione, ita & in compositione verborum operam impendisse. Videns porro Orator Isocratem & Platonem sapientia celebres & optimos olim Oratores existimatos, cælati & tornati operibus orationes suas similes effecisse, sciensque duplicem esse bene dicendi modum, tum eum qui in rerum tractatione, tum qui in verborum consistit, & hos duos iterum in duas partes subdiuidi: rerum quidem tractationem, in apparatus, quem veteres inuentionem appellant, & in inuentorum usum, quam distributionem vocant; verborum verò modum, in delectum verborum, & in delectorum collocationem: in utroque horum sæpius vsurpauit priuimum quam secundum: distributio siquidem in rerum tractatione, compositio in dictionis modo consistit. de quibus tempus non est longe differere. Hoc enim facile quis intelliget, nisi alioquin stupidus admodum & contentiosus sit;

LXI.

Demosthenis laus.

fit; & non mirabitur Demosthenem fuisse de membris, numeris, & ornamentis & aliis omnibus, quæ compositionem suauem & egregiam reddunt, sollicitum: at contrarium existimabit laboriosus & seuerus aliquis, nec summe sapiens, tenuem scilicet eum esse & austum, neque ullam concinnitatis oratoriam, vel paruam admodum, cum cuperet tamen ingenii sui immortalem relinquere memoriam, rationem habuisse. Annon enim sculptores pictoresque in materia corruptibili artem ostendentes, venulas aliquas, lanuginem, & glabras quasdam plumulas & id genus alia artificiose efficiunt, & in iis sortem consumunt? Ciuilisne igitur Orator, qui omnes æquales ingenio & labore superauit, minuta aliqua, quæ ad bene dicendum conferunt, si tamen minima dicenda sunt, neglexit? Cuperem equidem hinc noscere eos, qui dictis his persuaderi nequeunt, quod verisimile sit eum, quod iam inde à puero & iuuentute disciplinas amplexus sit, & hæc & alia omnia, magna diligentia & cura collegisse. Cum verò longi temporis exercitatio, magnam illi habitum induxerit, & ea, quæ semper sectatus est firmiter in illo impresserit; hinc factum, ut id tunc facillime, & habitu quodam dexterrimo fecerit, uti accidit & in aliis artibus, & maxime in ea quæ Grammatica nuncupatur. ex hac enim vna possumus & de cæteris iudicare, tum quod omnium clarissima est, tum quod excellentissima. Hanc enim cum ediscimus, primum nomina ipsa elementorum, quibus vox constat, discimus, quæ vocantur literæ, deinde formas & valores. Cum hæc didicerimus, tunc earum syllabas & syllabarum affectiones; his superatis orationis partes, verba scilicet, nomina & coniunctiones, contractiones, dilatationes, accentus acutos & graues, genera, casus, numeros, declinationes, similiaque mille nomina. His perceptis tunc legere & scribere incipimus, primum quidem articulatim & lentè, cum habitus nondum firmus est, sed accedente tempore, & intellectu ex continua exercitatione melius formato, tum sine errore & facillimè, & quemcumque librum, ad nullum præceptum iam amplius habito respectu, simularque cogitamus, perlegimus. Hoc

*Interrogati-
ue legere
malui.*

Pag. 195.

L XII.

*Discendi or-
do & ratio.*

*Oratoria la-
bor.*

*Hesiodica
sententia.*

LXIII.
*Pronuntia-
tio.*

*Demetrius
de vita De-
mosthenis.*

LXIV.
Ex Philip-

etiam de arte hac oratoria credendum est, habitum e paruis & tenuibus præceptis iam auctum vna cum tempore, facillime hæc præcepta superare, vt simul atq; cogitamus etiam sine errore dicamus. Si cui verò videantur hæc magni laboris esse & molestiæ, is sibi persuadeat in Demosthene id maxime locum habuisse. Nihil enim magnum exiguis repundatur laboribus; sed si reputet fructus, hunc laborem sequi solitos, vnicam laudem potius, quam tempus & viuis & post mortem dare consuevit; omnem laborem paruum & tanto præmio inferiorum arbitratitur. Vnum restat dicendum, de pronuntiatione scilicet, qua ille dictionem ornauit, quæ omnino in oratione requiritur, & maxime forensi, quæ vbi affuerit, tunc & alius virtutibus locus est; vbi autem a fuerit, cætera nullo pacto iuuant. Porro quanti hæc valeat, videre quis poterit, considerando quantum tragicædiarum comædiarumq; histriones inter sit discrimen eadem enim carmina pronuntiantes, non similiter nos audientes mouent, sed aliquibus irascimur, & quod carminum elegantiam & vim deprauant ac corrumpunt, quasi aliqua nos iniuria affecissent, indignamur. Hæc, inquam, virtus in orationibus forensibus potissimum requiritur, si modo veræ & viuæ esse velint; atque huius maximam rationem Demosthenes, vt etiam aliarum habuit. Cæterum cum videret eam duplicem esse, vtrique studuit. etenim vocis suæ affectiones, & figuram corporis, quibus maxime illa optima redditur, ingenti contentione exercuit, quamquam, (vt Demetrius Phalereus, & cæteri omnes qui vitam eius scripsere, tradunt) natura ad dicendum parum esset aptus. Dicit quis, quid hæc ad dictionem eius faciunt? respondeo: Dictionem eius hisce proprie ornata esse, vt pote quæ plena affectibus est, tum remissioribus, tum grauioribus, ipsaq; indicat, qualē potissimum actionem requirat. Quare qui hunc legunt, diligenter animaduertant, vt hoc, quo ipse legi vult, modo singula legant. Ipsa enim dictio docet eos, qui natura sunt mobili, & omnem in partem mouentur facile, qua pronuntiatione esse velint, quod re ipsa & exemplo probabo. Agedum, incipiam aliquos numeros proferre: *Ὀλυσσὸν μὲν δὴ ἐ μέδωνος,*

ἔξ Α. π. α. λ.

Ἐ ἀπολλόνισσος ἔστι δύο ἢ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρακίης, ἰδὲ, *pica tertia*
 ἀπίστας ἔτι αἰμαίς ἀνήρηκτον οἷστ' εἰ μηδὲ πώποτε ἀκίδητον, *Demosth.*

ῥημάτων ἢ ἀπολλόνισσος εἰπέειν ἔτι τὸ Φωκίαν ῥοῦτον ἰδὲ αἰη- *Pag. 196.*
 ῥημάτων σιωπῶ. Hoc est: *Prætereo Olynthium, Methonam,*
Apolloniam & triginta duas urbes in Thracia, quas omnes
ille crudeliter evertit, ut ne si qui accesserint vel præterie-
runt, facile dicere queant, an unquam urbes ibi condita at-
que habitata fuerint. & taceo tantam Phocensium gentem
evertam.

Hæc verba eius ostendunt, qua ratione pronun-
 tiari debeant. dinumeratis enim urbibus à Philippo e-
 uersis in Thracia, non ait se eas dicturum. Nonne hæc
 ironice effertur oportuit, & simul indignantis sono, ac ve-
 hementi? Deinde ait, se non illa commemoraturum,
 quasi grauia & plusquam acerba sint, tamen deplorat
 urbium numerum, & celerem euersionem prosequitur,
 ut ne tenue quidem antiquæ habitationis earum vesti-
 gium supersit. nonne hæc iracunde & miseranda voce
 pronuntianda sunt? Qui sunt igitur soni iracundiæ, com-
 miserationis, & misericordiæ, qui corporis gestus &
 manuum? quos illi ostendunt, quibus hæc reuera acci-
 derunt. Stultum profecto esset, aliud quoddam actionis
 eius iudicium & testimonium veritate ommissa, querere.
 & statim subiungit: *Sed Thessalia quomodo afflictæ est?*
nonne urbes & temp. eorum evertit, & trierarchias in eis
constituit, & non solū urbes, sed nationes integra seruitu-
tem seruiunt. urbes in Eubœa iam non opprimuntur tyran-
nide, & hæc in Insula iuxta Thebas & Athenas? Hæc
 iterum alium pronuntiandi modum desiderant. Inter-
 rogat enim, deinde sibi respondet, & in singulis con-
 queritur, & plagam auget. proprium est enim sche-
 ma interrogationis, proprium responsionis, & pro-
 prium amplificationis. Nequeunt hæc vna eademque
 voce & sono effertur. & hinc sequitur: *Hæc per epi-*
stolas non indicat, sed re ipsa facit, sed in Hellespontum
procedit, primum venit Ambraciam, Eadem occupat
tantam Peloponnesi urbem. Megaronsibus insidiatus est,
nec Græcia, nec Barbara regio sitim & cupiditatem eius
explet.

Hæc molliter & suaviter licet proferre, ut in versibus parodicis fieri solet, quasi historiam. Annon clamat & ostendit, qua ratione hæc dicenda sint, tantum non vocem emittens, dicens? Hic urbanum sonum da: hæc festinanter dic; illud verò lentè. hic item omitte continuationem, inde coniunge sequentia. his condole, hæc contemne, his terreat, hæc reprehende, hæc denique atge. Ita mihi quidem videtur. Idcirco non licet bruto homini, vel potius lapideo, stupido, immobili, qui nullis novetur affectibus, Demosthenis verba proferre. nec aquam profectò: cum ille spiritus, qui cum maxime exornat, pessum eat, & nihil penitus à corpore pulcro quidem, sed immobili & mortuo differat. Multa in hanc partem dici queant. Sed cum iam longius opus perduximus finem imponemus; hoc vnum addentes, Demosthenis dictionem, etiamsi omnes virtutes complexa sit, in facetiis & leporibus tamen, quas multi venustatis nomine appellant, quod iis plurimum venustatis interfit, serpere.

L X V.

Homerus. Non etenim simul vni homini dant omnia Diui,

*Æschines
calumniator
Demosthenis.*

nec etiam Demostheni urbanitates. nullum enim bonum, quod quidem aliis dedit, huic Deus invidit. Quæ verò Æschines, ut dixi, in eo reprehendit, quasi acerbis & superuacaneis interdum verbis vteretur, interdum tumidis & fastidiosis: facile refutari possunt. Si quis autem enucleatim hæc calumnias cupiat examinare, inueniet quædam plus ei laudis quam vituperationis afferre; alia autem non verè ab eo obiecta. Quod enim dixerit, amariscum verbis orationem componere, id quando opus est (& quidem sæpè est opus, & maxime in argumentis patheticis,) laudi potius oratori vertitur. Quod auditores ad leges obseruandas, ad crimina acriter inquirenda, & ad delinquentes & reos puniendos acriter adhortetur, illud in eloquentia vel solum, vel saltem in primis laudamus. Fieri enim non potest, ut qui mollibus in compositione verbis vtitur, iram vel odium, vel similem aliquem affectum moueat, sed sententiæ quærendæ sunt quæ huiusmodi affectus inducunt, & iis verbis eas vestire, quibus auditores exacerbari solent

Vide Photii Bibliothecā pag. 800. *ἔχει τὴν συμμυθίαν. & ὅτι ἀμπιλυργῶσι πρὸς τὴν πόλιν. & ὑποτέττονται τῷ ἄρχῳ ἔθνη. & φοροβαρῶνται. & ἐπὶ τὰ στενά πρὸς ἄλλοις βελόνας διεύρουν.* Hoc est :

Neque amicitia rumpere communionem. & Suffodiunt nonnulli Rempubl. quasi vineam. & Succissi sunt populi nerui. & : instar corbis in angustiis consuevit. & : nos quidam veluti acus traiciunt. Quibus ille alia

Comicos imitatus addit : *τῦτο ἢ ἔκινάδῳ τ' ἀθροισίον ἔστι ;* Hoc est : *Nonne est illa humana vulpes?* exotica sanè hæc sunt verba & fastuosa, nec alia similia in aliqua Oratoris nostri potui oratione reperire, cum tamen quinquaginta vel sexaginta versuum millia reliquerit.

Demostheni falso adscripta orationes.

An autem orationes aliquæ, quæ falso illi tributæ sunt, fastidiosa verba contineant, & tumida ac rustica in eis sit compositio, vt in oratione aduersus Aristogitonem secunda, & in defensione de acceptis muneribus, & in oratione de non expellendo Harpalo, contra Nearam, de fœdere Alexandrino, aliisque pluribus, quas ipse Orator non composuit; in alio de Demosthene tractatu demonstrabo. De his itaque, quæ illi Æschines obiecit, satis multa diximus. Iam verò, quod eandem rem multis & similibus aliquando verbis exprimat, nonnulli hoc vt proprium eius stylum, nonnulli vt vitium interpretantur: vt sunt illa :

Φιλίππῳ ἢ ἔξειδῃ, ἔ πράττειν ἢ ποιῆν ὅπ βέλεται. Hoc est : *Philippo licebit ἢ agere ἢ facere quidquid velit. & : Τὸν Μηδίων τῦτον, σὺν εἰδῶς ἄτις ποτ' ἐστίν, ἔδὲ γινώσκω.* Hoc est :

Nescio qualis sit hic Medias, nec noui. Et : Τῆς ἀδελφῆς σὺναιπὸν, κέρης ἐπὶ τῆς παιδὸς ἔσσης : Hoc est :

Coram sorore mea, qua adhuc iuuenicula, ἔ admodum iuuenis erat. & alia huiusmodi. Qui hoc vt proprium characteri eius & stylo ascribunt, recte sentiunt : hoc enim nemo commodius & conuenientius quam hic Orator vsus est, vt & incisus & breuitate sermonis :

qui vero ei vitio hoc vertunt, cum rationes ob quas eiusdem significationis verba congloberet, immerito eum accusant : verum accusatores illi vbique breuitatem in illo sequere videntur, quam tamen vt dixi, nemo eo

congrue-

congruentius & conuenientius, adhibuit. Ad nullam
 vero aliam virtutem intuitum habent, cum tamen
 perspicuitati, efficaciz, amplificationi, in verborum
 collocatione numerositati studere debeat Orator, &
 efficere, vt dictio tum concitatos tum lenes affectus
 habeat, & quodammodo vi contendat, in quibus
 maxima persuadendi vis consistit. Harum porrò vir-
 tutum nullam omninò efficere ipsa potest breuitas,
 sed quorundam verborum redundantiã, quam ipse
 Demosthenes vsurpauit. Cæterum nisi vererer, ne Pag. 198c
 quam molestiam tibi parerem, exempla horum quæ
 dixi, proferrem. Hæc tibi porrò, carissime Am-
 mæe, habui, quæ de Demosthenica grauitate, quæ in
 dictione sita est, scriberem: si autem vitam nobis
 Deus concedat, etiam de grauitate quæ in rerum
 tractatione consistit, tractatu hoc & maiorem
 & insigniorem postea tibi da-
 bimus.



DIONYSII
HALICARNASSEI
IUDICIUM DE DI-
NARCHO.

Matthia Martineꝝ interprete.

Pag. 112.
I.



DE Dinarcho Oratore cum nihil dixerim in Commentario de antiquis Oratoribus, tum quod proprium quendam characterem non inuenir, uti Lyfias, Ifocrates & Ifæus; tum quod nec ab aliis inuenta perfecerit, ut Demofthenem, Æfchinem & Hyperidem cenfemus feciffe: viderem verò & hunc à plurimis ob orationum grauitatem celebratum & magni fieri, & plurimas euna tum publicas tum priuatas orationes, & eas nec paucas, nec contemnendas, fcripiffe, nefas putauit illum prætermittere, fed æquiffimum videri de eius vita, dicendique genere nonnihil dicere; imò maxime vel plus cæteris neceffarium credo, iis qui ferio fe eloquentiæ applicant, orationes eius veras à falſis & ſuppoſitiis diſcernere: cum viderem etiam Callimachum alioſque Grammaticos Pergamēnos nihil de illo ſcripiffe accurate, verum etiam, præterquam quod nihil de eo inueſtigare curent, in præclariorib. à ſcopo aberraffe, adeò ut non ſolum multa falſa de eo ſcribant, ſed & orationes, quæ nulla ad eum ratione ſpectent, velut genuinas, Dinarcho attribuant; eius autem proprias, ſuppoſitias eſſe aſſerant, nec ab illo ſcriptas. Sed Demus Magnus,

gnusius, qui polyhistor fuisse visus est, in tractatu de homonymis, id est, *codem nomine nuncupatis*, de hoc etiam Oratore loquens, & opinionem concitans, quasi infigne quiddam de illo dicturus, à vero aberravit. nihil autem vetat verba illius apponere: quæ hæc sunt: *Quatuor reperimus Dinarchos: quorum primus, unus est ex Atticis Oratoribus: secundus fabulas qua de Creta feruntur collegit; tertius duobus his antiquior, Delius patria fuit, quæ & Poeta fuit & dux egregius: quartus de Homero scripsit. de singulis autem aliquid dicere volo, & primò quidem de ipso Oratore. Hic igitur, mea quidem sententia, ad Hyperidus venustatem quam proximè accessit, vel etiam superavit. Argumenta enim habet verisimilia & fidem facientia, & varia schemata. Adèd autem benè persuadet, ut auditores sibi persuadeant, non se aliter rem habere, quam ut ipse dicit. Credere verò aliquis possit perperam sentire & imperitia argui posse eos, qui orationem contra Demosthenem eius esse putant. multum enim ab eius stylo discrepat: verum tamen usque adèd hæc oratio emineat, ut cum aliis orationes eius, qua sunt ultra centum & sexaginta, obscurata fuerint sola hæc, qua ab illo scripta non est, illius esse credatur. Dinarchi dictio, egregiè morata est sola penè acrimonia affectum mouens, ipsoque sono Demosthenico stylo inferior persuasibilitate & rerum proprietate nihil illi cedens.*

Ex his nihil solidum, aut verum colligere est: neque enim Oratoris natiuitatem, nec tempus quo vixit, nec locum in quo se in dicendo exercuit, ostendit. Verba * solum vulgaria & obuia sectatus est, & orationum numero præcedentes omnes superavit. Si verò rei veritatem dicere oportet, hæc sunt quæ ipse mea industria collegi. Dinarchus Orator Soltrati filius fuit, patria ei Cornithus; Athenas venit eo tempore quo ibi philosophicæ oratoricæque artes efflorebant. Theophrasto & Demetrio Phalereo familiariter vsus est. Cum natura ad Orationes forenses aptus esset, florente etiam tunc Demosthene, orationes scribere cœpit, & paulatim ad summam eloquentiæ laudem peruenit. Post Alexandri mortem potissimum floruit, cum & Demosthenes & alii Orato-

II.

** Videntur hæc aliunde huc intrusa. Eius natiuitas, natales, & vita.*

res vel in infame exilium pulsi essent, vel morte perirent, & nemo tum post viros illos, alicuius nominis superstes esset. Quindecim annis artem oratoriam exercuit, orationes iis qui opus habebant scribens, usque dum Cassander urbem occupauit. Prætor enim Anaxirate, sub quo Antigonus & Demetrius Reges præsidium à Cassandro in Munichia collocatum euerterunt, vna cum Atheniensium nobilissimis, quamuis alienigena esset, quod populum concitasset, accusatus fuit. Cum verò videret Athenienses in se acriter concitatos, præsertim quod indices diceretur, metueretque ne quod idcirco periculum adiret, in iudicium quidem venire non fuit ausus, sed vrbe relicta in Eubææ ciuitatem nomine Chalcidem secessit, & ab Anaxirate principatum usque ad Philippi quindecim scilicet annorum spatio, ibidem vixit, expectans an per Theophrastum ceterosque familiares reditus ei Athenas parari posset.

III.

Cum verò Rex ei & aliis exulibus reditum concessisset, Athenas veniens, & à quodam amico Proxeno nomine receptus, aurum perdidit factus iam senior & visus imbecillioris. Proxeno verò negligenter nec adeò accurate aurum quærenti actionem de amissa pecunia intentauit, cum nunquam antea in iudicio perorasset. Hæc eius vitæ ratio fuit. Quæ ex historiis Philochori deprompta sunt, & ex iis quæ ipse de se in oratione contra Proxenum, quæ quidem oratio post reditum ab exilio dicta est, cuius hæc est inscriptio & argumentum: *Dinar-*
chis Sofrati F. Corinthius, Proxeno, cui cohabitauit, actio-
nem de duobus amissis talentis dico. Damnum mihi int-
erit Proxenus, qui me in domum ruralem recepit, cum ab
exilio Chalcidensi Athenas rediit. Habens namque octoginta
auri stateres & ducentos & quinq, quos è Chalcide in eum
contuli, quod Proxenum non latebat, auerti in domum
eius, habens etiam supellectilem argenteam plusquam vi-
genti minis estimatam; cui ille insidiatus est. Quin & in
eadem oratione, statim in principio ostendit, nunquam
se antea in iudicium venisse: mox verò refert in ipso
procemio

procemio damnum sibi à Proxeno illatum. in sequen-
tibus autem & de exilio & de cæteris omnibus men-
tionem facit; vnde ea quæ prius posuimus vera fuisse
probantur. Adhæc quod peregrinus permanferit, &
senex iam factus hancce Orationem habuerit, patet
ex iis quæ ad finem huius actionis scripsit. Hæc qui-
dem de se Dinarchus ipse. Philochorus verò in Hi-
storiiis Atticis de eodem exilio eorum, qui populum
ad seditionem commouerant, deque eorum reditu hæc
commemoratur: *Anaxurase enim Archontestatum ipsa
Megarensium ciuitas intercepta est: Demetrius autem
Megaræ reuersus præparauit ea quæ ad Munichia de-
fensionem necessaria videbantur: muros etiam desectos
populo assignauit. Plurimi deinde ciues denunciati sunt,
inter quos fuit Demetrius Phaleræus: denunciatorum
verò alii, cum ad iudicium venire non auderent, decreto
iudicum interfecti sunt, alii autem morem gerentes ab-
soluti. Hæc quidem libro octauo, nono verò hæc
habet: Anno hoc elapso, & alio inchoante tale in ar-
ce prodigium contigit: Canis in templum Mineruæ Pa-
liados ingressus, & Pandrosium intrans, ad aram usque
Herculis Iouis, quæ sub olea est, deuenit. apud Athenienses
autem obseruari solet, ne quis canis artem subeat. Eodem
etiam tempore in templo circa vesperam occidente Sole,
ferend aëre stella quadam ad aliquod tempus visa est.
Nos verò cum de hoc portento & apparitione interrogati
essemus, quid miri portenderet, diximus viroque exulanti
restitutionem reditumque designari: qui tametsi redi-
rent, Reipubl. tamen regimen non mutaretur, sed idem o-
mnino quod antea, permaneret: & sic contigisse etiam vi-
dimus.*

His prænarratis, restat videre, quod imprimis ne-
cessarium est. quo potissimum tempore floruerit, vt
ita & de Orationibus eius certi aliquid dicamus, quæ
himitum propriæ & genuinæ sint, quæ verò spurix. Sta-
tuendum igitur septuagenarium cum ab exilio rediisse,
quo & ipse respexit, cum se *ἡγῶν*, id est, senē, nūcupauit,
quo nomine dicere solemus eos qui eius sunt ætatis.

Quum

IV.

Pag. 114.

Eius atas &
orationum
eius examē.

Quum hæc verisimilia videantur, & cum ratione coincidere, (certum enim quid scire non possumus,) sub Nicophemo Archonte natus videtur. Si quis verò senio-rem aut iuniorem, quam iam posuimus, illum dixerit, præterquam quod nihil solidi aut sani dicat, multas ei orationes abiudicabit, & propemodum omnes, quinque vel sex exceptis; dicens his quidem illum antiquiorem, illis verò posteriorem. Nec erraremus profectò, si illum orationes scribere à vicesimo quinto vel sexto ætatis anno incepisse diceremus, Demosthene alioquin tunc etiam florente. Sextus verò & vicesimus à Nicophemo Archon est Pythodemus. Quapropter meritò persuasum habeamus, orationes quæ hoc Archonte antiquiores ei ascribuntur, non esse genuinas; ita & orationes scriptas à tempore Anaxicratis vsque ad Philippi, inter spurias esse referendas. Nulli enim in Chalcidem profecti sunt, inuestigaturi quænam orationes priuatim sint habitæ, quæ publicæ. neque enim ita orationum inopia laborarunt.

V.

*Orationum
eius chara-
cter.*

Quum verò ætas eius, quam fieri potuit accuratissime, inuestigata sit, ad cuius regulam orationes proprias à spuris discernemus; iam tempus postulat vt de stylo eius nonnihil loquamur. Sed difficulter is statui poterit. Nihil enim aut aliis commune, aut sibi proprium tum in priuatis tum in publicis orationibus habuit: sed in nonnullis Lysiam, in nonnullis Hyperidem, in aliis etiam Demosthenem videtur imitatus; atque huius rei plurima producere quis exempla posset. Lysianum characterem imitatur in *Oratione de Mnesicle*, in ea quæ *contra Lysicratem pro Nicomacho*, & aliis plurimis. Hyperidis autem, qui melius sua diuidit quam Lysias, & in rerum structura eum longe excedit, imitationem, in plusquam triginta Dinarchi orationibus reperire est, maxime verò in oratione *de contestatione Agathonis*. nec pauciora etiam Demosthenici characteris, quem potissimum sectatus est, imitationis exempla producere quis queat, vt in oratione *aduersus Polyæctum*. Eadem qua ille ratione exorditur, & in vniuerso orationis contextu ei persimilis est. Quomodo autem genuinas Orationes eius quis à falsis poterit dignoscere? Primò quidem, si aliorum sty-
lum

lum percalleet; deinde si huic Oratori similes nonnullas
 Lyfiæ Orationes producat: deinde Hyperidis nonnullas
 quæ aliquibus Dinarchi esse videntur, dicens in scriptio-
 nibus librærum illum maxime delectari; aliquas etiam,
 quæ ad Demosthenicas quam proxime accedunt, vt fer-
 mè huius esse Oratoris asserat. Ad alios autem Orato-
 res, quos est imitatus, dignoscendos optima regula est, si
 similes orationes inter se comparentur. Lyfiæ enim tum
 in priuatis, tum in publicis orationibus quamprimum
 sese prodit, propter verborum delectum & perspicuita-
 tem; naturalem & æquabilem eorum colloca-
 tionem, quæ in tota orationum eius serie cum venustate elucet.
 Hyperides autem quoad verborum delectum Lyfia in-
 ferior est quoad res verò & materiã illo superior; multa-
 riam sua narrat; modo quidem simpliciter & naturaliter,
 interdum a fine ad initium rursus delabitur, non per en-
 thymemata solum, sed etiã per epichemata, rem dila-
 tans & amplificans fidem facit. Demosthenes verò qui
 & hos & alios omnes antecellit; omnia imitatus in o-
 mnibus, & pulcherrima quæque selegisse, videtur non in
 dictione solum perspicuus; & in singulis Orationibus
 decoro seruato, sed & collocacione, schematum contorta
 rotunditate, rerum distributione, affectibus maioribus;
 & præsertim maiestate. Dinarchus autem nec in omni-
 bus similis est, nec aliquid de nouo inuenit, è quo eius sty-
 lum quis dignosceret, quam hunc imitandi modum. Imita-
 tiones enim ipse euidenter habet, vt quodam quasi o-
 mnium insignium orationum archetypum sit; qualis &
 Isocratis discipuli, & ipse etiam Isocrates existit. Sunt
 verò quædam Orationes Dinarcho ascriptæ; & nonnul-
 læ etiam veræ, quæ Lyfiæ per similes sunt; quas qui ve-
 lit dignoscere & discernere; primò Lyfiæ proprietates
 perspiciat; deinde vbi virtutem & orationum venustatem
 perspexerit, ac verborum delectum, nihilque præter de-
 corum & inepte dictum in eis inuenerit; dicat audacter
 Lyfiæ esse. Vbi verò talem venustatem non aduertit;
 neque vllam persuadendi vim, nec verborum simplicita-
 tem & sinceritatem, inter Dinarchicas numeret. Simili-
 ter & in Hyperidis: si dictionis robur & efficacia, &

V I.

V II.

Page 115.

compositionis simplicitas, rerumque apta collocatio, ipsaque structura nihil tragicum aut tumidum contineat (hæc enim maxime huius Oratoris propria sunt) Hyperidis dicantur. cum verò aliquid horum defuerit, licet cætera non vsque adeò perperam dicta sint, Dinarchi orationibus ascribantur. Idem etiam in Demosthene dicimus. Si dictionis magnificentia, compositionis varietas, viui affectus, acrimonia & iudicium per totam orationem dispersa apparent, ipsaque omnibus inhaereat gravitas, nihil omninò obstat, quo minus inter Demosthenicas referantur. Si verò in singulis his summum defuerit, vel ipsa vniuersæ orationis similitudo & æqualitas, inter Dinarchi orationes remaneant. Vt verò paucis complectar, duo sunt modi, quibus antiquorū imitatio poterit dignosci & distingui: quorum vnus naturalis est, multo exercitio & lectione collectus; alter præcipi potest & tradi præceptis artis. de primo quidem quid tandem quis dicat? de secundo verò illud dicere queat, quod omnibus archetypis & exemplaribus naturalis quædam venustas & gratia conueniat: iis verò quæ ad horum imitationem dein facta sunt & expressa, quamuis ad summam imitationis excellentiam perueniant, affectatum quiddam, & non naturale accedat. Atque hocce præcepto non Oratores modò alios Oratores dignoscunt, sed & pictores tabulas Appellæas ab iis quæ ad eius imitationem efformatæ sunt; fictores opera Polycletica, & sculptores Phidiana.

*Antiquorū
imitatio
quomodo
dignoscatur.*

VIII.

Qui se Platonem imitari dicunt, & ad antiquum illud, sublime, venustum & pulchrum scribendi genus pertingere non valentes, si Dithyrambica, fastuosaque verba proferant, hinc facile culpantur: qui se verò Thucydidem imitari aiunt, & sonotum illud, austerum, graue, hisque similia perperam vsurpando, tum schemata quæ à soecissimis haud multum discrepant, tum obscuritatem quandam inducunt, iuxta hoc quod dedimus præceptum facile deprehendi possunt. Ita qui & inter Oratores Hyperidem sibi imitandum proposuerunt, si ab illa venustate aliisque eiusdem virtutibus deflexerint, in obscuritatem quandam delapsi sunt: quales fuere Orato-

tes

res illi Rhodii, Artamenes, Aristocles, Philagrius & Molo. Qui Isocratem & Isocratica exprimere scripta voluerunt, *turgidi, frigidi & dissoluti, nec sinceri fuerunt; horum de numero sunt Timæus, Plato & Sosigenes. Qui autem Demosthenem sequi & illius facultatem sectari conati sunt, ob conatum quidem laudem merentur; verum tamen ad perfectissimam illius eloquentiam pertinere non valuerunt. Horum porro omnium optimum dicere licet Dinarchum: cedit tamen Demostheni, quoad verborum delectum, maiestatem; quoad eorum compositionem, schematum varietate & mutatione; quoad argumentorum inuentionem quod non noua & paradoxa adhibeat, sed clara & in medio posita; quoad collocationem distributionemque, ordine & artificio argumentorum, tum etiam præparamentis, in situacionibus, aliisque præceptis quæ in arte circa hoc tradita sunt: maxime verò illi cedit proportione, & rerum propositarum opportunitate. Dicta autem hæc sunt non vniuersaliter, quasi in his numquam laudabile quid scripserit, sed quoniam communiter & vt plurimum ita se habuerit. Idcirco enim & Demosthenem nonnulli rusticum atque agrestem dixerunt, quod distributioni eius etiam quid desit, tale quid de eo sentientes. Rusticum enim à ciuili corpore, non forma, sed ornatu & dispositione, quadam formæ discrepat. Quæ igitur de eius stylo reperire potui & scribere, hæc fuerent iam dicam quænam sit orationum eius dignoscendarum ratio. Propriis itaque ipsum solum apponam titulum, in spuris verò, cur simul abiudicentur ratio diligenter inuestigabitur. Cum verò ad ea necesse sit ipsa temporum notitiâ & discretimen, Prætores Athenienses, iam inde ab eo tempore quo Dinarchum natum esse supposuimus, vsque ad reditum illius ab exilio, qui septuaginta fuerunt, præponemus. Sunt verò hi: Nictophemus, Callimedes, Eucharistus, Cephisodotus, Agathocles, Elpines, Callistratus, Diotimus, Eudemus, Aristodemus, Thessalus Apollodorus, Callimachus, Theophilus, Themistocles, Archias, Eudorus, Lyciscus, Pythobolus, Sosigenes, Nicomachus, Theophrastus, Lyfimachides,

*hic quidquam deesse videatur.

IX,

alias Eubonius.
Pag. 116.

Euanetus.

Cheronides, Phrynichus, Pythodemus; sub hoc primum eum in iudicio orationes scripsisse diximus. Post hunc secutus est *Euanetus*, Ctesicles, Nicocrates, Nicetes, Aristophanes, Aristophon, Cephisophon, Euthyritus, Hegemon, Chremes, Anticles. Cephisodorus, Philocles; sub hoc Athenienses præsidium militare receperunt, & **populus** ad seditionem moueri cœpit Archippus Neachus, Apollodorus, Archippus, Demogenes, Democlidus, Maxibulus, Nicodorus, Theophrastus, Polemon, Simonides, Hieromnemon, Demetrius, Ceximus, Anaxicrates, sub hoc oligarchia à Cassandro instituta soluta est, & qui denunciati & accusati erant, in exilium acti sunt, inter quos & Dinarchus fuit. Coræbus, Euxenippus, Pherecles, Leostratus, Nicocles, Calliarchus, Hegemachus, Dactemon, Mnesidemus, Antiphates, Nicias, Nicostratus, Olympiodorus, Philippus; sub hoc à Rege Demetrio exulibus, & inter cæteros Dinarcho reditus ab exilio concessus.

ORATIONES PVBLICA,
ca., propriae Dinarchi
sunt hæ.

X.

ADuersus Polyeuctum Regem declaratum censuræ; incipit, ποικίλῃ ἀγαθῆ ἡγορίῃ. Aduersus Polyeuctum è senatu eiectum actio, πάλαι γενομένη ἐν ὑμῶν. Contra Polyeuctum de Theophanio, ἀπὸ τῆς αὐτῆς τῆς μενύστου de Theophanio allocutio Βροχλῶν ἀνδρες. Aduersus Pytheam hospitalitatis neglectæ reum, Ἰσθμῶν ὑμῶν ἀπὸ τῆς αὐτῆς. Aduersus Pytheam de mercibus, Ἐπιθὴ τοῖς μὲν λέγεται τῆς ῥητέραν. Contra Timocratem, Ὡσαύτως δὲ καὶ ἄλλοι. Aduersus Lycurgum repetundarum reum. Οἶδα ὅτι, καὶ μετὰ τὸν ὑμῶν. Accusatio pro Æschine aduersus Diniam, Βυλομελῶν ἀπὸ τῶν ἀνδρες. Contra Ithorura impietatis reum, Ἀρχαῖοι ἐπὶ πνεες. Contra Callæschrum de honoribus, Πολυλακίς ἀπὸ τῶν ἀνδρες. Oratio de Pace. Ἀπὸ τῶν ἀνδρες.

Iterum

Iterum contra Diniam malæ administrationis reum. Ἰστῶς μὲν ὃ Ἀθλωαῖος. Expostulatio aduersus Himerium, Οὐδένα νομίζω! ὃ Ἀθλωαῖος. Actio aduersus Pistiam, Ὡσαύτῃ καὶ ὑμῶν ἕνεκα. Contra Dyficiem neglectæ hospitalitatis reum, Οὐδένα πώποτε οἴμασ. Demonstratio aduersus Theonimum, Τῷ πατρὸς, ὃ Ἀθλωαῖος. hanc Callimachus Demostheni adscribit. Contra Stephanum legum violatarum reum, Ἰπάρχη τῷ νόμῳ δέδωκετ', ὃ αὐθρῆς. Actio aduersus Clisthenem, σὺν ἀγνοῦ αὐθρῆς. Controuersia Phalereorum contra Phœnices pro sacerdotio Neptuni, Εὐχρημαί, νὴ τῶν Ἀθλωαῶν, περίφη δὴ. Contra re-scriptum Ctesiphontis, ὡσαύτῃ μὲν, ὃ αὐθρῆς, δέομασ. Posterior, τὰ μὲν ὡσαύτῃ τῶν ὀνίω. Apologia contestationis aduersus denunciationem Charetis aduersus Phidiadem scribam; Οὐτ' ἔχθρας ὑδρῆματ' ἔνεκα. Contra Philoclem de pecuniis Harpalicis, πὶ χροὶ λήψῃ τὸ ὡσαύτ'. Contra Gnosium de Harpalicis, Οὐκ ἀδελοί. In Aristonicum de Harpalicis, Εὐτόχημασ μὲν λῶ, ὃ αὐθρῆς. Aduersus Demosthenem, de Harpalicis, Ὁ μὲν δημοκρατῶσ ὑμῖν. Contra Aristogitonem de Harpalicis, Πᾶσ' αἰσ' ἰσοικεσ ὃ αὐθρῆς.

ORATIONES PVBLI-
ca spuria sunt sequentes.

CONTRA Theodorum in qua ab eo administra-
tionis rationem postulat, Ἐκείνα μὲν ὃ αὐθρῆς. Hæc
ætatem Dinarchi præcedit, dicta enim est Archonte
Theophilo vel Themistocle, anno post Thessali Ar-
chontis tempora tertio, vt ex ipsa oratione manifestum
est; nondum eo quintum, vt ostendimus ætatis annum
ingressõ. Aduersus præcones, εἰ μὲν ὃ πατῆρ ὃ αὐθρῆς. Hæc
Oratio habita est Archonte Eubulo vel Lycisco, qui Pag. 117.
immediate post Eubulum præfuit, cum nondum viginti
annorum esset Orator. Illa quidem Oratio de aliquo
denunciato habita est sub Archia, qui post Themistoc-
lem Archon fuit. Quæ singula ex oratione ipsa liquida

pateſcunt. Aduerſus Moſchionem accuſantem ipſum
 Nicodemi filium, Ἀποψηφισάμενον ὃ ἀνδρες τελευτι Μο-
 χίωνⓄ συμδωλάν. & hæc oratio habita eſt eadem tem-
 peſtate qua prior; quod ex ipſo orationis exordio & ſe-
 quentibus redditur manifeſtum. Aduerſus Meneclum
 abductionis reum. ὃ ἀνδρες δικασταί, ἐ Φνόμων καθ' ἑς.
 habita eſt Dinarcho adhuc puero. Ipſe enim reus eſt
 Meneclus, qui Ninum ſacerdotem duxerat, accuſator au-
 tem, ipſe Nini filius. Hæc autem ante Dinarchi ætatem
 contigerunt. Nam ipſa oratio Demotheſis de nomi-
 næ, in qua horum mentionem fecit, habita eſt Archonta
 Theſſalo vel Apollodoro, vt in ſcriptis de Demotheſe
 oſtendimus. Si verò Demotheſes Meneclis, vt iam de-
 functi, mentionem fecerit dicens, Ἐαργάτε γδ πάντες, αὐ-
 τῶν χροάμενον, ἕως ἔζη Μενεκλήσι; antiqua aliqua eſt oratio; q̄
 hæc ipſa in oratione Meneclis actor videatur. Contentio
 Athmonenſium de Myrrhine & Milace, Εὐχόμεν δὴ τῆ
 Δήμουσι καὶ τῆ Κόρη. Dinarchi ætatem præcedit. habita
 enim Prætoræ Nicomacho, vti ex ipſa oratione colligere
 eſt, cum nonniſi vnū & viginti annos haberet orator. Hæ
 igitur ſunt Orationes, quæ circa adoleſcentiam falſò ei
 adſcribuntur. Eæ verò, quæ poſt eius ſeceſſum ex Vrbe in
 Chalcida. Controuerſia pro ſacerdotio Cereris contra
 ipſum Hierophantem; Πομπῶν ἐ παραδόξων, ὃ ἀνδρες δικα-
 σται. hæcce oratio habita eſt illo iam exulante, vti ex ipſa
 videre licet. meminit enim in illa oligarchiæ diſſolutæ.
 Aduerſus Timocratem actio de populi commotione,
 Ἔργα ποιεῖς. Hæc oratio verè ſpuria eſt, eum & titulus ipſe
 id manifeſte indicet. Contra Spudiam, Καὶ εὐ τὰ δήμου
 κατηγόρησεν ἰσχυρόμβω, poſt oligarchiæ diſſipationem ha-
 bita eſt, & quantum quidem apparet, Dinarcho exulan-
 te iam, vti ex ipſius orationis ſerie colligere datur. Con-
 trouerſia Euonymenſium aduerſus præcones de cani-
 ſtris. Οὐδὲ μὲν τισὶ αὐτῶν πρῶτα γράφεται. & hæc circa eadem
 tempora dicta, exulante iam, vti ex oratione liquido pa-
 ret, oratore. Attica. πέντων ἢ ὅσων ὁμοίως, etiam hæc eo-
 dem tempore habita, vti ex ipſa oratione coniecere licet,
 Ætolica, Καὶ ἡμεῖς ὃ ἀνδρες Αἰτωλοὶ πρῶτος εἶσθε. Illa conſti-
 tuta iam oligarchia ab exulibus Athenienſibus dicta eſt,
 Ætolos

Ætolos rogantib⁹, suū vt negotiū susciperent, cū Cassander eos in libertatē restituere statuisset, vt oratio ipsa manifeste indicat. non igitur est verisimile. Dinarchū, qui fauebat iis qui oligarchiā inducebant pro iis qui eandē destruere volebant, orationē habuisse, nec ipsos Athenis orationē petiisse sit verisimile. Diphilo petenti dona, popularis oratio. * Crediderim hanc à Demosthene scriptā orationē, quia Demosthenes dona petens orationē scripsit, vt in oratione aduersus Demosthen. ostendit Dinarchus; & quia in extrema oratione Diphilus Demosthenē patronū obsecrat. Neq; enim credō Demosthenē Diphili amicū qui honores ei decerni volebat, passurū fuisse vt à Dinarcho orationem ille sibi scribi postulet. Hermiæ mercatoris apologia ob curam quam erga accusatos habebat, *Δέομαι ὑμῶν, ὦ ἀνδρες*. E stylo colligat aliquis, Dinarchi non esse; est enim lenis, debilis & frigidus; at potius Democlidæ, Menesæchmo, aut alii cuiusdam generis oratori adscribenda est. Abiudicabo & illi ambas orationes de Menesæchmo, quarum vna est de sacrificio Deli, & incipit, *Ἰστὶ Διόδορον ὑμῶν, &c.* altera verò in Periclem & Democratem, cuius initium, *Νομίζομεν ὦ ἀνδρες*; tum propter stylum: Lenis enim est, dilutus & frigidus; tum quia qui eam habuit, nobilis fuit, & post Lycurgum ærarii publici administrator, quæ omnia in orationibus ipse satis ostendit: quin & in priuatis & publicis orationibus multum pollet, vt Dinarcho velut orationum scriptore vsus videatur. De non tradendo Harpalo in manus Alexandri, *Οὐκ ἄξιον ἀρετῆς γαρμυρίζω*. Nec hæc oratio Dinarchi stylum redolet. Nam, vt alia omittam, ineptias multas & sophismata in hac reperiemus, quod à Dinarchi stylo valde est alienum. Deliam, *Ἀπὸ κωνοῦ καὶ Ροισῆς, καὶ Ταφύλου*. hæc quoq; non huius, sed alterius cuiusdam est, vt ipse arguit stylus, est enim antiquus, & ipsam historiam de Delo & Leo tangit. Contra Demosthenem legum violatarum reum, *Ἐώθητε, ὦ ἀνδρες*; hæc in tabulis pergamenis Callimacho ascribitur; equidem huius an sit nescio, neq; enim vllā præterea Callimachi orationē vidi. Scio autem multum illam à reliquis Dinarchi orationibus distare: simplex. n. est, vana, & plebeiā nugacitatē spirans.

* locus de-
prauus.

Pag. 118.

PRIVATÆ ORATIO-
nes, genuinæ.

XII.

CONTRA Proxenum damni illati reum, quam pro-
se ipse habuit, Εἰ τις μοι θεῶν, ὦ ἄνδρες. Contra Celi-
phoclem eiusque domesticos, de damno accepto, Ἄ μὲν
ἐγκυλιῶν, ὦ ἄνδρες. In Phanoclem damni illati defensor,
Οἰμὴν μὲν ἐγὼ, ὦ ἄνδρες. Aduersus Nicocratem pro Nico-
macho de iniuria, Ἄνδρες δικασταὶ ὅτι μὲν ἰδιώτης. Patroci-
nium Parmenonti pro mancipio de iniuria, Καὶ περὶ μα-
νηριῶν ὕπερον, ἄνδρες δικασταὶ, ἐγὼ γὰρ ἐγνων ὅτι Πάροπενων ἀ-
δικεῖται. Contra Posidippum de furto, Ἀδικηθεῖς ὦ ἄ-
νδρες. Contra Hedylam, defectionis reum, Καὶ ἀλιπόνη-
τοι πατέρος. Defectionis, ad Archelstratum, Πολλὰ καὶ
ἀγαθὰ γήνοιθε. Defensio Hegelerchi pro hereditate, Ὡς πα-
τέρι ἐμῶν ἐκαστος. Hæreditaria pro Iophonis filia, Ἄνδρες
δικασταὶ ἐπένης ὦν. Altera, Ἀμύχρον γὰρ ἴω ὦ ἄνδρες. Conte-
testatio, quod non sit de Aristophanis filiabus ambigen-
dum, Τὴν νόμον δεδωκέντες, ὦ ἄνδρες. Aduersus Pedieum de
iniuria in pupillum commissa, Μηδεὶς ἐμῶν ὦ ἄνδρες, Ἰου-
μύζην. Contestatio de hæreditate Helietti ad Charetem,
Πελοπίδης ἦδη ἤκαστα. De hæreditate Mnesiclis, Δικαίαν ὦ
ἄνδρες δέησιν. Contra Proxenum de iniuria illata, Ἰσχυ-
ρὴς ἔστιν ὦ ἄνδρες πωλητῶν. Inscribi autem debuit, defensor
iniuriæ. Pro Epichare ad Philotadem, Τοὶ Ἰαυμαῖστον ὦ ἄ-
νδρες. Contra Cleomedontem iniuriæ fustigatione illatæ
reum, Ὅτι μὲν ὦ ἄνδρες, Ἐὸ πατέρα Θεόδωρον δὴ. Ad Dio-
scoridem de adolescentibus, Δικαίως ἀνοίμας, ὦ ἄνδρες. De
collectis contra Proclis filios, Ἄ μὲν ἀδικεῖ μὲν, ὦ ἄνδρες.
Contentio de fructibus agri ad Aminocratem, Ἐπὶ τῆ-
ρα ὦ ἄνδρες αἰάγνη ἔστι. De equo, Τὴ μὲν ἀγῶν, ὦ ἄνδρες.
Posterior, Ἐξελόμενος ὦ ἄνδρες. Lyciclidæ contra Daum
pro seruis, Ἄ μὲν ἀδικεῖ μὲν, ὦ ἄνδρες. Præscriptio ad
Bioten. Ὅτι μὲν ὦ ἄνδρες καὶ αὐτὸς ἀπειρώς. Contra Theo-
dorum de falso testimonio, Νομίζομεν ὦ ἄνδρες. Patroci-
nium pro Agathone, vti & ipse Agathon dixit. Defensio
defectionis pro Æschylo ad Xenophontem, Χρηστικῶς
μὲν

μὲν αὐτῶν. Contra Philippum de metallo. Ὅτι μὲν αὐτῶν. Kalippus pro filios adoptante, sed inscribi debuit, Pro Theodoro, quem in filium adoptavit Archephon, Βελοίμελω αὐτῶν αὐτῶν ὡς πατρὸς κηλόν κὺ δίκαιον. De hæreditate Archephonis, Καὶ δίκαιον εἶναι νομίζω.

PRIVATÆ FALSÆ ET
adscriptitiæ.

PRÆSCRIPTIO aduersus Pedicū, Κατὰ τὸ νόμον τῶντων. Habita hæc oratio, vt ex ipsa manifestū est, Prætoꝛe Aristodemo. Nā Coloni qui in Samū deducti sunt, hoc Archonte missi sunt, vti in historiis tradit Philochorus. Atqui tunc vix decimas annū agebat Dinarchus. Ad Melandru pro Trierarchia, Ὡς πατρὸς νόμοι καλῶσιν ἔσθ' ἂν ὁ λόγος. Qui orationem habuit, videtur innuere iniuriam hanc commissam esse Archonte Molone, ait verò vltimo successisse Agathonem, Archonte Nicophemo, quo Dinarchus natus reperitur. Ad Biotum de nomine, Ἐδμήα, πολυπεραγωγική. Et si qui è Demosthenicis orationibus hanc eradunt, & Dinarcho adscribunt, non aliis argumentis conuincerentur, ipsum sane tempus eos errare ostenderet. Meminit enim excursionis in Pylas, quasi iam recenter factæ. Atheniensium enim egressio in Pylas contigit Archonte Theophilo, tertium decimum annum agente Dinarcho. Ad Mantitheum de dote, Πάντων ἰσὶν αὐτῶν ἀρόταις. Hæc præcedentem orationem imitatur, & multa habet quoad dictionem similia, quæ sint eiusdem oratoris, quæ non sit ætatis Dinarchicæ. nec multis post annis hanc actionem accusator mouit, sed duobus tantum aut tribus, vt in tractatu de Demosthene melius ostendimus. Defensio pro Athenada ad Amyntichum. Φίλοι μοι ἐπιτήδειοι ἄν. & posterior. Οἴομαι μὲν ὑμῶν αὐτῶν. Diopithedure Atheniensi adhuc circa Hellepontum rem gerente dicta est hæc oratio, vti ex ipsa pater, idque factum est circa tempora Archontis Pythodoti, vt in hoc Archonte Philochorus & alii ostendunt,

XIII.

Pag. 119.

eum Dinarchus nondum viginti annorum esset. Ad Mecythum de metallo : Πελάργροι μέταλλον ὡ ἀνδρες. hæc sub Nicomacho Archonte habita, ipse enim Orator ait sub Eubulo se metallum conduxisse, & cum res in eo annos elaborasset, & deinde eiectus esset ab eo qui proxima metalla habebat, se sub Nicomacho rem iudicio commississe, tum vigesimū primū annum agente Dinarcho. Defensio tutelę pro Satyro ad Charidemum: Μὴ μεγάλα κινδύνος συμβέβηκεται : & hæc sub Nicomacho habita. Pro remuneratione pro Megaclide. Εἰ μὲν ἴδεις ὡ ἀνδρες παρὸς τρεῖς ἢ τέτταρας. Qui dicit est Aphareus, nec est veris Dinarchi orationibus annumeranda. Dicta enim est duce Timotheo adhuc viuente circa tempus eum fortuna illi aduerfari cœpisset, & exercitum in discrimen adduxisset : quare reus factus, captus est. Timotheus autem sub Diotimo Archonte, qui Callistratum secutus est, in iudicium vocatus est.

Desunt hic quadam in Græco, & extremum huius libelli etiam non usque adeo emendatum, sed maculis nonnullis aspersum.



DI O N Y S I I
H A L I C A R N A S S E I
D E T H V C Y D I D I S H I S T O -
R I A I V D I C I U M ,

AD Q. ÆLIUM TUBE-
RONEM:

Andrea Dūdithio interprete.



N iis libris, Q. Æli Tubero, quos
tam antea de imitatione conscriptos
emisimus, tam de iis qui carmine,
quam qui soluta oratione scripserunt,
quos quidem præter ceteros putauim-
us excellere, disseruimus, & quas
quisque tum verborum, tum senten-
tiarum virtutes haberet, breuiter ostendimus. atq; illud
præterea examinauimus, qua maxime in parte quisque a
proposito aberrans, se ipso interdum factus deterior esse
videatur: idque, siue quod, quæ literis mandaret, parum
scienter delegerit, siue quod vires ad præstandum defue-
rint, quæ quidem omnia eò sumus aggressi, vt ii qui bene
scribendi, beneque dicendi laudem sequerentur, rectam
aliquam & probatam normam haberent, ad quam suas
quocumque in genere exercitationes dirigerent; neque
prorsus omnia, quæ apud illos scripta reperiuntur, ad imi-
tationem sibi proponerent; sed ex illis, si quæ sunt di-
cendi virtutes, caperent, vitia verò studiosè declinarent.
Atq; in illis quidè libris, cū de historicis nonnulla attingis-
sem, etiã ea quæ mihi de Thucydide viderentur, ostendi-

Pag. 337.
I.

quæ quidem omnia breuiter & summarim sum complexus : non equidem negligentia, neque verò quod earum rationum, quibus propositum nostrum confirmare ac stabilire possimus copia me deficeret; sed quia omnino meam scripturam ad ea quæ maxime opportuna esse, & ad rem facere viderentur, veluti ad scopum quandam, referebam. quod equidem institutum, cum de aliis: tiam scriptoribus agerem, seruauit. neque enim fieri poterat, ut, de quibus accuratè & copiose agere statuissem, eos strictim ac leuiter attingerem. Cum verò cupere te animaduertissem, ut te paratim de Thucydidis historia, commentarios conficerem, in quibus quæ in illo animaduersione digna sunt, omnia perlequerer, eo libro, quem de Demosthene tum in manibus habebam, reiecto pollicitus sum tua me voluntati obtemperaturum. nunc verò, reconfecta, quod tunc promiseram, tibi persoluo. De singulis autem uerba facturus, pauca quædam de me ipso, deque huius tractationis genere præmittam; non tua sane, neque tui similibus causa, qui nihil non optime iudicatis, nihilque ducitis ueritate præstantius: sed ad illos spectauit, qui veterum scripta plus æquo admirantur, suam ætatem aspernati: quo plerique homines uitio laborant. Suspitor autem fore nonnullos, qui cum hæc legent, nos reprehendant quod Thucydidem omnium, qui umquam historias scripserunt, facile principem, tum in rebus deligendis aberrasse, tum in narrando defecisse, audeamus ostendere. Neque verò illud nos fugit, si Thucydidis scripta notare aggredieremur, futurum ut primi ac soli res nouas, atque ab hominum opinione abhorrentes, tentare uideremur; non solum aduersantes communi, atque à multis sæculis receptæ opinioni, quæ uix ex hominum animis euelli possit; uerum etiam præstantissimorum Philosophorum atque Oratorum præclara de illo testimonia reiicientes: qui quidem illum ueluti regulam quandam scribendæ historiæ proponunt, ac quasi terminum quandam statuunt, extra quem egredi non liceat iis qui dicendo in Republic. uolunt excellere. Ad quorum equidem accusationes refellendas, quæ theatrale nescio quid habere, ac ad colligendam multitudinis

II,

titudinis gratiam peraccommodatæ videntur, illud
 satis fuerit, si dixerò, ita me totam ante-actam vitam ad
 hæc vsque tempora instituisse, ut me à maledicendi ac
 frustra oblatrandi studio quam longissime abducerem;
 neq; vllum vniquam scriptum edidisse, quo quemquam
 insectarer, præter illud quo civi-lem philosophiam contra
 eos qui eam immerito oppugnarent, defendi. Quod cum
 ita sit, non ego nunc primum indignam hominæ libero,
 à me verò longe alienam improbitatem, Thucydidis hi-
 storicoꝝ omnium clarissimi scripta insectando, homini-
 bus patefacere sum aggressus. de quo quidem scribendi
 genere multo plura quæ dicerem habebam: sed ero con-
 tentus paucis. nam quam sint vera quæ attuli, quamque
 mihi conueniant, & tu ipse, & qui elegantis doctrinæ
 studio tenentur, iudicabunt. In Thucydidis verò scriptis
 excutiendis, non est nostri consilii, eius institutum ac di-
 cendi facultatem oppugnare, eiusque scripta reprehen-
 dere: neque hoc animo ad scribendum aggressus sum, ut
 vitia tantum c. liggerem, aut eiusmodi aliquid facerem, *Pag. 138.*
 neque ut, quæ in eo præclate confecta animaduerteterem,
 silentio præterirem; ea verò quæ non optime dicta
 essent, inuaderem: sed ut, quæ mea de eius oratione esset
 sententia, explicarem; atque omnia complectens, quid
 ille cum aliis communitè haberet, qua in re differret, ostē-
 derem. Quod mihi facere instituenti, non virtutes tan-
 tum eius, sed, quæ virtutibus plerumque annexa solent
 esse, vitia quoque persequi necesse fuit. non enim id præ-
 stare potest cuiusquam hominis natura, nihil ut neque
 verbo neque re vniquam peccet. illa verò optima est exi-
 stimanda, quæ in plurimis scopum attingit, in paucissi-
 mis aberrat. Ad hanc igitur rationem, ea quæ dicuntur,
 quisque examinet; neque metum institutum reprehendat,
 sed eorum quæ de dicendi ratione allaturi sumus, æquus
 sit æstimator. Quod verò non ego primus hoc scribendi
 genus aggrediar, sed multo ante me, & nostra & veterum
 memoria, nulla maleuolentia suffusi, sed veritatis studio
 ducti, in eadem se palastra exercuerint, possum sexcentis
 prope testibus comprobare. duobus tantum ero con-
 tentus, Aristotele, & Platone. atque Aristoteles quidem

III.

non optime omnia à magistro suo Platone tradita existimat : quæ sunt quæ Plato de ideis, de ipso bono, de repub. disseruit. Plato etiam ipse, Parmenidis, Protagoræ, Zenonis, atque aliorum, qui rerum natura constantium philosophiam profiterentur, errores conatur indicare. neque tamen est quisquam, qui hoc illi vitio veritati cum sciat, vnam veritatis cognitionem recte philosophantibus esse propositam, quæ etiam optimam incunde vitæ rationem nobis ostendit. Cum igitur nemo illos, qui in dogmatibus dissentiant, propterea reprehendat quod non omnia veterum dicta probent, quis est qui eos reprehendendos existimet, qui cuiusque dicendi generis proprietates explicet? nisi si quis tantum veteribus tribuat, ut iis etiam virtutibus eos ornet, quibus omnino caruerunt? Superest vnum, quod à nobis refelli oporteat, invidiosum illud quidem, & plausibile in vulgus crimen; eiusmodi tamen, quod in se nihil boni continere, ostendi facile possit. Non enim si ea quæ Thucydides aliique viri polluerunt, ingenii vi ac præstantia deficiamus, incerto fit ut eâ quoque, quæ illis fuit, considerandi & iudicandi, facultate careamus. Nam neque de Appellis, aut Zeuxidis, aut Protogenis, aut aliorum pictorum, qui famam claruerunt, artibus iudicare non licet iis quos earum artium scientia cum his ipsis minime conferri potuisse constat: neque de Phidiæ, aut Polycleri, aut Myronis operibus ceteri opifices sententiam minus ferre potuerunt, cum ab eorum tamen laude longe distarent: ut illam rationem prætermittam, quod sæpe usu contingit, ut homo inscius atque idiota, si quid sit iudicandum iis in rebus quæ sub sensum cadunt, ne artificem quidem ipso sit inferior. huc enim omnis ars intendit, hincque iudicandi sumit initium. Verum ne longior em hac in parte imprudens sermonem cõsumam, hæc pro cœmii loco sufficiant.

V. Sed antequam aggrediar ad ea quæ de Thucydide sum dicturus, pauca quædam libet commemorare de cæteris historicis, tum vetustioribus, tum iis qui temporibus iisdem, quibus ille, floruerunt. ex quo & illius in rebus deligendis consilium, quo superiores vicit; & in exponendis facultas, dilucide patebit. Veteres igitur historici,

ante

ante bellum in Peloponneso gestum, & multi, & multis in locis fuere: in his Eugæon Samius, & Deiochus Proconnesius, & Eudemus Parus, & Democles Phrygeus, & Hecæus Milesius, & Acusilaus Argivus, & Charon Lampfacenus, & Melesagoras Chalcedonius, qui autem paulò ante Peloponnesiaca tempora vixerunt, & ad vsque Thucydidem ætate processerunt, Hellanicus Lesbicus, & Damastes Sigieus, & Xenomedes Chius, & Xanthus Lydus, & alii complures; quorum & consilium in deligendo argumento non dissimilimum fuit, & facultas penè par. historias porro alii Græcas, alii barbaricas conscribere; neque has ipsas mutuò inter se connectere, sed per nationes & vrbes diuidere, & separatim placuit emittere; scopo scilicet eodem sibi proposito, vt, quæ apud incolas monumenta rerum per nationes atq; vrbes, siue in sacris locis, siue in profanis asseruata iacebant, ea ipsa, qualia plane accepissent, nulla re addita, nulla detracta, ad communem omnium scientiam emitterent. atque in iis monumentis tum fabulæ quædam inerant, quibus à vetustate fides accesserat; tum theatrales nonnullæ casuum vicissitudines, quæ fatuitatis nullum nostri temporis hominibus habere videantur. Genus autem dicendi, qui eadem lingua scripserunt, omnes idem ferè secuti sunt; perspicuum, vsitatum, purum, breue, ad rerum ipsarum naturam accommodatum, nullo prorsus, quod quidem emineat, artificio elaboratum, quorum scripta species quædam exornat: & venustatis quidem in aliis plus, in aliis minus elucet. quo fit, vt adhuc eorum scripta vigeant. Herodotus autem Halicarnasseus, qui ad Peloponnesiaca tempora vitam perduxit, cum paulò ante Persica natus esset, tum materiam historiæ paulò altius extulit, atque illustrauit; neque vnus vrbis, aut vnus gentis, sed Europæ Asiæque res gestas, & multas & varias, vno libro complexus est: (nam à Lydorum imperio exorsus, ad vsque bellum Persicum opere perducto, quæcunque per annos ducentos & quadraginta gesta à Græcis & à Barbaris erant, ex iis illustriora quæque delegit, & in vnum quasi corpus historiæ contulit) tum omittas à

VI.

superioribus dicendi virtutes ad suam orationem adiunxit. Successit Thucydides. is neque, ut Hellenicus, quasi desiderem esse historiam, & in vno loco consistere passus est; neque, Herodoti exemplo, Græcorum Barbarorumque facta ex omni regione in vnum esse colligenda existimauit: cum quidem institutum illud Hellenici ob eam causam contemneret, quod abiectum & humile videretur, planeque eiusmodi, quod legentibus haud multum utilitatis afferre posset: Herodoti autem rationem ideo non probaret, quod latior ac fusior esset quam ut tam humana cogitatio perfecte posset vniuersam comprehendere. vnum autem bellum, quod inter Athenienses & Peloponnesienses gestum est, ab animo complexus, in eo componendo, cum & corpore & animo æque valeret, suum studium industriamque collocauit. cumque ad exitum belli vita processisset, non quæcunque in sermonibus audisset, sed quibus ipse affuisset, quæque esset expertus, in sua scripta retulit: quæ verò propter exemplum suum nosse minus potuit, ea sumpsit ab iis qui optime ipsi cognouissent. Ac superiores quidem historicos duabus rebus excellit: vna, quod scribendi argumentum delegit neque simplex omnino, ex vno tantum quasi membro formatum; neque valde permixtum, in multa atque incongrua capita dissectum: altera, quod fabulosum in suis libris nihil induxit, neque in eam partem deflexit, ut multitudinis fraudem, & tamquam imposturam faceret quo in genere superiores omnes peccauerant: qui lamias commemorarunt nescio quas in siluis & saltibus; è terra prodeuntes; & Naidas in terra atque aqua pariter degentes, ab inferis profectas, pelago innatantes, semiferas cum hominibus coeuntes. & ex mortali diuinoque concubitu semideam sobolem, & alia quædam, quæ nostra ætas, ut incredibilia planeque delira, contemnat. Neque verò ut hæc dicerem, eo sum adductus, quod illos viros accusem; quibus etiam veniæ multum tribuo; si, cum in explicanda nationum & locorum historia versarentur, fabulosa figmenta receperunt; quandoquidem apud omnes homines, tum communiter de locis, tum proprie de urbibus, monumenta quædam seruabantur huiusmo-

VII.

*Quibus rebus
superiores
historicos
excellerit.*

huiusmodi, quas dixi, rerum, auditione perceptarū: quas filii à patribus acceptas suis deinde posteris vt traderent, elaborarunt. quod si qui literis eas consignare vellent, ab his vt ita plane exponerentur quo modo de veteribus acceperant, dignum putabant. quapropter illos viros, vt locorum descriptiones fabulosas additamentis variarent, atque distinguerent, necessitas compulit. Thucydidem autem, qui materiam vnā ad scribendum cepisset earum rerum quibus ipse affuerat theatrales ludificationes in narrationem inducere non decebat; neque se ad eum errorem quem eiusmodi scripta sua sponte parete consueuerunt, sed potius ad vtilitatem legentium accommodare: quod ipse in historię proœmio testatum reliquit: quo in proœmio hæc scripsit ad verbum: *Et auditu quidem, vt quæqua pars fabularum expers in ipsis est, ita minus iucunda fortasse videbitur. quicumque autem præteritis res, & * quantum humano consilio licet, etiā futuris, præteritis similes, considerare, planeque inspicere voluerint, his, dum illa vtilitatem pariant, satis erit. emolumentumque potius, quod semper idem sit, quā spectaculum, quod in presenti tantum oblectet, in scribendo cogitamus.* Ac de ipso quidem, & philosophi, & oratores omnes, aut, si non omnes, plerique certe, ita consentiunt; de retinenda veritate, cui consecratam esse historiam volumus, plurimum laborasse; nihil addidisse rebus; quod iustum non esset; nihil detraxisse; * nihil ad suam libidinem scripsisse; rationem & viam secutum esse, quæ ab omni proflus inuidia, omnique assentatione, præsertim vbi de insignibus ad laudem viris iudicat. longissime ab esset. Nam cum in primo libro de Themistocle loqueretur, virtutes, quibus ille floruit, copiose admodum commemorauit. Cum verò de Pericle, deque illius in administranda republ. consiliis mentionem in secundo libro faceret, laudes in eum effudit maximas; eiusmodi scilicet, quas disseminata per orbem terrarum tanti viri gloria postulabat. eodemque modo cum de Demosthene duce; cum de Nicia Nicerati, de Alcibiade Clinix filio, deque aliis, & ducibus & oratoribus, dicendum ei necessario esset; quæ cuique conueniebant, exposuit. quæ probare

VIII:

* vt res huius

* nulla in

* nulla in scribendo libentia vsurata esse.

Pag. 140.

exemplis non puto mihi opus esse apud eos, qui historias eius peragrarunt. Hæc igitur, quæ Thucydides, quod ad res attinet, egregie præstet, possit aliquis dicere. Quæ cum præclara sint, atque imitatione digna; tamen hoc in illo summum est atque eximium, quod neq; mendacium voluntariò dicit, neque suam ipse conscientiam turpi labe contaminat. Quæ autem in eo minus absoluta videntur, & in quibus carpitur à nonnullis, in ea historica materia parte sunt posita, quæ plus habet artificii, atque œconomia nomine appellata, in omnibus, siue quis philosophicam, siue oratoriam materiam sumpsit, in primis requiritur. Hæc verò ea sunt quæ ad distributionem, ad ordinem, ad amplificandi studium, & industriam pertinent. Ordinar autem ab ipsa diuisione præfatus illud, quod, cum superiores historici sua scripta vel locis, vel temporibus apte continuatis distinxerint; vnus hic inuentus est, qui ex his diuisionibus neutram probaret narrationes enim ita disposuit, vt neque loca persequeretur, vbi gestæ res erant; quod Herodorus, Hellanicusq; & alii nonnulli ante illius ætatem historici fecerant; neq; tempora; quod eos qui agentem de locis historiam edidere, secutos esse constat: quibus vel ad regum aut sacerdotum successiones, vel ad Olympiadum ambitus, vel ad Archontum annuos principatus, suorum librorum diuisionem placuit accommodare. cumq; nouam quandam, neq; ab aliis tritam viam inire voluisset, in ætates & hiemes historiam partitius est. cuius consilii non is, quem ipse putauerat, exitus est consecutus factum est enim, non vt apertior fuerit temporum distributio ad anni partes facta; sed eiusmodi, quam animi manus facile assequerentur. qua in re licet illum iure mirari, qui non viderit futurum, vt quum multa simul res multis in locis gereretur, breuib; quasi segmentis concisa narratio, præclarum illud purumque lumen capere nequiret. quod ipsis ex rebus perspicue patet. In tertio enim libro (vt hoc vno exemplo contentus sim) de Mitylenæis aggressus scribere, narrationem prius quam vniuersam absolueret, ad Lacedæmoniorum res gestas diuertit: quibus nondum imposito sine, Plataensium obsidionem commemorat: eamque

IX.

Quæ in Thucydide desiderantur.

*mente inuoluntaria
de tempore*

Partitionem historiam non recte instituit.

X.

mox

mox imperfectam dimittens, Mitylenensis belli mentionem infert. deinde sermonem eo conuertit, ut, quemadmodum Corcyrae seditione facta, alii Lacedaemonios, alii Athenienses accersuerint, exponat. neque verò perficit hanc partem; sed omittens inchoatam, de Atheniensium priori expeditione in Siciliam pauca narrat. postea, cum Atheniensium in Peloponnesum navigationem, & Lacedaemoniorum aduersus Dorienses expeditionem demonstrare esset exorsus, ad ea quae ad Leucadem à Demosthene duce gesta sunt. & ad Aetolorum bellum transit, inde Naupactum abit. nec * Epiroticis bellis ad exitum perductis, Siciliam rursus attingit: postea, quemadmodum Delas expurgaretur, ostendit; Argosque Amphilochicos, ab Ambraciotis oppugnatos, relinquit. Quid multis opus est? totus enim liber ita concisus, perpetuam historiae seriem amisit. Accidit autem id quod consentaneum est, ut vagemur, nec facile, quae traduntur, studio consequamur; cum ex diuulsione rerum perturbata mens, imperfectas & quasi mutilatas notitias ipsa sibi commodè perfectè referre non possit. historicam enim narrationem perpetuo veluti filo ductam & colligatam oportet esse; praesertim ubi res exponuntur & multae, & eiusmodi quae cognosci ac percipi non facile queant. non esse autem rectam, quae ille usus est. neque aptam historiae regulam, satis constat neque enim de posterioribus historicis, quae sua scripta in aestates & hiemes distribueret, quisquam fuit: omnesque potius id consilium sequi maluerunt, ut ad perspicuas rerum intelligentias tritis itineribus narrationem perducerent. Sunt etiam qui, quod ad ordinem spectat, illum accuserent; quod historiam neque, quo opus erat, principio sit ingressus; neque, quo decebat, fine concluderit: cum ita dicant, disponendi laudem non esse minimam in eo sitam, si & principium, quo non aliquid sit prius, capiatur, & eo fine, cui nihil videatur deesse, comprehensa narratio terminetur: quarum rerum ab ipso neutrae satis accurate animaduersam esse. Occasionem portò illis huius accusationis historicus praebuit, qui cum ita posuisset, omnium bellorum, & temporum diuturnitate, & multarum calamitatum euentis, illud fuisse maximum quod in Peloponneso gestum est, in extremo

* absolute
bellis quae
per cetera
sem gerebatur,
Stc. r.

dispositio
reperitur

XI.
Ordo eius
dispositio re-
prebentur.

Pag. 147

procemio causas primum, unde principium duxit, ag-
 greditur explicare: duasque cum ostendisset, unam veram,
 nec tamen vulgo notam, Atheniensium civitatis incre-
 mentum; alteram falsam, quam tamen Lacedæmonii
 fingerent, subsidium Corcyrae adversus Corinthios ab
 Atheniensibus missum, non à vera causa, neque ab ea
 quam ipse probaret, sed ab altera sumpsit initium. scripsit
 enim hæc ad verbum: *Origo autem ipsius ab Atheniensibus, & Peloponnesis, soluto, quod in annos triginta post
 captam Eubœam percussum erat, fœdere manavit. qui cur
 initiam fœderis societatem diremerint, & causas, & dissen-
 siones, primum ostendi, ne quis, unde tantum inter Græcos
 bellum existerit, aliquando posset exquirere. Verissimam
 enim causam, licet in sermonibus occultam, opinor hanc
 fuisse, quod Atheniensibus eas vires adeptis, ut Lacedæmo-
 niis formidabiles essent, bellum necessario sit excitatum. que
 vero palam iactabantur causa, quibus factum est ut fede-
 ra rumpere viderentur, & bellum inter eos gereretur, huiusmodi
 erant. Epidamnus est urbs ad dextram sita navigantibus
 in Ionium sinum. incolunt autem ipsam, Illyrica natio, bar-
 bari Taulantii. Mox, quæ ad Epidamnium, ad Corcy-
 ram, ad Potidæam gesta sunt, & Peloponnesium con-
 ventum in urbem Spartam, & orationes illic habitas ad-
 versus Atheniensium civitatem, commemorat; atque
 hæc ita producit, ut ad versuum duo millia consumat. quo
 demum in loco altera de causa, quæ & est, & ipsi videtur
 esse vera, differit; hinc exorsus: *Decreverunt autem Lacedæ-
 monii, solutum esse fœdus, atque Atheniensibus inferri
 bellum oportere: non tam sociorum sermonibus in eam
 mentem adducti, quam metu ne nimium crescerent vires
 Atheniensium; quorum ditioni iam subiectam Græcia
 maiorem partem viderent. Athenienses enim ad eas res
 quæ incrementum illis attulerunt, huiusmodi ratio perdu-
 xit. Deinde ea quæ à Persico bello ad Peloponnesia-
 rum civitas gessit, per capita subiungit, idque cursim, usque
 eo, ut ea paucioribus quam quingentis versibus com-
 prehendat. Rursus, cum illa rebus Corcyreis anteire, ne-
 que ab illis, sed ab his manasse principium belli recorda-
 tus esset; scribit hæc ad verbum: *Post hæc autem, quæ iam***

XII.

expo-

exposuimus, haud multorum annorum interiecto spatio,
 consecuta sunt * inter Corcyram & Potidaeam dissensiones, * res Corcy-
 & quacunq; hoc bellum suscitarent, qua simul omnia, & raica ac Po-
 qua inter ipsos, & qua aduersus barbarum Graeci gesserunt, tidaatica,
 annis summum quinquaginta perfecta sunt; quot à discessu & quacunq;
 Xerxis ad huius belli principium numerantur; cum inserim que huic bel-
 Athenienses & principatum confirmarunt, & maiores lo ansam
 opes ipsi sibi compararunt. quod Lacedaemonii cum intelli prabuere.
 gerent, non tamen, ut obsisterent nisi ad breue spatium, ad-
 ducebantur; & maiorem temporis partem quiescebant:
 quippe qui nec antea, nisi necessitas cogeret, facile bella susci-
 perent; & tunc domesticis etiam contentiombus distinerentur. * Verùm enim uerò cum Athenienses opibus manifesto * Interea,
 crescerent, in itaque inter eos societatem laderent: tunc
 non iam esse ultra ferendum censuerunt, sed omni studio
 conandum, ut eorum potentiam, sumptis armis, si fieri
 posset, euerterent. Oportebat autem illum, cum belli caus- XIII. +
 las indagare coepisset, eam quæ vera esset, quæq; ipsi pro-
 baretur, primo loco tradere: quãdoquidè & natura postu-
 labat ut priora posterioribus anteirent, vera prius quam
 falsa dicerentur; & ipse narrationis ingressus, si eiusmodi
 ordine institutus esset, longè futurus erat præstantior.
 non enim, si quis partem illius tueri uelit, ea ratione pos-
 sit uti, quod vel parux res essent, nec satis dignæ, quibus
 explicandis opera daretur; vel communes, & ab aliis an-
 tea sic protritæ, ut nihil opus esset ab his initium ducere.
 ipse enim hunc locum, ut à veteribus prætermisum, hi-
 storia dignum existimauit, qui ad uerbum ita scripserit:
 Scripsi autem ea, & ab instituto sermone propterea diuer-
 ti, quod superiores omnes hunc locum omiserunt, & aut res
 Græcas ante Medicas, aut Medicas dumtaxat composue-
 runt: eas autem res, quas & Hellenicus in Attica historia
 persecutus est, neque copiosè, neque temporibus satis accu-
 ratè distinctis, explicauit: simul ob eam causam, quod A-
 theniensem principatum qua ratione sit constitutus, ha-
 rum rerum tractatione declarat. Satis igitur & hinc aper-
 tè colligitur, narrationem ab ipso non optime, id est, non
 ut natura postulat, esse digestam. Huc accedit, quod nec
 historiam quo debuit fine concludit. cum enim annos VII.

& xx. bellum comprehenderit: atq; hoc quantum temporis est, vsque ad belli exitum ipse vixerit; tamen vsque ad annum alterum & vigesimum historia perducta, octauum librum maritima illa pugna, quæ ad eum locum quem *Sepulcrum canis* appellant, est commissa, termina-
 uit * Adde quod, cum in proœmio, quæcunque hoc in bello gesta sunt, omnia se esse perscripturum affirmasset; itemque in quinto libro tempora collegisset, & vnde ortum bellum est, & quousq; processit, scripsit hæc ad verbū; *Hoc solum inueniet exitu comprobatum ex his qua futura esse ex oraculis affirmabantur. semper enim in initio belli, & usq; ad extrema tempora, recorder à multis: esse nuntiatum, oportere ad annos ter noueros bellum perdurare. mihi autem per totum illud tempus vix a suppediuit: cum & id arduum esset, ut rerum sensum haberem, & in eam curam animum intenderem, ut singulas notitias optime con-*

* *annus post-quã ad Amphipolim dux fuisset, vigesimū p.* sequeret. cumq; * anno post Amphipolitanam expeditionem vigesimo patria mea exularem, & apud utrosque, dum res agerentur, nec minus apud Peloponneses ob exsiliū meū, versatus essem; factum est ut aliquid ego persius, quam ipsi, potuerim in otio cognoscere. Dissensionem igitur post x. annos exorsam, & fœderum perturbationem, & qua deinde in bello consecuta sunt, explicabo. Præterea & in ea parte,

XV.
 In capitulum tractatione non satis accuratus est.

vbi amplificationibus res persequitur, minus illum esse diligentem, & vel ea quæ breuitatem postulant, verbosius exponere, vel, quæ longiori sunt oratione pertractanda, leuiter nimis attingere, multis equidem, iisque minime dubiis argumentis probare possim: sed paucis tamen utar, & à naualibus primum Atheniensium Peloponnesiumque pugnis, quæ in extremo secundo libro narrantur, initium capiam. Cum Athenienses, contra naues Peloponnesium xlviii. soli xx. nauium classe * aduersus barbaros multis partibus plures, ita maritimo prælio decertarunt, ut, quot ad bellum naues emiserant, totidem plane alias depresserint, alias cum ipsis hominibus cepertur, qua de re ipsius verba subiiciam: *Postea simul cum focus Atheniensium apud flumen Eurymedontem in Pamphilia, terrestri nauisque certamine aduersus Medos pugnarunt: eodemque die bis Athenienses, duce Cimone, Mitiadis*

* *Eodem in Græco multisyllabus.*

Miltiadi filio, victoria potiti sunt, capitis ac depressis omnibus Phœnicum nauibus ad ducentas. Atque his quidem non dissimilia sunt ea quibus de terrestribus præliis agit. Nam aut longius, quam par sit, oratione prouehitur; aut rem præter modum in angustum contrahit. Cum enim ea quæ ab Atheniensibus circa Pylum & Sphaëteriam insulam gesta sunt, cum obsessos in ea Lacedæmonios Athenienses expugnarunt, in quarto libro narrare cœpisset, atque interim pauca quædam leuiter attigisset, ad ea tum demum quæ sunt post consecuta, sermone conuertit; omnesque ex vtraque parte commissas pugnas, cum neque multi in illis cecidissent, & perpauca sese dedidissent, diligenter & accurate pluribus quam trecentis versibus est persecutus. quam quidem pugnam ipse summam explicans, hæc ad verbum scribit: *In insula quidem casti, aut viui capti, tot fuerunt. armati in eam traiecerant quadringenti omnino & viginti. ex his viui capti sunt octo minus trecenti; reliqui occisi. ac ex illis quidem qui viui capti fuerant, Spartani erant numero centum viginti; ex Atheniensibus, pauci sunt interempti.* De Niciæ autem imperio illata mentione, qui sexaginta nauibus, & duobus Atheniensium grauis armaturæ milibus in Peloponnesum ductis, ac Lacedæmoniis in castella conclusis, Cytherios expugnauit; magnamque Peloponnesi partem depopulatus, ingenti captiuorum multitudine abducta, Athenas re nauigauit, sic cursim de rebus ad Cythera gestis ait: *Pugna commissa, Cytherii, cum non diu resistissent, fuga se in superiorem urbis partem receperunt; ac post, cum Nicia & collegis salutem pacti, se cum rebus omnibus ei dediderunt.* De Æginetis verò captis, qui Thyreæ erant, ita scribit: *Interea Athenienses, cum appulissent, statim omnis exercitu admoto, Thyream capiunt, oppidum incendunt, omnia diripiunt. Æginetis autem, si qui à caede seruati erant, abductis, Athenas reuerterunt.*

XVI.

XVII.

Pag. 143.

profus omne desperantes, Spartam legatos miserunt, qui pacem, qua maximè egebant, poscerent, non modo legatorum nomina prætermisit, sed illud simul, quam apud eos orationem habuerint, quique eorum petitioni aduersantes effecerint ut lædus Lacedæmonii reiicerent, quæ leuiter ac negligenter, quasi contemnenda, his verbis exposiuit: *Post secundam Peloponnesium irruptionem, Athenienses, cum iam iterum eorum vastata esset regio, ac bello & morbo vexarentur, mutata voluntate, Periclem, quod bellum suasisset, incujabant; illius effectum opera existimantes, ut in tot calamitates inciderent: ac, cum cedere Lacedæmonius statuisset, missis hac de re legatis nihil apud eos effecerunt.* De posteriore verò scribens, cum Lacedæmonii captos ad Pylum trecentos, missa Athenas legatione, recuperare vellent, eam orationem quam Spartanus habuit, & causas cur pactionibus non steterint, perceret. Quod si ergo satis officio suo se functum arbitratus est, si tantum capita quædam rerum ab Atheniensium legatis gestarum, persequeretur, neque adhortationibus, neque orationibus, quibus vsi sunt, commemorandis, neque eorum qui suaserunt, neque Lacedæmoniorum, qui fœderis societatem non admittendam censuerunt, nominibus indicandis operam ponendam existimauit: cur non idem in iis qui Lacedæmone Athenas venerunt, institutum seruauit, cum illi quoque pace infecta discesserint? Sin autem in his commemorandis magna diligentia opus esse non ignorauit, cur illa per negligentiam prætermisit: neque enim existimandum est, eum facultatis imbecillitate prohibitum, ne aut inuenire, aut, quæ utrobique rebus ipsis conuenirent, eloqui posset. Quod si suis quibusdam rationibus adductus, alteram legationem exaggerare maluit: nequeo sane conicere, cur Lacedæmoniam Atticæ, hoc est, eam quæ posterior esset, ei quæ præiret tempore, anteferet; cur propriam alienæ; cur eam denique quæ minorum, quam quæ maiorum calamitatum causa missa fuerat. Cum verò urbium expugnationes & euerfiones, & homines in seruitutem abductos, aliaque eius generis scribere cogitur, ita interdum animos crudelium, grauissimarum, planeque miserabilium

jium rerum commemoratione perturbat, ut nullam reliquis historicis, nullam poetis rei altius extollendæ facultatem relinquat; interdum verò adeo pusilla, adeoque humilia nobis ostendit, ut eorum cognitio ne leuiter quidem animos afficiat. Cum autem de Plataensium, cum de Mitylenensium ac Meliensium ciuitatibus ageret, summam in illarum calamitatibus describendis vim adhibuit. ac verba quidem quibus calamitates eorum summis viribus exaggerauit, non puto necessarium esse nunc in medium adducere. ea verò loca, in quibus hanc diligentiam vitauit, & ærumnas eorum propemodum extenuat, quod in historia sua non raro fecit, afferam: *Iisdem temporibus Athenienses, * Sicyoniis expugnatæ, omnem iuuentutem deleuerunt; & pueris ac mulieribus in seruitutem abductis, regionem ipsam Plataensibus vendendam dederunt. Ac rursum: Cum in Eubœam duce Pericle pertransissent, vniuersam subegerunt: ac reliqua quidem eius regionis parte pacificationibus in deditiōem recepta, Hæstias verò sedibus suis eiectis, eorum terram ipsi occuparunt. Æginetas quoque eodem tempore Athenienses, vnâ cum vxoribus ac liberis Ægina eiecerunt; incusantes, quod belli causam potissimum prabuisissent; atque existimantes, si ex suis incolæ eo mitterent, propterea quod Ægina Peloponneso adiaceret, minore cum periculo se Ægina imperiū habituros. Nec verò pauca præterea in illius historia liceat inuenire, quorum alia summam cum in scribendo amplificationem adhibuisse ostendunt, cui neque addi quidquam, neque detrahi possit: alia ita sunt negligenter decursa, ut exitiam illius in dicendo facultatem ne minima quidem ex parte præ se ferant. quod quidem cernere est potissimum in concionibus, in colloquiis, atque aliis eiusmodi elaboratis orationibus. quæ cum omnia diligenter curasset, historiam ipsam reliquisse videtur imperfectam; quemadmodum Cratippus, qui & eius fuit æqualis, & quæ ipse omiserat, in vnum coëgit, scriptum reliquit: cum eas orationes ita dicat adhibitas esse, ut non modo rebus ipsis sint impedimento, vetum etiam auditoribus permolestæ: idque sentientem Thucydidem, nullas in vltima historia parte orationes adiunxisse, etsi*

* Scionæ.

XIX.

multa in Ionia, multa Athenis euenissent, quæ sermo-
num & orationum interuentu transfigerentur. Quod si
quis primum cum octauo libro conferat, neque idem in
illis institutum, neque eandem in explicando vim inesse
iudicabit. alter enim, cum paucas admodum, nec
magni momenti res habeat, totus concionibus ad artem
factis abundat: in altero contra, & multis & magnis re-
bus referto, magna est concionum infrequentia. Iam
verò & in ipsis concionibus lapsum illum in hunc erro-
rem videor animaduertisse, vt in eodem argumento, eo-
demque tempore, quæ ad rem facerent, omiserit; quæ
verò maxime aliena essent in orationem induxerit. cuius
generis illud in tertio libro, vbi de Mitylenensium ciui-
tate verba facit, videtur esse. Nam post urbem captam, ac
post captiuorum aduentum, quos Paches dux miserat,
cum bis conuentus Athenis ageretur, orationes ab iis qui
populi factionum principes erant, habitas, quasi minime
necessarias, omisit: in quo quidem conuentu populus de-
creuerat, vt captiui, atque omnis Mitylenæorum iuuen-
tus trucidaretur, ac mulieres cum pueris in captiuitatem
abducerentur. ea verò quæ in secundo conuentu ab iis-
dem essent dicta, tamquam maxime necessaria, assump-
sit. in quo quidem conuentu populum, qui eadem de re
iterum coactus erat, prioris decreti pœnituit. Illa verò
tam celebris laudatio, quam in secundo libro collocauit,
qua factum est ratione, vt eum potius quam alium locum
occupauerit? Nam siue id factum est propterea, quod in
magnis vrbis calamitatibus, in quibus multi fortetque
ex Atheniensibus viri pugnantes occubuerunt, vsitatos
luctus commemorare necesse fuit; siue quod eos qui ce-
cidissent, propter magnas res feliciter gestas, ex quibus
ciuitati ipsi & vires accesserunt, & gloria est parta, lau-
dationibus prosequendos existimauit: hæc profecto
laudatio cuius alii potius, quam huic loco conuenire vi-
deatur. siquidem qui in prima Peloponnesium irru-
ptione cecidisse in hoc libro memorantur, perpauca nu-
mero Athenienses erant, neque ita memorabile facinus
vllum, vt ipse testatur Thucydides, ediderant. nam cum
antea de Pericle dixisset, quod nimirum is custodia ciui-
tatem

Pag. 144.
XX.

XXI.

tatem contineret, ac, quantum quidem posset, quietam conferuaret, ita tamen, vt frequenter equites aliquot emitteret, qui hostium emissarios ab agris qui vicini vrbi erant, prohiberent, ne quid ipsis agris damni inferretur; deinde breuem quandam pugnam ab Atheniensium equitum turma, vnà cum Thessalis, in Phrygiis ait esse commissam cum Bœotorum equitibus: in quo conflictu Athenienses & Thessalos nihilo fuisse inferiores, quoad grauis armaturæ militibus subsidio Bœotis missis, in fugam sint conuersi. qua in pugna Thessali atque Athenienses occubuere pauci: quos tamen illi eodem die sine vlla pactione receperunt: sequenti verò die Peloponneses trophœum erexerunt.

At illi quorum in quarto libro meminit, qui Demosthene duce circa Pylum, & terra & mari contra Lacedæmoniorum exercitum dimicauerunt, ac vtriusque pugnae victoriam reportauerunt, quæ amplam ciuitati attulit gloriandi materiam, multo profecto illis & numero & virtute superiores erant. Quid igitur venit in mentem Thucydidi, vt cum paucis istis equitibus, qui neque gloriâ vllam neque potentiam ciuitati pepererunt, publicæ monumenta aperuerit, ac clarissimū oratorem Periclem arduam illam tragœdiam induxerit agentem; illis verò, qui & plures & fortiores erant, quorum opera factum est, vt, qui bellum Atheniensibus intulerant, sese ad illorum pedes abiicerent, quique longe, vt hoc honore afficerentur, digniores erant: qua inquam ratione est adductus Thucydides, nullam vt his viris laudationem scriberet? Ac, vt omnes alias, & terrestres & nauales pugnas præteream, in quibus multi sunt interempti, quos quidem multo iustius funebribus illis laudationibus exornasset, quam * plebem illam ex Attico agro collectam, qui vix decem aut quindecim equitum numerum explerent; nonne illi Athenienses, eorumque socii, qui in Sicilia cum Nicias & Demosthene in pugnis, quæ terra marique fierent, ac postremo in illa infelici fuga ceciderunt: nonne, inquam, hi, quibus ne sepultura quidem legitima contigit, cum paulò essent quadraginta

X X I E

* Atticorum
gionis cir-
cuisores, q.

millibus pauciores, multo erant digniores quos & luctu & ornamentis in funeribus adhiberi solitis profecqueretur? quos tamen viros ita ille contemptui habuit, ut ne hoc quidem diceret; civitatem publice eos luxisse, ac, quæ in peregrina terra cadentibus iusta fieri solent, perfoluisse. at in illis alteris talem laudationem fingit, ut, qui illam haberet, omnium Oratorum præstantissimum eligeret. Ac sane non decebat Athenienses publice xv. ho-

* at quinque
millibus &
amplius, so-
leni delectu
cōscriptis, &
prælio castis,
nullum h.
Pag. 145.

minum casum lugere; * iis verò quos vel ex tabulis, in quibus militum nomina scribebantur, amplius quinque millibus occisos constat, nullum honorem impertiri. Verum cum Periclis perionam ad suum usum vellet accommodare, (dicam enim quod sentio) videtur sibi necessario faciendum existimasse, ut dignam Pericle laudationem componeret. ac, quoniam is secundo illius belli anno vita functus est, nec ullis aliis vrbis calamitatibus superstes fuit, idcirco videtur Thucydides in res tam minutas, quæque vix tanti essent, ut in illis explicandis opera sumi debuisset. tantas, præter illarum rerum dignitatem, laudes contulisse. Porro quam inæquali sit ratione usus in amplificando, facile quis animadvertat, si consideret, multis eum magnisque rebus prætermisissis historiæ suæ proœmium ad quingentos versus protraxisse, ut, quæ, ante hoc bellum gesta à Græcis fuerant, non magnum habuisse momentum, neque eiusmodi fuisse illa, ut conferri cum hoc debeant, ostenderet. Nam præterquam quod hæc veritatem non habent, ut ex multis rebus ostendi potest; non hæc est ratio ineunda iis qui ex arte rem aliquam exaggerare volunt. non enim, quæ res inter minimas excellit, sed quæ magnas exsuperat, verè magna est iudicanda. ipsius verò proœmium ita est comparatum, itaque multas ad institutum suum demonstrandum exaggerationes habet, ut ipsum per se historia quædam esse videatur. at qui de arte dicendi præcepta tradiderunt, proœmia ipsa veluti notas quasdam volunt esse, quibus capita rerum, de quibus est dicendum, commoustramus. quod quidem & hic noster in extrema proœmii parte, cum narrationem exordiri vellet, videtur paucioribus quam quinquaginta versibus fecisse. ut satis appareat,

XXIII.

Proœmi-
vita.

reat, nihil opus fuisse vt multa illa, quæ de Græciæ dignitate detraherent, in medium proferret: quod scilicet Troiani belli tempore nondum vno nomine vniuersa Græcia appellaretur: quod illi primum, qui cibi inopia laborarent, nauibus inter se vitro citroque commeari cœperint; qui si in ciuitates nondum muris septas, quæque vicatim habitabantur, incidissent, eas diripiebant, hincque maiorem sibi victus partem petebant. quid autem hic de Atheniensium luxu, quo illorum maiores diffuebant, meminisse necesse fuit? quod nimirum illi capillos cincinnis intorquerent; quod aurea quædam ornamenta, quæ cicadarum speciem referrent, in capite gestarent: quod primi Lacedæmonii in publico, vestibus detractis, nudati in palæstra se oleo inunxerint: quod Aminocles Corinthius, nauium fabricator, primus Samiis quattuor triremes extruxerit: quod Sami tyrannus Polycrates Rheniam à se captam Apollini Delio dedicauerit; quod Phocæenses, qui Massiliam condidere, nauali prælio Carthaginenses superarint: atque alia, quæ his sunt similia: quid, inquam, illi in mentem venit, hæc vt ante narrationem commemoranda existimaret? Quod si, quæ **XXIV.** mea sit sententia, fas est dicere; optime procemium instituisse, si, omnibus, quæ in medio sunt posita, sublatis, extremaque eius parte cum propositione coniuncta, in hunc, qui sequitur, modum confecisset: *Thucydides Atheniensis bellum quod inter se Peloponneses & Athenienses gesserunt, conscripsit; incipiens statim exorto eo, & magnum, atque omnium qua vniquam antea gesta sunt, memoratu dignissimum existimans; hac coniectura ductus, quod utraque pars rebus maxime florentibus, omni cum apparatu id gesserit: cum videret aliam quidem Græcia partem statim alteri parti adhaerere, aliam id facere cogitare. Hic autem fuit Græciæ maximus motus. neque verò illis solum, sed & barbaris, atque ad eò plerisque mortalibus. Ac ea quidem qua ante hac gesta essent, quaque his essent, vetustiora, pland in apertum produci, propter vetustatem, nulla ratione potuerunt: sed, quantum ex signis quibusdam colligere licet, equidem, cum hac à vetustissima origine repero, non puto illorum res neque in bellis, neque aliis in rebus*

insignes fuisse. in his verò neque magnam poëtis, qui res
 plerumque extollunt, fidem adhibui; neque historicis, qui
 se totos in rebus non optime examinatis ad demulcendas
 aures magis, quam ad veritatem tradendam, composue-
 rant. quarum quidem rerum maxima pars propter tem-
 poris diuturnitatem in fabularum naturam abiit. sed ta-
 men, ut in reb. vetustate oboletis fieri potuit, satis ex cla-
 rissimis coniecturis rem sibi videtur in apertum produxisse.
 atq; hoc quidem bellum; etsi homines, quib. ipsi bellu inter-
 sunt atq; depugnant, ea omnium arbitrantur esse maxima;
 absoluta verò sum sunt, vetera admirantur; tamen osten-
 det iis qui ex rebus gestis iudicabunt, longe maximum, ex-
 stitisse. ac omnia quidem, qua dicerent singuli, qui aut ge-
 sturi bellum essent, aut iam gererent, qua aut ipse audisi, aut
 alius narrantis, cognoui, difficile fuerit exacte memorare.
 veram, ut quisq; semper de rebus presentib. maxime con-
 sentanea dicere mihi videbatur, & proxime ad veritatem
 accedere, ita à me commemorata sunt. Res verò in bello ge-
 stas, non quas à quocumq; audiui, historia dignas existima-
 ui; nec ut mihi libitum esset, sed eas quibus ipse interfuit,
 quasq; ex aliis quam potui diligentissime perquisivi. nec fa-
 cillima fuit inuentio: propterea quod qui singulis gerendis
 rebus affuerant, non eadem de eisdem affirmabant; sed ut
 quisq; aut in alterutram partem studio propensior erat, aut
 reminiscebatur. Et auditu quidem, ut quaq; pars fabulari
 experta in ipsis est, ita minus iucunda fortasse videbitur.
 quicumq; autem & prateritas res, & quantum humano
 consilio licet, etiam futuras, prateritis similes, considerare,
 planeq; inspicere voluerint, his, dum illa utilitatè pariunt,
 satis erit; emolumentumq; potius, quod semper idem sit, quàm
 spectaculum, quod in presentis tantum oblectet, in scribendo
 cogitamus. Ac earum quidem rerum, qua superiore etate
 gesta sunt, maxima erant Medice; qua tamen duobus naua-
 libus praeliis, toridemq; pedestribus, ad exitum peruenierunt.
 huius verò belli tum longitudo in immensum processit, tum
 magnas in uniuersam Græciam calamitates inuexit; quales
 eodem spatio temporis nulla umquam contigerunt. nam ni-
 que tot urbes expugnata vastataq; sunt, vel barbarorū im-
 petu, vel domesticis consensionibus: sunt etiam qua incolas
 capta

capta mutauerunt: neq; tot exitia, tot ue neces audiuit quisquam, vel belli vel seditionum causa. Atq; superiora illa, qua auditione quidem percipiuntur, re autem ipsa rarissime confirmantur, fidē tamen acceperunt: qualia narrantur de terra motib. qui hoc in bello plerisq; orbis terrarum partib. existerunt; qua de solis defectibus, crebriorib. quam umquam antea: qua de siccitatibus, unde fames ingens, ex fame uero pestilentia exorta, qua non mediocribus ciuitatem malis afflixit: qua simul omnia cum hoc bello ciuitatem inuasērunt. Origo autem ipsius ab Atheniensib. & Peloponnesis, soluto, quod in annos triginta post captam Eubœam percussum erat, fœdere, manauit. qui tur inisam fœderis societatem diremerint, & causas & dissensiones, primū ostendi; ne quis, unde tantum inter Græcos bellum existerit, aliquando posset exquirere. Hæc sunt quæ in Thucydidis scriptis recte,

X X V.

quæq; male, quod ad eam partem spectat quæ res continet composita arbitramur. nunc ad eam partem quæ in elocutione est posita, aggrediamur: in qua quidem, qualis sit eius dicendi ratio, conspicitur. Quod ante quam faciamus, non ab re fortasse fuerit, si hoc de genere non nulla prius attingamus; quotq; in partes ipsa distribuatur dictio, qualisq; in se habeat virtutes, indicemus; tum qualis illa fuerit quam à uetustioribus usurpatam assumptit Thucydides, qualesq; ille partes aut in melius, aut in deterius commutarit; nihil occultantes ostendamus. Primū illud perspicuum est, omnem dictionem in duas distribuī partes: in uerborū delectū, per quæ ipsæ res explicantur; atq; in partium maiorum uel minorum compositionem. Iam horū unumquodq; rursus in alias particulas disperitur. Delectus enim particularum (ut ita dicam) elementarium, hoc est, nominalium, uerbalium, & coniuñctiuarum, duabus est in rebus occupatus: aut in propria elocutione, aut in figurata. compositio uero tribus in rebus cernitur, incisis, membris, circuitibus. atque huic quidem utriusque parti, hoc est, tam simplicibus infectilibusque, quam ex his compositis nominibus, insunt figuræ quædam, quæ schemata uocantur. Obseruandū est etiam, earū quæ virtutes appellantur, alias esse necessarias, quas quidem in omnibus adhiberi sermonibus oporteat; alias

Thucydidea
dictionis
character.

verò esse adiectitias, quæ tum primu in vires assumunt; cum primæ illæ subsistunt; de quibus vberius antea disseruimus: vt nihil sit necesse nunc de illis denuo orationem instituere. Neque verò quibus ex præceptis aut rebus harum virtutum quælibet enascatur, cum multæ illæ sint, meminisse oportet: cum hæc iam à nobis omnia sint **XXVI.** quam diligentissime pertractata. Quo verò dicendi genere sint vsi qui ante Thucydidem historias scripserunt, quasque ex his leuiter attigerint partes, ab initio, vt erant pollicitus, rem repetens, summam percipiam. sic enim proprium huius viri characterem pernoscere cuius licebit. Ac veteres quidem illi, qui multò antea fuerunt, quique non nisi ex ipsis sunt nominibus noti, quam sint dicendi rationem secuti, non satis queo conicere, simplex ne illa fuerit & inornata, ac nihil superuacaneum, nihil non utile, non necessarium habuerit, aut contra magnifica fuerit, & referta dignitatis & opificii rhetorici, varioque ornamentorum fuce depicta. maximæ enim partis scripta ad nostra tempora non peruenerunt; aut, si qua ad hanc diem seruata sunt, non omnes esse illorum quibus tribuuntur, existimant: vt sunt illa quæ Cadmo Milesio, quæque Aristæo Proconnesio & eiusmodi aliis adscribuntur. Scriptores autem qui ante Peloponnesiacum bellum fuerunt, atque ad Thucydidis vsque ætatem peruenierunt, omnes propemodum idem consilium secuti sunt. quos quidem aut Ionica lingua, vt quæ illis temporibus maxime omnium floreret, aut Attica illa vetus, non admodum ei dissimilis, oblectauit. Hi sane omnes, vt est ante dictum, sermonis proprietatem magis, quam dicendi tropos adamauerunt; tropos verò velut condimenta orationi insperferunt: verborum autem compositionem omnes eandem ferè affectarunt, simplicem, minimeque affectatam. Neque verò in sententiis figura aliqua exornandis tantum diligentiam posuerunt, vt supra communem vulgoque tritam, atque ab omnibus vsurpam dicendi rationem efferrent. Itaque eas virtutes quas necessarias vocauimus, illorum omnium habet dictio. est enim & pura, & perspicua, & breuis, satis proprium cuiusque dialecti characterem seruans. eas autem dicendi virtutes quas

pag. 147.

quas adiectitias nominauimus, quibus omnis oratoria
 vis maximè sit perspicua, neque omnes, neque summas
 adhibuerunt, sed paucas ac modice: sublimitatem videli-
 cèt, elegantiam, grauitatem, magnificentiam: neque τὸν
 item, neque βάρη; quæ nos neruorum contentiõnem,
 & pondus possumus appellare; neque πᾶσι vllum, quo
 animi affectiones excitarentur; neque spiritus illos ma-
 gnos & certaminibus aptos, ex quibus illa dicendi spe-
 cies conformatur, quæ Græcè δεινότης dicitur; Latine vim
 in dicendo possis nominare. Vnum Herodotum excipio. **XXVII.**
 is enim & in verborũ delectu, & in compositione, atq; in
 ipsa figurarum varietate, longe cæteris antecelluit, & ita
 suam orationem instituit, vt vel optimæ poësi solutam
 orationem similem faciat, propter suadelam illam & vē-
 rustatem, ac ad summum vsque perductam voluptatem.
 qui ne illas quidem maximas, quas diximus, & præcla-
 rissimas dicendi virtutes omisit, præter genus illud certa-
 minibus aptum: idque siue quod natura ab eo dicendi
 genere abhorrebat, siue quod suis quibusdam rationibus
 adductus, sponit illud, tamquam historiis minime accõ-
 modatum, contempsit. is enim, neque concionibus
 multis, neque aliis ad contentiõnem accommodatis ora-
 tionibus vitur; neque vllam ad concitandos animorum
 motus, & res augendas amplificandasque vim habet.
 * Huic, & cæteris quorum superius est facta mentio, su-
 perueniens Thucydides, cum, quas quisque dicendi vir-
 tutes haberet, vidisset, ipse propriam quandam dicendi
 formam, ab aliis non animaduersam, primus in histo-
 riam induxit; in electione quidem verborum, cuique
 genti peculiarem, & obsoletam ac petegrinam dictione,
 communi suoq; tempore vsitatae linguæ anteponebat; in
 iungendis autem, inter seque aptandis maioribus & mi-
 noribus particulis, grandem, austeram, neruosam, fir-
 mam, & literarum asperitate aures ferientem composi-
 tionem, pro suaui, molli, & polita, nihilque in se asperita-
 tis habente, consecutus est. In figuris autem adhiben-
 dis, quibus in primis vetustiores superare contendebat, **XXVIII.**
 maximam diligentiam posuit. Totos certe viginti septem
 annos in illis octo libris, quos solos reliquit, immutandis

consumpsit: quos sursum deorsum volutans, singulas locutionum particulas limabat, nunc ex vno nomine orationem conficiens, rursusque in nomen orationem contrahens: interdum autem verbalia nominaliter proferens, at rursus nomen verbum faciens, atque omnem eorum usum peruertens: ita ut, quod proprium est, eo pro appellatio abutatur; quod verò est appellatiuum, pro nomine proprio usurpet. Insuper verba patiendi, actiua facit; quæ verò actionem notant, iis ipse passionem attribuit. Eorum item quæ multitudinis, quæue vnus numero esse ferri debent naturam commutat, atque alia de aliis dici cogit. Marem significantia, femineo sexui coniungit; ea verò quæ sub femineo genere comprehenduntur, maribus attribuit. quæ autem neutrius sunt generis, ita his connectit, ut tota naturalis illa coaptatio & consecutio diuagetur. Nominum & participiorum casus ab eo quod significare debet, ad id quod est significatum; & contra, quod est significatum, ad significans transfert. In coniunctiuis autem ac præpositiuis particulis, iis præsertim quæ vocabulorum vires distinguunt, poetica profus vitur licentia. Plurimas etiam in eo figuras inuenias, quæ personarum apostrophis, temporum commutationibus, & localium notationum discrepantia, à communi consuetudine sint deflectæ, ac solecismorum speciem præferant. Præterea, quot in ipso res videas pro corporibus, & corpora vicissim pro rebus sumi? In enthymematibus verò, in quibus interpositiones cum multe sint, longo intervallo consecutionem suam recuperant, adfunt tortuosa illa & perplexa, & inextricabilia, atque alia his similia. Nec paucas item figuras theatrales ab eo usurpatas inuenias, ut paria paribus relata, adnominatioes, oppositiones: quibus nimis frequenter usus est Gorgias Leontinus, Pous, Licymnius, & multi alii, qui eodem tempore floruerunt. Maxime verò in *insignia*, & ex quibus character eius præcipue cognoscitur, hæc sunt; studere, ut paucissimis verbis quamplurimas res comprehendat, multasque in vnum sententias cogat, ac tum maxime auditorem, cum expectat adhuc aliquid, relinquat. quo fit, **XXIX.** ut breuitas obscuritatem pariat. Sed ut hæc paucis comprehen-

Pag. 148.

+

prehendam, quatuor esse in Thucydide animadverti
 veluti instrumenta eius generis dicendi, quo ille potissi-
 mum delectatur; poëticam quandam verborum structu-
 ram; in figuris multiplicem varietatem; harmoniæ &
 concentus asperitatem quandam; * figurarum *mixtura*, * *significa-*
 quæ à nonnullis acceleratio vocatur. Colores autem qui- *tionis cele-*
 bus vitur. sunt acerbis, densis, amaris, aulteris, veh- *ritatem; id*
 mens grauis, terribilis ac formidolosus; atque in primis *est, cito &*
 affectionibus mouendis peraccommodatus. Talis qui- *breuiter ef-*
 dem est Thucydides in suo illo caractere, & forma di- *ferre animi*
 cendi, qua ceteros anteiuit. Cum autem & institutum *senfa.*
 eius & facultas vna decurrunt, perfectam absolutamque
 atque adeò diuinam orationem efficit. cum verò non est
 par viribus, quippe cum nerui illi ob dicendi celeritatem
 non vsquequaque perdurent; oratio fit obscura, vitia que-
 dam, quæ minime deceant, secum afferens. Nam præcla-
 ra illa, rebusque in omnibus necessaria præcepta, quibus
 traditur qua ratione sit peregrinis ac nouatis vtendum, ac
 quatenus illa sint assumenda, non per omnes historiarum
 partes seruauit. Iam, cum hæc veluti per capita attigeri-
 mus, superest, vt iam ad ea demonstranda nostra delaba-
 tur oratio. Neq; verò est cõsiliu, ita de singulis separa-
 tim Thucydidis dicendi formis sermonem facere, vt illius
 verba subiungam; sed diuersis variisque ex locis particu-
 las quasdam sumere narrationis & orationum, hisq; caus-
 sas apponere, ex quibus facile cognosci queat, quibus in
 locis, tam in rebus ipsis, quam in verbis, bene maleue se-
 gesserit. Sed illud iterum abs te, Q. Eli, atque ab aliis e-
 legantis doctrinæ sectatoribus, si qui forte hæc legent,
 maiorem in modum peto, vt susceptum à nobis consiliu
 perpendant. nihil enim nos aliud conatur, quam vt cha-
 racterem Thucydidis ostendamus, ac simul omnia a-
 nimaduersione digna, quæ illi contigerint, comprehen-
 damus. quæ omnia cum facimus, nihil omnino, præter
 eorum qui ad huius se viri imitationem cõponere volunt,
 vtilitatem, propositum habemus. Itaq; in ipso statim pro-
 cœmii exordio hæc vtens propositio, Bellum scil. Pelo-
 ponnesticum, de quo scripturus erat, omnium, quæ an-
 te gesta essent, fuisse maximum, hæc ad verbum scribitur

XXX.

Ac bella quidem ante gesta, atque his vetustiora, plane in apertum producti, temporis longinquitas vetuit. sed quantum ex signis quibusdam colligere licet, equidem, hac à vetustissima origine repetens, magnas fuisse illorum res, neque in bello, neque alius in rebus existimo. nam in ea qua nunc Grecia appellatur, perpetuum olim incolas domicilium habuisse, non videtur. nam cum à maiore aliqua multitudine coactus, suam quisque patriam facile relinqueret, persape migrationes fiebant: quippe cum nulla adhuc inter eos negotiatio esset, neque ullum citra formidinem vel terra vel mari commercium haberent; sed eo usque suis rebus uterentur, quatenus ad vitam exiliter traducendam satis esse existimarent; pecunia copiam non habentes, neque terram ferentes.

DESUNT NON PAUCA.

XXXI.

δέδλωμοι οὗς ἐπὶ Λακεδαιμονίῳς καὶ φρονήσαντες ἐν αὐτῶν, ἔμβροσούντες, ἀγροὺς ἄρμησαν ἐπ' αὐτῶς. Hoc est: abire, aut irruere animo, ut qui contra Lacedamonios proficiscerentur, eos igitur contemnentes, sublato clamore, confertim impetum in eos fecerunt. Multo autem hæc comprehensio erat vilius futura, si ipse, non hoc, quo fecit, pacto eam comprehendisset, sed communiorẽm & utilioreẽm secutus fuisset rationem; atque ita hæc verba collocasset, ut extremam cum prima parte coniungeret, quæ vero in medio iacent, ea reiiceret in sequentem locum. hoc sane pacto contorta & grauior est oratio; multo vero fuisset clarior & iucundior, hoc ordine collocata: τῶν δὲ Λακεδαιμονίων οὐκ ἔτι ἀπελθεῖν ἢ προσπίπτειν θλιμμένων, μόντες αὐτῶς οἱ ψιλῶς βραδυτέρως ἤδη, συστραφεῖντες καὶ ἐμφοσούντες, ἄρμησαν ἐπ' αὐτῶς ἀγροὺς ἕκ τε τῆς ὀψείως τῶν θαρρέων προσληφότες, ὅτι πολλὰ πλοῦσι ἦσαν, ἔκ τε μηκέτι θλιμῶς αὐτῶς ὁμοίως σφισι φαίνεσθαι, καὶ φρονήσαντες, ἐπιβῆ οὐκ αἰὲν ἀξίᾳ τῶν προσδοκίας ἐπιπονησῶν, ἠὲ ἔχον ὑπόληψιν ὅτι προσῶτον ἀπέβαινον, τῇ γνώμῃ δέδλωμοι οὗς ἐπὶ Λακεδαιμονίῳς. Hoc est: Cum Lacedamonis non iam amplius abire, aut irruere in illos possent, leuis armatura milites, tardiores eos esse factos animaduertentes, facto globo, ac clamore sublato, confertim in illos impetum fecerunt. ex quo fiebat,

σαν αὐτοῖσι ἴτα τῆ δόξῃ ἀπειθεῖς ξυμπανόοντες, ἐν τοῖς χα-
 λιπώτεσσι δόξῃν. αἰεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον, ἢ διέφουρον, ἢ ἀπίκνω-
 ῖτο. ἢ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ στρατόμαχῃ τῷ Ἀθηναιῶν, ἕως ἀγχοῦ κω-
 λα σὺν αὐμοῦν, πᾶσι τοῖς οὐκ ἀκροῦσι, ὀλοφύμενος, βοῶν, νικῶντες,
 κραυγῆσιν, ἀλλὰ ὅσα ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ μέγα στρατοῦν πο-
 λυειδῆ ἀνακρίσειν φθῆναι, ἀπαραπονητοῖσι ἢ οἱ ἐπὶ τῷ νεῷ
 αὐτοῖσι ἐπιχρονῶν. πῆν γὰρ οἱ Συρακῆσσι καὶ οἱ ξυμμοχρῆσι, ἐπὶ
 πολὺ ἀπὸ πρῶτος τῷ ναυμοχῆσσι. ἔπειτα, τι τῶν Ἀθηναιῶν, ἔ-
 πικειμένοι λαμπρῶν, ποτὴν κραυγῆν ἔειπε, ἀποκρίσασθαι ἑσ-
 ῶν, ἢ ἀλλή, ὅτι μὴ μετέσθαι ἐάλωσαν, καὶ οὐκ ἔχοντες, ἐξέπι-
 σσαν ἐς τὸ στρατοῦν. ὁ δὲ πῆξος, σὺν τῷ Διέφουρος, ἀλλὰ ἀπὸ
 μίας ὁρμῆς, ὁμοῦ γῆ τε καὶ θάλασσα, πάντες διουσαναχτῆντες τῷ
 χειρότερον, οἱ μὲν ἐπὶ τῶν ναυῶν παρεβόησαν, οἱ δὲ, ὡς τὸ λοιπὸν
 τῶν τεχνῶν, σφυλακῶν. ἄλλοι δὲ, καὶ οἱ πλείστοι, ἦδη ἀπὸ σφῶν
 αὐτῶν, ὅτι σφῶν τῶν, δισκόπῃν. ἢ τὸ ἐν τῷ παραπίκνω-
 ῖσιν, ὅτι σφῶν τῶν, ἐλάσσαν ἐκταλῆσι. παραπλήσια τε
 ἀπεκρίσασθαι καὶ ἄρρωσθαι αὐτοῖσι ἐν Πύλῳ. Διέφουρος δὲ τῷ
 κρῖν τοῖς Ἀθηναίοισι, ὡς σφῶν τῶν αὐτῶν καὶ οἱ ἐν τῷ
 κρῖν αὐτῶν, ἀπὸ τῶν ἑσθῶν. καὶ ἔπειτα τοῖς Ἀθηναιῶσι ἀνάλπι-
 σον ἢ τὸ ἐν τῷ γὰρ ἀπὸ σφῶν, ἢ μὴ πὶ παραφύλορον γίνηται.
 ἢ οὐδὲν δὲ ἰσχυρῶν τῷ ναυμοχῆσσι. ἔπειτα ἐν τῶν ἀμφοτέροισι
 καὶ ἀνθρώπων ἀπολοῦσθαι, οἱ Συρακῆσσι καὶ οἱ ξυμμοχρῆσι,
 ἐπικρατήσαντες, τῶν τε ναυῶν καὶ τῶν νεκρῶν ἀνείλοισι καὶ
 ἀπὸ τῶν ἑσθῶν ὡς τῶν πόλιν, τσοποῦν ἔσθῃσιν. Hoc est:
 Demofonem autem & Menander, & Eushydrem, qui
 duces in Atheniensium naues conscenderant, cum se
 loco mouissent, sine mora ad portus fauces, captas iam
 & occupatas, adnavigarunt, ut per vim sibi exitum para-
 rent, quibus Syracusanis, eorumque socii, cum totidem nau-
 ibus occurrerunt: asprimum quidem partem illarum ad
 exitum custodiendum collocarunt, altera totum undique
 portum tenebantur, quod eo faciebant, ut omni ex parte à
 pedibus affinis, quocumque in loco naues constitissent, in A-
 thenienses irrumperent. Praetant autē classē apud Syracusanos,
 Sicanus & Agatharchus, alterum uterque totius exercitus
 cornu tenens: Pythen, & Corinthii, medium habebant.
 Atque Athenienses quidem alii, postquam ad fauces subie-
 ra, primo impetu nauium, qua ad eum locum erant,

potiri, claustra conabantur aperire. sed mox, inuictis in eos undique Syracusanis ac sociis, non iam pro angustiis exitus tantum; sed etiam intra portum, nauale prelium gerebatur: quod quidem omnium, quae ante facta essent, atrocissimum fuit. Magnū enim erat virium, quae partis nauarum studium ad naues in hostes impellendas, cum iuberentur: magna gubernatorum artis amulatio, mutuaque contentio: eorum autem qui naues conscenderant, haec erat cura, ut, si nauis in nauem incurreret, ne ii qui in tabulatis insiscebant, reliquorum desisterentur artificio: ac quisque in eo quem sortitus erat loco, primus esse contendebat. Caterum, multis non magno in spatio nauibus inter se concursantibus, ac praelio decertantibus, cum pauld' auentis essent pauiores, rari fiebant excursus; propterea quod neque progredi, neque inhiberi naues possent; sed frequentiores implicationes erant, ut quaque, siue fugiendo, siue alteram incurfando, in alteram incidisset. interea uero dum naues mutuo sibi occurrerent, ii qui in tabulatis erant, missilium, sagittarum, saxorum ingentem in illos vim coniciebant. cum uero conferebantur, milites, commissa pugna, in aduersariorum naues insilire conabantur. fiebat autem locorum angustiis, ut, dum alterutri: una ex parte hostes adorirentur, ipsi altera ex parte inuaderentur; ac duae interdum naues cum una, alicubi etiam plures, necessario inter se complicarentur; cum gubernatores partim adoriendis aliis, partim sibi cauendo, idque non una in parte, sed undequaque, occuparentur. Magnus autem erat multarum inter se concursantium nauium strepitus, qui et terrorem nauis incutiebat, et earum rerum quae a praefectis iuberentur, auditum auferebat. multa enim utraque ex parte adhortatio, et ingens praefectorum clamor exaudiebat, tum ex arte gubernatoria, tum ex presenti contentione uincendi: cum Athenienses quidem suos, ut exitum sibi per vim pararent, magno clamore incitarent, utique, si umquam alias, nunc maiore studio ac contentione pro incolumi in patriam reditu elaborarent: Syracusanis uero ac sociis pulchrum uideretur, prohibere ne sui fugam caperent, sed uincendo suam quisque patriam honestaret. Praterea uero duces ipsi utriusque partis, si quam nauem nulla necessitate

coactam

conclatam cedere animaduertissent, trierarchum nomine appellabant: atque Athenienses quidem ita percunctabantur, num terram inimicissimam magis hospitalem, quam mare non exiguo labore partum, arbitraretur: Syracusani vero, num Athenienses, quos certo sciret de fuga omnino cogitare, hos fugientes, ipse fugeret. Interea dum isti a quo Marte naturali pugna decertant, virorumque pediatum qui in terra stabat, ingens certamen & animi contentio tenebat; Syracusani quidem, maioris comparanda gloria cupiditate incensis; Atheniensibus vero, ne secum peius quam ante ageretur, non modicriter timentibus. nam cum omnis in nauibus Atheniensium spes esset, summus de rei exitu erat timor; quippe cum pugna videretur anceps, & eam illi è terra spectare cogerentur. nam cum esset propinquum spectaculum, & non omnes pariter eodem intuerentur, si qui suos alicubi vincentes aspexissent, animos attolliebant, & ad Deorum opem implorandam, ne se desererent, conuertebantur. qui vero suos superari videbant, ii magno cum eiulatu lugebant; aded ut magis ex earum rerum aspectu, quam illi ipsi qui in opere versarentur, animum abicerent. Erant qui, cum anceps certamen viderent, aduersarius acriter resistentibus, ipso corporum motu animi affectionem imitarentur, praeque metu modo huc, modo illuc corpore nutarent, & magna ex eo molestia afficerentur. assidue enim exiguum intra spatium aut fugiebant, aut trucidabantur. licebatque ex Atheniensium exercitu, quam diu a quo Marte pugnabatur, omnia simul exaudire; lamentationes, clamores; victores, victos; & alia eiusmodi qua magno in periculo magnus exercitus multis modis clamare cogitur. His aequalia & sic eueniebant qui in nauibus erant. Tandem Syracusani ac socii, cum inter eos diu pugnatum esset, Atheniensium classem in fugam vertunt; strenueque inuecti, magno clamore & inhortatione terram versus persequuntur. tunc ex nautico exercitu, alia atque alia parte, quicumque in alto capti non erant, in castra si receperunt. pedites autem non iam diuersi, sed uno eodemque impetu, ea qua iam eueniant, & luctu & gemitu prosequentes, partim ad subueniendum nauibus, partim ad reliquam murorum partem tuendam contendunt, alii, quorum maxima erat pars, iam, qua

Pag. 150.

sibi salutem parent, pro se ipsis circumspectant. Fuit autem eo tempore tantus pavor, ut maior numquam existerit. at tale quiddam perpeſſi sunt, quale ipsi fecerant ad Pylum, ubi Lacedaemonii amissa classe, perierunt. Nam cum Lacedaemonii naues amississent, homines etiam ipsos, qui in insulam descenderant, una perdidērunt, ac tum quidem Athenienses, nisi quid inopinatum diminitus accideret, omnem in terra salutem desperabant. Post decretam acerrime hanc naualem pugnam, in qua multa nauis ex utraque parte, multi viri perierunt, Syracusani eorumque sociis, victoria positi, nauium etiam fragmenta & casorum corpora obtinuerunt; reuēctiq; ad urbem, trophaum erexerunt. Hæc quidem, hisq; similia, digna mihi imitatione in hoc scriptore visa sunt; in quibus & magnificentiam, & venustatem, & grauitatem, atque alias virtutes hisce rebus accommodatas, perfectissime adhibitas iudicauī; coniectura inde ducta, quod omnium hominum mentes hoc dicendi genus maxime afficit. neque verò expers illud rationis iudicium, quo iucunda molestaue percipimus, hoc auerſatur, neque alterum rationis particeps, qua, quid in quaque sit arte pulchrum, dignoscimus: neque est quisquam, aut ex iis qui non admodum sunt in ciuilibus orationibus exercitati, qui dicere possit quibus aut verbis aut figuris offēdatur; aut ex iis qui sunt exquisiti quiq; promiscuæ multitudinis inscitiam contemnunt, qui dictionis huius apparatus inculcare queat: sed eadē erit & multitudinis & peritorum sententia. ille enim ex imperita multitudine homo idiota & inscius, molesto illo & tortuoso atq; obscuro dicendi genere non offēdatur: ille autem qui rarò inuenitur, ac non ex vulgari aliqua disciplina factus artifex, humile illud, minimeque generosum, & incompositum genus, non damnabit. quo sit, ut tam illud quod rationis est expers, quam quod eiusdem est particeps, iudicium consentiat. à quorum utroque omnia que ad artes

XXXIII.

XXIV.

attinent, iudicari volumus. Ego verò non video quo pacto illa que magna atque admirabilia quibusdam videntur, laudibus afficiam; que tantum abest, ut primas illas maximeq; communes habeant virtutes, ut cum & uim & inanem diligentiam præ se ferant, neq; iucunditatem neq; fructum afferant. ex quibus pauca quedam exempla

afferam; simul & causas cur à virtutibus ad vicia declina-
 rint, commonstrabo. Atq; in tertio quidē libro, vbi cru-
 delia illa atq; nefaria facinora, quæ in Corcyrensi seditio-
 ne contra potentissimos quosq; à populo commissa sunt,
 enarrat, quousq; intra cōmunis v̄sitatæq; linguæ termi-
 nos mansit, perspicue omnia, breuiter, pleneq; dixit: sed
 simulatq; tragico more cōmunes Græcorū calamitates
 exaggerate atq; amplificare incipit, animoq; extra con-
 ducta euagatur, longe seipso fit deterior. Sunt autē de illo
 priore genere hæc; quæ vix errata esse quisquā opinetur:
 Κερκυραίοι δ', αὐτόμοι θεοὶ τε Ἀττικάς ναῦς πλεεῖσασ,
 θεοὶ τε τ' ὠλερμῶν διχράδρας, λαβόντες τὴν τε Μιολώνης, ἐς πύλιν
 πόλιν ἤγαγον, πρὸ προῦ ἐξω ὁ θεὸς ἢ θεὸς ναῦς ἀειπλοῦσσαν κει-
 λαίωσαστες, αὐτὸ πῶρον, ὅς τ' Ἰθακίῃσι λιμένα ἐν ὄρω ἀειε-
 κρηίζουθε, τ' ἔχρησ' εἴ πνα λάβοισιν, ἀπὲς τήνον. κ' ἐκ τ' ἰεῶν ὁ-
 σως ἐπίσσω ἐσβῶσι καὶ οὐ βάζοντες, ἀπὸ κῆρσιν, ἐς τ' Ἡραῖον τε
 ἐλθόντες, τ' ἐκιστῶν ὡς παντήσιν θεοῖς ἀίδρας δίκην ἀπὸ κῆρσιν
 κ' κρηίωσασ πᾶντων θύνασθον. οἱ δ' ἐπεὶ κ' ἐκιστῶν, ὅσους εὖ
 ἀπὲς ἔσασ, ὡς εἴρων τὰ γηρόμορα, διέφθῆ; αὐτῶν ἐν τῷ ἱερῷ
 ἀπὸ κῆρσιν κ' ἐκ τ' δένδρων πρὸς ἀπὸ κῆρσιν οἱ δ', ὡς ἐκαστος ἐδύ-
 νασθον, κ' ἡλιῶν ἡμερας τε ἐπὶ αὐτῶν ἀφ' ἡμέρας ἑξήκοντα,
 τῆς ἐξήκοντα ναῦσι παρέμεινε, οἱ Κερκυραῖοι σφᾶν αὐτῶν τὴν
 ἐχρησῶν δὲ πρὸς εἶναι, ἐφ' ὅν ὄλον' πύλιν κ' ἀπὸ κῆρσιν ἐπιφύροντες θεοὶ
 τ' ἄλλοι κρηίωσασ ἀπὸ κῆρσιν ἀπὸ κῆρσιν κ' ἰδύσας ἐχρησῶν ἐπὸ κῆρσιν,
 ἀπὸ κῆρσιν κρηίωσασ σφᾶσι καὶ φηλομόρων, πρὸ τ' λαβόντων. πύσασ
 τε ἰδύσας κρηίωσασ θανάτῳ εἰσιν φιλέσασ τῶν τοῦ γήγροα, κ'
 δὲν ὅπ' ἔξω βῆσιν, κ' ἐπὶ πρὸς κῆρσιν. Ἐγὼ πατὴρ πρὸς ἀπὸ κῆρσιν,
 ἔλαπ' τ' ἱερῶν ἀπὸ κῆρσιν, κ' πρὸς αὐτοῖς ἀπὸ κῆρσιν, οἱ δὲ πρὸς κ'
 ἀπὸ κῆρσιν ἀπὸ κῆρσιν ἐκ τ' Διονύσῳ τῶν ἱερῶν ἀπὸ κῆρσιν. ὡς αὐτῶν
 σφᾶσι πρὸς ἀπὸ κῆρσιν. Ἐἰδοξί κρηίωσασ, διότι ἐκ τῶν πρὸς κ'
 ἐπὶ ὕσασ γὰ εἰ πᾶν ὡς εἰσιν τὸ Ἐκκλήσιον κρηίωσασ, ἀπὸ κῆρσιν
 ἔπρὸς κρηίωσασ, τοῖς τε τ' ἄλλοις πρὸς κρηίωσασ τὴν Ἀδελφῶν
 ἐπὸ κῆρσιν, ἔπρὸς ὀλίγοις τὴν Λακωνικῶν. Hoc est: Corcy-
 renses vero, ubi amicicias discedentes, & Asiaticas naues ad-
 uentantes sensero, in urbē Messenios, qui primis extra erant,
 inducūt. nauibusq; quas expleuerant, iussis Hyllascū adire
 portū, dū circūuehuntur, si quæ hostiū nacti essent, occidebāt,
 illis verò quib; ut in naves ingrederētur persuaserant, eiecit,
 abierunt; atq; in Iunonis templum delatæ, cum ex supplicib;
 circumterrigineta, ut iudicium subirent, persuassent, omnesq;

morte damnarunt. qua cum ceteri supplices vidissent, qui persuasi non fuerant, in eodem se fano mutuo intarentur; quidam se ex arboribus laqueis suspenderunt: omnes, ut cuique licuit, sibi mortem conscuerunt. Corcyrensesque septem intra dies, quibus Eurymedon cum sexaginta navibus est commoratus, quos ex suis inimicos suspicarentur, occiderunt; crimini dantes, quod statum popularem dissoluerent. quidam etiam ob priuatas inimicitias; quidam & à debitoribus, creditarum pecuniarum causa, interfecti, nullum denique mortis genus non visebatur: nec fieri quidquam in huiusmodi casu solet, quod tunc non euenerit; immodò verò maiora etiam consigerunt. nam pater filium irucidabat; abstractique à templis supplices, ad ea ipsa necabantur. quidam etiam in Bacchi templo adificiis circumsepti, in eo mortem obierunt. eo usque cruenta hac seditio processit; ob id quoque visa maior, quod prima hac apud eos exstitit. nam postea in omni prope Graecia grassata est, ubique factionibus exortis, cum ii qui in populo essent principes, Athenienses; optimates verò, Lacedaemonios accerserent. Quae verò his adiungit. perplexa sunt, atque eiusmodi quae non facile percipi possint, quaeque figurarum nexus quosdam, solocicisimiles, aliaque eius generis non pauca habent: quorum nec illa aetate, neque verò post, cum maxime ciuili floreret eloquentia & dicendi vis, vllus erat vsus. atque ea nunc ostendam *ἔτα τὰ ζῆλον τῶν πόλειων, καὶ τὴν ἐφυστῆζον τῶν πτωχῶν, οὐδὲ τὸ ἀπορροδῶν, πολὺ ἐπιφέρει τὴν ὑπερβολὴν τῆς κατὰ τὴν ἀγνοίας, τὸ τ' ἐπιχρησίων ἀπειρησίου, καὶ τὸ πτωχῶν ἀτοπίαν.* Hoc est: *Agitati sunt itaque seditionibus status ciuitatum; & ea qua post fuerunt, eorum qua ante acta essent, auditione, magnam in animis accessionem ceperunt ad nouas res molindas, vel aggrediendi solertia atque artificio, vel ultionis insolentia.* In his, in prima illa membri parte, nulla necessitate coactus, circumlocutione vsus est, cum dixit; *ἔτα τὰ ζῆλον ἐν τῶν πόλειων:* quod perinde est ac si Latinè dicas; *Ea igitur qua urbium erant, tumultuabantur.* quod multo sane melius erat hoc modo: *ἔτα τὰ ζῆλον αἱ πόλεις, ciuitates tumultuabantur.* Quod deinde sequitur *καὶ τὴν ἐφυστῆζον τῶν πτωχῶν,* difficultes coniectare licet quid sibi velit. sic verò magis fuisset perspicuum,

XXXV.

Pag. 151.

spicuum, αὐτὸν ἕστρεψον πόλεις: civitates autem qua post fuerunt. Quibus subiungit, ἐπὶ σὺν τῷ ἀεθροῦ ἀφ' ὧν, πολλὰ ἐπιφέρει τὴν ὑπερβολὴν ἐς τὸ καινῶν ἐν Ἀθηναίοις. vult enim ita dicere; Si verò qui posteriores fuerunt, cum res ab aliis gestas audirent, magis ad res novas excogitandas incitabantur. In quibus, si structuram demas, ne verborum quidem figuræ audientibus iucundæ sunt. His postea aliud caput adiungit, quod poetico, vel potius dithyrambico apparatu magis, quam huic loco, videtur convenire: τῶν ἐπιχρήσεων ἀετιχρησις, καὶ τῶν πρωεῶν ἀτοπία. Ἐτὴν εἰωθῆεν τῶν ὀνομαστικῶν ἀξίωσιν ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῆν δικαιοσύνην. Hoc est: Et aggressionum artificioso, et ultioni insolentia. usitatisque rerum vocabulis ad facinorum excusationem immutatis. Quod autem in hoc perplexo ac difficili nexu intelligi vult, tale est: Multa illis est facta accessio ad cognoscendam rem aliquam novam, qua ad aggressionum artes, et ad exquisitas poenas valeret. qua vero vulgo rebus vocabula tribuebantur, ea ipsi immutantes, alia ratione res ipsas appellandas esse censebant. nam hæc verba, τῶν ἐπιχρήσεων ἀετιχρησις, καὶ τῶν πρωεῶν ἀτοπία: & τῶν εἰωθῆεν τῶν ὀνομαστικῶν ἀξίωσιν, καὶ ἐπὶ τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τὴν δικαιοσύνην, periphrasi cuidam poetice sunt accommodatiora. Quibus addit etiam figuras istas theatrales, τὸ μέγεθος ἀλόγητος, ἀδρῖα φιλιότης, ἐνομοίωσις, μέμνησις, ἀεθροῦ ἀφ' ὧν, ἀδρῖα ἀπειρησις. Hoc est: Nam audacia inconsiderata, fortitudo apertorum amans vocabatur; et considerata cunctatio, speciosa formido. Hæc utraque eas figuras habent quæ paria paribus, similia similibus referunt; quibus epitheta fuci causa accedunt. talis autem fuisset necessaria, minimeque theatrica figura: τὸ μέγεθος ἀλόγητος, ἀδρῖα ἐνάληθ' ἔργα, ἀδρῖα. Hoc est: Audaciam illi quidem fortitudinem, cunctationem autem timiditatem nominabant. Atque his quidem ea etiam quæ subsequuntur, similia sunt: τὸ δὲ σὺφροσις, ἔαδ' ἀδρῖα ἀεθροῦ ἀφ' ὧν, ἔτὸ παρὰ ἄπαιστος, ἐπίπαιστος ἀργῶν. quasi dixeris: Prudentia, invidiositatis preextus, et Animus ad omnia cautus, animus per omnia ignavus. Magis autem proprie sic dixisset: οὐδὲ σὺφροσις, ἀπαιστος, καὶ ἐπὶ σὺφροσις, ἐπὶ ἀπαιστος, ἐπὶ ἀπαιστος ἀργῶν. Hoc est: Qui autem pru-

Illud autem, ὡς τὸ ἄπορον ἐκατέρω διδύμοι, οὐκ ἔχοντων
 ἄλλοθεν δυνάμει: clarius sic prolatum fuisse; Δὲ τὸ μηδὲ
 μίαν ἰδίαν ἔχει δυνάμει, καὶ τὸ ἄπορον ἐκατέρω διδύμοι.
 Hoc est: Quoniam nullam aliam vim habebas, ob inopiam
 utriusque datum. Quod autem sententiæ optimè resson-
 disse, tale fuisse: οἱ ἄλλοι τὴν φιλίας οὐκ εἶ, εἰ παρὰ ἑαυτοῖσι
 τὸ δόξα πίστεως ἄλλης ἐκατέρω διδύμοι, εἰ τὸ παρὰ ἑαυτοῖσι
 ἔχον. Hoc est: Insurandum si quod inter utrosque
 de amicitia fiebat, quod omni alia fide carerent, eo tempore
 vim obtinebas. His autem duriora etiam sunt quæ se-
 quuntur: εἰ τὸ παρὰ ἑαυτοῖσι ὁ φθῆσθαι προσησται, εἰ ἰδίαι ἄ-
 φροσύνη, ἢ διὸν Δὲ τὴν πίστιν ἐπαρῆσθαι, ἢ διὰ τὸ ὡς φανῆσθαι
 τὸ τε ἀσφαλῆς ἐλογίσεσθαι, εἰ ἂν πᾶν τὸ ἀσφαλῆς ἐλογίσεσθαι
 ἀγνοίᾳ ὡς ἐσθλάουσαν. Hoc est: Exemplo si quis au-
 dendo alterum occurrasset, quem securum vidisset, iucundius
 eum ob fidem ulcisceretur, quam si aperta vi id faceret:
 quod ἔκτυτον arbitratur; ἔκ, quia fraude vicisset, pru-
 dentia se certasse existimabat. Hic παρὰ ἑαυτοῖσι, pro παρὰ
 ἑαυτοῖσι positum est: ἀφροσύνη, pro ἀφύλακτος: atque illud,
 ἢ διὸν παρὰ ἑαυτοῖσι Δὲ τὴν πίστιν μὴ δὸν ἢ διὰ τὸ ὡς φανῆσθαι,
 circuitione est obscuratum, simulque aliqua ad senten-
 tiam absolvendam particula deest. quantum autem cog-
 noscere licet, hoc voluit dicere: Quod si cui talis occasio obvi-
 ebatur, ut inimicum nihil sibi cauentem animadvertet,
 maiori cum voluptate pœnas ab eo sumebas, quod fidem
 tem minimeque sibi cauentem insidiis circumuectisset: ac
 propterea etiam prudentia opinionem consequeretur, quod
 suam animo securitatem prouidisset, quodque aduersarium
 per dolum vicisset. Deinde ita ait: ἔσθαι δὲ οἱ πολλοὶ κακῶς γιν-
 ὄντες, δεξιῶς κέκλυται, ἢ ἀμαρῆς ἀγαθῶν καὶ τῶν μὴ, καὶ ἁμάρ-
 τῶν ἐπι τῶν ἀγαθῶν. Hoc est: Facilius improbi, quo-
 rum magnus est numerus, industrii, quam imperiti
 boni vocantur: ἔκ in hoc quidem homines erubescunt,
 illo verò etiam gaudent. Hæc, contortè ac breuiter dicta
 cum sint, in obscuro latentem habent sententiam. non
 enim facile est intelligere, quos indoctos, quosque bonos
 esse significet. nam si imperitos malis opponit, certè qui
 probi non sunt, minime erunt imperiti. Quod si pro a-
 mentibus atque insipientibus indoctos ponit, quænam
 est

XXXVIII

est causa, cur hos ipsos bonos vocet? inquit autem: τῶ
 μὲν αἰχμαλώτων: hoc est: in hoc quidem erubescunt. qui;
 quæso, sunt isti qui erubescunt? dubium est enim; utrique
 ne, an indocti tantum. ἐπι τῶ ἀγῶλλονται: id est: in hoc ve-
 ρὸ gaudent. hic quoque, qui sint isti qui gaudeant, incer-
 tum est. Nam, si hæc de utrisque accipi vult, nullum il-
 lius verba habebunt sensum. neque enim improbis bo-
 ni lætantur; neque ob imperitos mali erubescunt. Atque
 hic quidem obscuræ ac perplexæ dictionis est character
 & forma, in quâ magna est toti sententiæ tenebras of-
 fundens orationis perturbatio; quæ quidem ad centum
 vique versus porrigitur. apponam autem & ea quæ se-
 quuntur, nihil iam de meo adiciens: πάντων δ' αὐτῶν αἰ-
 πον ἢ ἀρχῆ ἢ Διὸς πλεονεξίαν καὶ φιλοκμίαν· ἐν δ' αὐτῶν, καὶ
 ἐς τὸ φιλοκμίαν καὶ δικαιοσύνην τὸ ἀσέβητον· οἳ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι
 ἀσέβητες, μετ' ὀνόματι ἑκάτεροι δὲ σπέρμας, παλινδύς τε
 ἰσονομίας πολιτικῆς, καὶ δόξασθαι ὡς ὄφρα ἄσπαστος, τὰ
 μὲν κέραια λόγῳ ἰσοπεπόμενοι, ἀλλὰ ἐπιπένη· πᾶσι τὴν
 ἀγωνιστικὴν ἀπὸ ἄλλων ἀειγίνοιαν, ἐτόλμησαν τε τὰ δεινότατα,
 ἐπέβησαν τε, ὡς πρῶτα ἐπιμείζουσας καὶ μείζουσι δὲ δικαιοσύνην
 καὶ τῆ πόλιος ξυμφορὰν ἀσέβητες. ἐς δὲ τὸ ἐκτερεῖν πᾶσι
 αἰεὶ ἠδονὴν ἔχοντες, καὶ ἢ μὴ φησὶ ἀδικεῖν καὶ ἀγνώστως, ἢ
 χρεακτῆρες τὸ κρατεῖν, ἐτοίμοι ἦσαν τὴν αὐτῆς φιλοκμίαν
 ἐκπιπῶσθαι. ὡς τε δὲ σπέρμα μὲν, ἑδύτεροι ἐν αἰμίον, δὲ πρῶ-
 τεία δὲ λόγῳ, οἷς ξυμβαίη ἐπιφθόνως τὴν Διὸς πλεονεξίαν, ἀμείνον
 ἢ κεν. τὰ δὲ μέγα τὸ πολιτῶν, ὡς ἀμφοτέρων, ἢ ὅτι ἐξ ἑωυθῆ
 νίζοντο, ἢ φθόνῳ δὲ ἀεικίαν, διεφθείροντο. ἐπὶ πᾶσι ἰδέα κα-
 τήνη κρατεροπίας Διὸς ὡς εἰσὶ τῶν ἑλλήνων καὶ τὸ δεινόν,
 ἐ τὸ γυναικῶν πλεῖστον μετέχουσι, καὶ γὰρ ἀσέβητες, ἀφαιρίθη· τὸ δὲ
 ἀνπιπεπῶσθαι ἀλλήλοις τῆ γνώμῃ, ἀπίτως ἐπιπολὺ διώκειν. καὶ
 γὰρ ὡς Διὸς λύσοντες τε λόγῳ ἐχυρὸς, ἔτε ἄρκος φοβερός. κρείσσας
 δὲ ὄντες ἀπαιτῆς λογισμῶν ἐς τὸ ἀνέλπιστον δὲ βεβαίαν, μὴ πᾶ-
 σθῆναι μῦθον ἀσέβητων, ἢ πᾶσι δὲ ἐδύμετο. Ἐ οἱ φαυλοτε-
 ροὶ γνώμῳ, ὡς τὰ πλεῖστα ἀειγίνοιτο. τῶν γὰρ διδόντων, τὸ πᾶσι
 αὐτῶν ἐνδύειν, καὶ τὸ δὲ ἐναντίαν ξυμπεπῶσθαι, μὴ λόγῳ τε ἴσως
 ἄσι, ἔκ τῶ πολυπλοκῶν αὐτῶν τὴ γνώμης φησὶ πᾶσι ἀσέβητες
 ἀδύομοι, τολμηρῶς ἀσέβητες τὰ ἔργα ἐχώρουν. οἳ δὲ καὶ φροῦδον-
 τες, καὶ ἀσέβητες καὶ ἔργῳ ἐδύνσθαι λαμβάνειν ἀγνώ-
 μη ἔστιν, ἀφρακτῶν μῦθον διεφθείροντο. Hoc est: Quamvis

XXXIX.

rerum omnium causa est principatus ob avaritiam & ambitionem, qua duo facti sunt ut homines ad contentione reddantur alacriores. Nam qui in civitatibus erant principes, honesto utriusque nomine, alteri statum popularem, aequalitatem (civilem); alteri, paucorum imperium, optimatum appellantes, praeferebant; cum populum quidem verbis pacerent, ipsi vero inter se contendere. Et cum omni, qua posset, ratione, alter alterum superare cōtenderet, gravissima quoque, audebat, ac poenas atrociores irrogabant; non illas quidem ex modo iustitia, aut ex utilitate civitatis, sed sua semper voluptate metientes. atque illam quidem voluptatem, sine per iniqua suffragia condemnatum, sine vi oppressis suis civibus, in hoc certamine excludere cupiebant. memini peritatem in contrahendo adhibebant, sed, quae aliquid colore verborum, cum alterius iniuria transirebant, maiorem laudem merebantur. si quis autem ex civibus, alteram ad partem non accessisset, ut ab utraque factione, vel quod ab altera parte non accessisset, ut ab utraque factione, vel quod ab altera

* ob invidiam, ra parte non stare, vel * quod malorum esset immunis, ob invidiam occidebatur. ita propter seditiones omnia facinorosa gestet foret, occid.

nus in Graecia existit. & simplicitas quidem, cuius plurimum generositas participat, cum ludibrio exterminabatur: mutuo vero inter se sententias pugnant, praeterea quiddam putabatur, nulla enim res erat, neque oratio; nullum denique, quamvis horribile iusiurandum, quod ullam inter eos vim haberet. cum quoque omnes cogitatione ad diffidendum potius quam ad fidendum essent propensiores, omnes eo intendebant, ut caevae potius ne quid detrimenti caperent, quam credere cuiquam mallent. fiebat autem, ut, qui consilio inferiores essent, ut plurimum vincerent: quippe qui & sua imbecillitate sibi confisi, & adversariorum prudentiam intelligentes, veriti ne illorum & deserti orationi essent impares, & ingenio praestantia superarentur, audaciter ad res gerendas aggrediebantur. at illi, sum praeterea contemptu, quod longius providerent, sum quia non oportebat ea qua consilio agere licet, facto aggredi, incauti magis opprimebantur. Possem equidem multis praeterea exemplis perspicuum facere, hunc nostrum, cum communem usitatumque dicendi formam in narrationibus retinet, maiorem laudem mereri; tum vero, cum abducit a consuetudine sermonem, ac ad peregrina quaedam vocabula, & quasi per vim figuras fertur, quarum nonnullae etiam

etiam solocismi præbent speciem, multo deteriorenti fieri. sed, ne nostra longius labatur oratio, his ero contentus. Quoniam verò polliciti sumus, etiam, quod nostrum de illius concionibus esset iudicium, ostendere, in quibus summam quandam inesse vim nonnulli opinantur: totam hanc tractationem in duas partes distribuamus, in eam scilicet quæ ad res, & eam quæ ad verba pertinet, de iis utrisque separatim agemus, ab ea parte quam ad res pertinere diximus, initium sumentes. Cuius quidem pars prima est entymematum & sententiarum inuentio: secunda verò, in usu rerum quæ inuentæ sunt, consuntur atque illa quidem prior, omnem à natura vim habet; hæc, accipit ab arte. Harum in altera, quæ scilicet plus habet à natura quam ab arte, quæque minus eget disciplina, admirabilis sane fuit Thucydides. affert enim, ac velut ex uberrimo quodam fonte, ingentem ac prope infinitum sententiarum & entymematū aceruum secum trahit. quæ quidem & ampla exquisitaque apud illum, & peregrina atque admirabilia sunt. Illa verò pars altera, quæ plus artis habere diximus, quæque efficit, ut illa altera etiam præstantior esse videatur, multis in rebus in eo minor est quam par sit. Quicumque autem eum plus æquo admirantur, atque ita stupent, ut nihil ab eis qui diuino aliquo sunt numine afflati differant. si omnes propter entymematū copiam id videntur facere. Quos si quis ita admoneat ac doceat, ut rationem causamque afferat, cur hoc non suo loco sit positum, illud verò non iis personis quibus opus erat, accommodatum: item, non hæc hisce rebus, conuenire, neque eo usque progressum fieri debuisse: si quis, inquam hæc ita notet, etsi cum ratione id faciat, magnam tamen illis molestiam afferat. * qui mihi sane iis perfimiles videntur esse, qui incredibili alicuius rei aspiciendæ cupiditate flagrant: quæ quidem cupiditas videtur à furore non multum abesse. Illi enim rei, cuius amore capti sunt, eas pulchritudines, quas egregie habent formæ, omnes inesse arbitrantur: ac, si quis est qui aliquod in ea vitium reprehendere conetur, ab eo, tamquam ab inuido & calumniatore, sibi caueat. Atque hi quidem, hac vna orationis virtute decepti, omnia etiam ea quibus caret huic

XL.
Concionum
examen.

* quibus. sane
idem accidit
quod iis quibus
qualiscumque
forma affectu
sanio amore
capitur, ut is pa-
rum à furore
distat.

Scriptori attribuunt. neque id mirum. nam quæ quisque illi quod amat & admiratur, inesse vult, eadem re ipsa inesse arbitratur. At qui iudicio sunt minime depravato, & rationes ad rectas regulas examinant; siue id naturali quodam iudicio faciunt; siue * quod firmam stabilemque iudicandi rationem secuti, ita sunt disciplinis ex-cultis, neque omnia ex æquo laudibus prosequuntur, neque ex omnibus offensionem molestiamque capiunt: sed rebus bene & cum ratione adhibitis meritis laudes tribuunt; ea verò in quibus peccatum est, commendatione indigna arbitrantur.

XLI.

Quapropter, quod antea feci, ut omnibus meis commentationibus regulas quasdam subiicerem; idem nunc faciam, ut, quæ mihi videntur, in medium proferam. Quemadmodum igitur in prima illa parte, de qua initio dixi, quæ in inuentione rerum conspicitur, præclare hunc nostrum scriptorem versatum esse concesserim: ita altera in parte, quæ in collocationis ac distributionis arte consumitur, eum excelluisse non facile dederim; nisi in perpauca quibusdam concionibus, quarum in verbis quoque vitia, de quibus antea dixi, plurima & maxima animaduerto: siquidem insunt in illis plurima cuiusque linguæ propria, & peregrina, ac facta vocabula: figuræ verò perplexæ, contortæ, coactæque non paucae. Quam verò hæc, quæ attuli, rationi sint consentanea, tu, & quilibet alius, qui hæc ad rerum ipsarum examinationem accommodabit, iudicare poterit. Exempla verò ita mihi apponenda statui, ut, quæ optima iudico, cum iis conferam, quæ neque quod ad ipsam dispositionem, neque quod ad elocutionem attinet, culpa vacent.

XLII.

In secundo igitur libro, Lacedæmoniorum & sociorum contra Plataenses bellum scripturus, subiungit, missam à Plataensibus ad Archidamum, Lacedæmoniorum regem, legationem, cum ille regionem vastare ac diripere, vellet. quo loco orationem, quam verusimile est ab utrisque habitam, personis illis & rebus accommodatam, ac neque modum excedentem, neque infra modum subsistentem, affigit. ibi tum locutione pura admodum, perspicua, ac breui, adhibitis aliis, quæ in hoc genere requiruntur, virtutibus, usus est; tum, qui ex his enascitur, concentum recte

recte temperatum effecit, qui iucunditatem omnem æquare possit. Ἐν ἑπιχρησίδος ἡέρας, οἱ Πελοποννήσιοι καὶ ἐκ ζυμωχοί, ἐς ἡδὲ πῶ Αττικῶ σὺν ἐστὶ αἰῶν, ἐσπρέτουσιν δὲ ἐπὶ Πλάταιαι, &c. Hoc est : Insequente astate, Peloponneses sociique, non in Atticam, sed aduersus Plataeam cum exercitu venerunt, duce Archidamo, Zeuxidami filio, Lacedamoniorum rege. quem castra iam metatum, ac regionem vastare cogitantem, missi protinus à Plataen- Pag. 154.
sibus legati adiere, hisque verbis allocuti sunt: Archidame vosque Lacedamonii, neque iuste, neque è dignitate vestra patrumque vestrorum facitis, quod in agrum Plataensem copias inducitis. Nam Pausanias Lacedamonius, Cleombroti filius, qui Graciam Medorum dominatu liberauit, cum iis Gracis qui pugna apud nos commissa ultro subiere discrimen, victimis in foro Plataensi Ioui liberatori immolatis, conuocatisque omnibus sociis, & urbem & agrum Plataensibus reddidit, uti suis legibus viuerent, ne quis iniuste, neue dominandi causa, arma illis inferret: alioqui eos qui aderant socios pro viribus auxilio futuros. Hac patres vestri, virtutis ergo, operaque strenue nauata, dedere nobis. At vos contra quam illi agitis, qui cum Thebanis nobis infestissimis, ad redigendos nos in seruitutem venistis, itaque Deos, tum illos per quos tunc fœdus iuratum est, tum vestros patrios, & nostros indigenas testati, dicimus vobis, ne quod agro Plataensi damnum inferatis, neue iusiurandum violetis, sed nostro nos iure, quemadmodum Pausanias statuit, viuere permittatis. Hac tantum locutis Plataensibus, excepit Archidamus: Æqua dicitis, viri Plataenses, si verbis facta respondebunt. Quemadmodum enim Pausanias vobis, ut vestris legibus viuatis, concessit: ita voseorum libertatem, qui & periculorum & iurisiurandi vobis ea tempestate participes fuerunt, nunc verò Atheniensibus seruiunt, adiuuate: quorum causa, & ut ceterorum libertati consilietur, tantus est apparatus, tantumque bellum excitatum. Cuius liberationis si simul curam susceperitis, ita maxime iusiurandum seruaueritis: sin minus, eadem quam antea hortamur, otium agite, colentes quæ vestra sunt; neque ab altera parte stete; & tamen utrosque pro amicis recipite. Hac sat nobis erunt. Quæ cum esset locutus, tum

legati Plataenses, ingressi in urbem, se cum multitudine communicata, Archidamo responderunt: facere se non posse qua suaderentur, sine Atheniensibus; apud quos ipsorum liberi atque uxores essent, timore quoque se toti civitati; ne scilicet illis disgressis, aut Athenienses venirent, talia non permittari; aut Thebani, qui et ipsi iureiurando continebantur, dum utraque pars recitatur, rursus urbem occupare conarentur. Ille, bene eos sperare iubens, respondit: Vos verò urbem ac domos nobis Lacedamonis tradite, sine agris demonstratis, arboribus, et quicquid aliud potest sub numerum cadere, numeratis et ipsi, et uocumque libueris, ascodite, quoad bellum fuerit: quo confecto reddemus vobis quacumque acceperimus, habebimusque ea interim pro deposito; colemus, vobisque fructus, qui ad usum visa suppetant, reddemus. Ea cum audissent legati, urbem iterum ingressi, habito cum multisudine consilio, dixerunt, ea qua suaderentur, velle se prius communicare cum Atheniensibus; accepturosque conditionem, si illis persuaserint, interea iussurunt sibi fidem dari, in ipsorum regione nihil eos hostiliter aëuros, atque ita, interposita fide, intra quot dies credibile fuit accipere: uti responsum, à regionis vastatione temperarunt. Aditis Atheniensibus legati Plataenses, agitasque cum eis consilio, reuerfi, hac civitati renunciant: Neque in superiori tempore, viri Plataenses, ex quo societatem inimicis, inquisunt Atheniensibus, se permisisse vobis iniuriam fieri, neque nunc esse neglecturos, sed pro viribus adiuturos: Vosque iuris iurandi admonens, quo vestris patres obstrinxere, nihil noui se, quod ad societatem attineat, tentaturos. Hac cum legati renuntiaissent, Plataenses statuerunt, non prode Atheniensibus, sed resistere, et, si etiam res ferat, ut vel ante ipsorum oculos agri vastentur, atque alia, quacumque accidant, pati; neque ullum emittere, sed de muro respondere, ea qua Lacedamonii vellant, se facere nullo modo posse. Qui cum respondissent, tum verò Archidamus rex absistit, Deos atque heroes indigenas huius verbis contestatus: Dii, qui cumque terram Plataensem tenetis, vosque heroes; testes estote, iureiurando prius ab istis violato, non incipere à nobis iniuriam, quod in hanc terram venimus, in qua patres nostri, votis apud vos nuncupatis, Medos superauerunt, quamque vos propitii adiutricem Gracis in praelio prestistis; neque

nunc nos, si quid faciemus, iniuste facturos. nam multis eos iustisque rationibus adhortati, nihil profecimus. itaque concedite, ut & ii qui iniuriam facere coeperunt, pœnas luant; & qui merito punire parant, pœnas sumere queant. His Deos precatus, militi bellum permittit. XLIII.

tam præclare tamque exquisitè conscripto dialogo, alium quendam, quem isti eius characteris admiratores maxime extollunt, conferamus. is autem est eo in loco, ubi, missò ab Atheniensibus contra Melios, Lacedæmoniorum coloniam, exercitu, ante initium belli, ducem Atheniensium ait ad colloquium cum Meliorum senatoribus venisse, in quo de belli solutione ageretur: cumque ab ipso statim initio, quæ ab utrisque dicta sunt, ex sua persona indicasset, in vno tantum responsò narratione vius continua, post toto dialogo personas inducit loquentes, & veluti drama quoddam efficit. ita autem Atheniensis exorditur: ἐπεὶ δὲ ἂν ἔσπευς τὸ πᾶσι τοῖς λόγοις γίνονται, ὅπως δὴ μὴ ξυμνεχέει ῥησι οἱ πολλοὶ, ἐπαγωγὰ κὲ ἀνέλεγκτα ἐσπίπαξ ἀκρόσωντες ἡμεῶν, ἀπατηῶσι: γιγνώσκοντες ὅτι τῶτο φρονεῖ ὑμῶν ἢ ἐς τὰς ὀλίγας ἀγωγὴ ὑμεῖς οἱ κερταῖοι, ἐπὶ ἀσφαλέσει ποιήσατε καὶ ἐκείσων ὅτι κὲ μὴδ' ἡμεῖς ἐν ὀλίγοις, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ διακίβει ἐπιτηδείας λέγεισθε, ἀλλ' οὐκ ἔσπασα μὲν ὄντες, κελίετε: κὲ ὡσπτον, εἰ ἀρίσκει αἰς λέγεισθε, εἴπατε. οἱ δὲ τῶ Μηλίων ξυμῶροι, ἀπεκρίναντο: Ἡ μὲν ἐπιείκεια ἔδιδείσκειν καὶδ' ἡσυχίαν ἀπὸ ἡμῶν, εἰ ψέγεται τὰ ἡ πολέμει, περὶ ὅσα ἡδὲ, εἰ μὲν ὄντες, ἀφ' ἑσπασα αὐτὰ φαίνεται. Hoc est: Quotiam nos non apud multos verba facimus, ne multi in uno semel audiens ex perpetuo sermone ea que allucere, nec refelli facile possint, in errorem à nobis inducatur: (ideo enim nos esse à vobis ad paucorum aures inducios intelligimus) vos, qui audietis, iustius etiam quiddam facite. singula enim, non paulò post, sed quacumque parùm aptè dicta videntur, statim excipientes, iudicate, atque hoc ipsum quod dicimus si placet, significate. Ad hæc Meliorum procures ita responderunt: Humanitas in docendo mutua, placide adhibita, non illa quidem vituperatur: sed ab hac re non nihil videtur differre, quod bellum à vobis non impendet, sed iam adest.

- XLIV.** Atque hoc postremum si quis inter figuras numerarę velit, is profecto, nihil obstat, quin omnes etiam solertissimos, qui vel in numeris, vel in casibus admittuntur, figuras dicendi vocet. Nam cum præposuisset, ἢ μὲν ἐπιεικῆς ἔσθ' διδάσκων καὶ ἢ συζῆαι, ἢ ψήγεται: deinde ad singulare, & nominandi casu prolatum, accommodasset ea quę multitudinis numero efferuntur, τὴν δ' ἔσθ' πολέμου, παρόντων ἤδη, & ἢ μέλλουσιν: his in singulari numero, & gignendi casu, αὐτῆς coniungit; siue quis articulum vocet eius generis quę in demonstrando vitimur, siue pronomen malit dicere. nam neque si cum illo quod in feminę sexu, vnius numero, ac nominandi casu prolatum est, neque si cum illo iungatur quod multitudinis numerum, ac neutrius generis accusandi casum habet, aptam efficiet compositionem & ordinem. Quod si ita dixisset, aptam & coherentem atque congruam orationem effecisset: ἢ μὲν ἐπιεικῆς ἔσθ' διδάσκων καὶ ἢ συζῆαι ἀλλήλους, ἢ ψήγεται τὴν δ' ἔσθ' πολέμου, παρόντων ἤδη, & ἢ μέλλουσιν. Ἀναφαινοῦς αὐτῆς φαίνεται. His subiungit enthymema, non in serie excogitatum, illud quidem sed obscure explicatum: οἱ μὲν τῶν αὐτῶν ἰσονομίαις ἔσθ' μέλλουσιν λογιζόμενοι ἢ ἀλλὰ πᾶσι ζῶντες, ἢ οἱ ἔσθ' παρόντων, καὶ ἢ ὄρατε, πᾶσι σωτηρίας βουλευόμενοι τῇ πόλει, πωσοίμεθα; αὐτῶν οἱ δ' ἐπὶ τῆς τοῦ λογισμοῦ. Hoc est: *Si de futuris rebus cogitauerit consueuerit, aut aliud quidpiam de salute ciuitatis deliberauerit conuenistis, diuersum ab eo quod adest, quomodo, conuenistis: si non autem ad hoc uenistis, loquomur.*
- XLV.** Postea, narratione sublata, hunc dialogum scenicis colloquutionibus similem efficit; Atheniensem hoc modo respondentem inducens: οἴσῃς μὲν, καὶ ἐξοργισμένη, ἐν ταῖς τοιαύταις προσηγορίαις, ἐπὶ πολλῶν, & λίγων, καὶ δικῶν, καὶ ἀπειθῶν. Hoc est: *Consentaneum est, ac uenia dignum, homines in tali conditione constitutos multa dicere, & multa etiam consilia mutare.* Post hæc, speciosam esse illam propositionem opinatus, ita inquit: ἢ μὲν τοῖς ξυνοδοῦσιν καὶ ἀπὸ σωτηρίας ἤδη παρῆσαν καὶ ὁ λόγος, ἢ ἀσθηματικῶς προσηγορίαις, καὶ γρηγορίαις. Hoc est: *Et conueniens quidem hic de salute nostra infusus est; & eo modo, si uidetur, uerba sunt, quę iam statuisstis.* Ac primum quidem argumentationem adhibuit, quę neque Atheniensium ciuitate erat digna,

digna, neque presentibus rebus accommodata: ἡμεῖς τοὶ υἱοὶ ἕτε αὐτοῖς μετ' ὀνομασίαν καλῶν, ὡς ἢ δικαίως τὸ Μῆδον καὶ ἀλύσιμους ἀρχαίους, ἢ ἀδικήσασθαι καὶ ἐπιεργάζεσθαι, λόγων μῆκος ἀπίστον περιέξομεν. Hoc est: Neque nobis igitur ipsis verborum elegantia, longaue oratione, cui fides non habeatur, utendum arbitramur, ut ostendamus, vel iure penes nos, qui Medum eiecerimus, imperium esse, vel nulla iniuria nos laceffitos nunc ad bellum exire. Hæc oratio contentis est bellum innocentibus illatum; cum de neutro istorum ratione reddere velit. His deinde addit: ἔδ' ὑμεῖς ἀξιοῦσθε, ἢ ὅτι Λακεδαιμονίων ἀποικιοῦντες, ἔξωθεν ἐβλάστησατε, ἢ ὡς ἡμεῖς ἔδ' ἐν ἡδικησάτε λέγοντες, ὅτι ἐὰν τοῖς ἑλλησπυλίοις ἐξ ἑσὶ ἐκείνοι: ἀληθῶς φρονέμεν ἀπεπείσασθε. Hoc est: Nec volumus vos cogitare, si dicatis Lacedæmoniorum vos esse coloniam, ac propterea in belli societatem nobiscum non coimisse, neque ullam vobis iniuriam fecisse, nobis persuasuros: sed ea ab utrisque dicenda iudicamus, quibus effici possit, ut inter nos transigatur. Hoc sane idem est ac si dicat: Vos quidem, cum certo sciatis iniuria vos affici, necessitatem perferte, ac cedite. nos contra, cum non ignoremus iniuriam nos inferre imbecillitati vestra, per vim erimus superiores. Hæc enim utrique nostrum possunt evenire. Deinde causam huius afferre volens, addit: ὅτι δίκαια μὲν ἐν ταῖς ἀνθρώποις λόγοι δὲ τὸ ἴσος ἀνέγκης κέλεται. ἑλλήσπυλοι δὲ ἢ ἀπείστοι πρόσκοσι, ἔδ' ἀδυνάτοις ἐξυχωροῦσι. Hoc est: Iusta quidem humana ratione ea iudicantur esse, quæ à pari necessitate profiscuntur: possibile verò, superiores faciunt, inferiores admittunt. Hæc ad Græcos oratio, barbaris regibus XLVI. fortasse conveniebat: Athenienses sane ad Græcos, * quorum Pag. 156. auxilio è Medorum manibus erepti essent, minime talia dicere decebat; nimirum, iusta quæ sunt, æqualium * quos à Persis liberauerant, m. inter se esse; quæ verò per vim fiant, ea potentioribus aduersus imbecilles esse licita. Quibus quidem verbis cum Melii paucis respondissent, recte Athenienses facere, qui eorum quæ iusta essent, curam gererent, ne, si quando ipsi quoque lapsi, in aliorum potestatem venient, eadem quæ nunc ipsi, à potentioribus pati cogerentur: his verbis Atheniensem facit respondentem: ἡμεῖς ἢ τὸ ἡμετέρας ἀρχῆς, ἢ ἔπεισθη, ὅτι ἀδυνάτοις τὴν πύξιν, Hoc est:

* Nos verò
de imperiis
nostri sine,
etiam si an-
tiquetur, nõ
despõdemus
animum.

* Nos verò nostri imperiis etiam si finem conficiamur, illius interitu animum non despõdebimus. cuius rei causam affert; etiam si Lacedæmonii imperium ipsorum dissoluant, veniam tamen duros esse; quippe qui & ipsi multa faciunt talia. Sed ponam etiam ipsa eius verba: ἢ γὰρ οἱ ἀρχῆται ἄλλων, ὡσπερ καὶ Λακεδαιμόνιοι, ἔτοιμα εἰσὶ τοῖς νικηθεῖσι. Hoc est: Neque enim qui aliis imperant, ut Lacedæmonii, duriores sunt in victos. Hoc non absurdum est ab eo, ac si quis dicat, tyrannos tyrannis odio non esse. Deinde addit: καὶ ἀπὸ τούτου ἡμῖν ἀφοιδῶμεν κινδῶνα δειοῦ. Hoc est: Sed de his nostrum esse periculum. Hoc vix pirata aliquis aut prædo dixisset, qui, modo in præsentia animo obsequatur suo, de futuro nihil laborat. Deinde paucis ultro citroque dictis, cum Melii æquas condiciones admitterent, dum inquirunt: ὡς περὶ ἡμετέρων ἀγῶνας ἡμεῖς, φίλος μὲν εἶναι ἀπὸ πολέμων, ξυμμάχος δὲ καὶ εἰρήνῃ, οὗτοι αὖτὲ δέξονται. Hoc est: Itaque si nos, quiescentibus, & vobis pro inimicis amici simus, nosque ad alteram partem accedamus, non ne nos recipietis? Atheniensem ita facit respondentem: ἢ γὰρ τοσούτοι ἡμεῖς βλάπτει ἢ ἔχθρα ὑμῖν, ὅσον ἢ φιλία μὲν, ἀπὸ σφραγίδος, τὸ δὲ μῖσθον, διωκόμενοι περὶ ὀδύνης τῆς ἀρχαίων, οὗτοι δὲ ἄδρον. Hoc est: Inimicitia enim vestra tantis nobis incommodis affert, quam boni amicitia. si quidem amicitia vestra, imbecillitas; odium verò, potentia nostra, qui præsumimus, argumentum subditis præbet. rava sane argumentatio, atque implicite prolata. quod si quis eius sententiam exquirat, talis erit: Si enim amici nobis foret, efficietis ut alius imbecillus esse vidamur: sin vos inimicos nobis & hostes præbeat, efficietis ut ab omnibus potentes iudicemur. Nos enim, ut diligentibus nos, sed ut metuensibus imperemus, quarimus. His iterum affectata quædam & amara respondentes subiungit Melios, communem esse inimicis belli fortunam; ei verò qui cesserit, nullam iam spem superesse; inter agendum autem, adhuc melioris fortunæ spem esse, ad quæ Atheniensis respondet quædam ipsis labyrinthis intricatiora de spe, quæ plerumque homines fallere solet; ita ad verbum: εὐλας δὲ κινδῶνα παρομείθιοι ἔσται, τὰς μὲν δὲ πρὸ σφραγίδος ξυμμάχος αὐτῆς, καὶ βλάπτει, ἢ καὶ εὐλας τοῖς εἰς ἄσπαστον τὸ ἔωσται.

XLVII.

ὑπάρχον ἀνδρῶν πλῆθει, (δαίμων γὰρ φύσι) ἄμα τε γινώσκεται σφιλῶς τῶν, καὶ οὐ σὺν ἐπιφύλαξιν ἢ αὐτῶν γνώσεσθαι, ὡς ἐδέχθη. ὁ ὑμῶν, ἀδελφεὶς τε, καὶ ἐπὶ ῥοπῆς μίας ὄντες, μὴ βέλτερον παθεῖν, μηδὲ ὄρα ἀθλίαι πῆς παροῖς· οἷς παθεῖν ἀφροσύνας ἐπὶ σάξασθαι, ἐπεὶ οὐκ ἐπιβουλεύουσιν αὐτοὺς ἐπιλείπουσιν αἱ φανεραὶ, ἐλπίδες, ἐπὶ τοῖς ἀφανέσι καὶ κρυπτοῖς, καὶ ἀνελπίστῳ τε καὶ χρονοῖς, καὶ ὅσοι τοιαῦτα μετ' ἐλπίδων λυμαίνονται. Hoc est : Spes, periculi solatium, etiamsi damno afficit, non tamen evocet eos que illa supra modum vivuntur ; sed ab eis qui omnia in fortuna aleam proiciunt, (infert enim detrimentum è sua natura) cognoscitur postquam decepti sunt : à qua qui spem cavet in quo iam est eam expertus, non errat. Quod vobis, qui imbecilles estis, quorumque nunc salus est in extremum adducta discrimen, ne velitis evenire : neque iis similes esse, qui, cum adsit facultas, quatenus homini licet, evadendi, omni aperta spe destituti, ad obscura se conferunt, veluti ad divinationem, ad oracula, & si qua sunt huius generis, que homines spe illicitos perdunt. Hæc sane nescio qua ratione quis ita laudet, ut ea ab Atheniensium ducibus dici oportuisse putet ; homines nimirum, quam in Deis spem collocant, ea per se frustrari, neque eos aut oraculis, aut vaticiniis opus habere, qui vitam piam ac iustam delegerint. Nam si qua alia est Atheniensium laus, hæc sane in primis est maxima, quod omnibus in rebus, atque adeo temporibus omnibus, Deos duces secuti sunt neque sine vaticiniis aut oraculis quidquam perficere voluerint. Cum vero Meli

X LVIII.

dicerent, se, præter Deorum auxilium, Lacedæmoniiis quoque confidere ; quos, si nullam aliam obrem certe ob verecundiam affluuros crederent, neque passuros, ut qui propinqui essent, perirent : ita Atheniensem impudencius inducit respondentem : τῆς μὲν τιμῆς τῶν θεῶν οὐδέν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρωπείας, τῶν μὲν, ἐς τὸ θεῶν νομίσις, τῶν δὲ ἐς σφῶν αὐτῶν θελήσις, δικαιῶν δὲ ἢ πρὸς ἀμῶν. ἡ γὰρ μὲν γὰρ, το τε θεῶν δόξα, το ἀνθρωπίνου τε σφῶν ἀδικησῶντος ὑπὸ φύσις ἀναγκασῶν, ἢ ἀνθρώπων, ἢ γὰρ. Hoc est : Quod igitur ad benevolentiam erga Deos attinet,

neutiquam existimamus nos aliis inferiores esse. nihil enim extra humanum institutum, vel quod sp. ^o ac ad opinionem de Diis, vel quod ad voluntatem erga nos ipsos, aut sentimus, aut agimus. Nam, quod ad numina pertinet, de illis, quod opinione receptum est, sentimus: de hominibus autem ita natura necessitate comparatum, ut haud dubie is semper victo dominetur, qui vicerit. Horum quidem verborum sententia perdifficilis; quam ne ii qui, qui non mediocrem in huius viri scriptis usum habent, coniectura assequuntur. huc tamen eius oratio videtur spectare; numen quidem ipsum opinione omnes cognoscere; quæ verò inter homines iusta sint, communi naturæ lege iudicari; quæ quidem lex eam vim habeat, ut is aliquis imperet, quos subiicere potest. Sunt & ista à primis illis diuersa: quæ quidem neque Athenienses, neque verò

XLIX. Græcos ipsos dicere decebat. Multa præterea afferre possem, quæ prudentiam quandam malitiosam ac vafra præ se ferunt. sed ne præter modum nobis excrescat oratio, ultimam tantum partem additamenti loco assumam, quam Atheniensis à conuentu discedens, dixit: *αὐτὸ ὑμῶν τὰ μὲν ἰσχυρότατα ἐλπίζομεθα, μέλλεται πῶς εἰς τὰ χροῖα, βραχέα ὅμως τὰ ἤδη ἀντιπαραστάμενα εὐεργυνῶν. πολλὰ τε ἀλογίαν ἢ ἀγνοίας παρέχεται, εἰ μὴ μάλιστα μὲν οἱ ἔπαισι, ἀλλ' ὅτι τῶν δὲ σωφρονιστῶν γνώσει.* Hoc est: *Ceterum qua vos vehemens speratis, futura sunt; at presens quidem tempus, breue est, ad ea superanda qua iam præstito sunt.* Quapropter magnam declaratis amentiam, nisi, vobis iterum semotis, aliquid aliud prudentius decernatis.

Pag. 157.

Quibus subiungit: *εἰ γὰρ δὴ ἐπὶ γὰρ τῶν ἐν τοῖς ἀίχμαρσι καὶ πρὸς τοῖς κινδύνοις, πλείους ἀγνοίας αἰσθητικῶς ἀγνώμων, τρέψεται. πολλοὶ γὰρ ὁμοιωμένοι ἐπὶ ἐς οἷα φέρουσι, τὸ ἀγρὸν καλέμενοι, ἐνόμισαν ἐπιγαγεῖν ὁμοίως, ἐπικαταστήσαντες ἡσθεῖας ἢ ἡμῶν, ἔργα συμφορῶν ἀποκρίσις ἐν ἑαυτοῖς ἀεὶ περὶ εἶναι.* Hoc est: *Nam sic nequaquam vos ad verecundiam, qua hominibus in fœdis & apertis periculis existit plerumque perniciofa, conuertetis. multos enim profpicientes quo ferantur, id quod turpe vocatur, nominis allicientis vi adduxit, ut, victi verbo, re in calamitates gravissimas sponte prolaberentur.* Quod verò horum sermo-

L.

num

num minime fuerit particeps Thucydides, cum neque ipsi conuentui interfuerit, neque, quæ ab Atheniensibus aut Meliis dicerentur, audiuerit, ex iis quæ ipse proxime superiore libro commemorat, facile possumus cognoscere. Nam, postquam in vrbe Amphipoli dux fuisset, eiectus ex patria, per omne reliquum belli tempus in Thracia vixit. Restat ergo, vt consideremus, an vel rebus ipsis, vel personis ad id colloquium conuenientibus aptum dialogum finxerit; cum eius fuerit munus, quemadmodum in ipso quoque libri proœmio se facturum profiteretur, vt, quæ vera essent, diceret. Num igitur, quemadmodum illa Meliis de libertate oratio conueniebat, qua Athenienses aduocabant ne ciuitatem Græcam, quæ nihil mali admisisset, seruire cogerent; ita & illa altera Atheniensium ducibus erat accommodata, qui de rebus iustis nec quærere nec dicere permittebant, sed violentiæ atque auaritiæ legem inuenticæ, ea demum iusta esse dicebant in imbecilliores, quæ potentioribus viderentur? Eouidem ducibus, ab optime constituta Republica ad exteras ciuitates missis, hanc orationem minime dignam arbitror. Neque verò placet, vt Melii, paræ ciuitatis incolæ, qui nihil illustre vnquam præstiterunt, maiorem dignitatis quam securitatis suæ rationem habuisse, ac, ne quid indignum facere cogerentur ad omnia grauissima perferenda prompti fuisse videantur: Athenienses verò, qui Persico bello & ciuitatem & regionem omnem relinquere, quam turpi alicui Persarum mandato obtemperare malebant, Meliorum stultitiam reprehendant, qui idem, quod ipsi ante fecissent, sibi proponerent. Existimo equidem, si quis hæc coram Atheniensibus, qui communem hominum vitam ad elegantioris vitæ cultum traduxerunt, dicere aggressus esset, eius orationem ipsis futuram fuisse permolettam. His sane causis adductus hanc orationem cum illa altera conferens, minime laudo. in illa enim Archidamus Lacedæmonius ad ea faciendâ quæ iusta essent, Platænses hortatur, dictione vtens pura, & dilucida, quæ que nullam dicendi figuram habeat vel coactam, vel inconsequentem: in hac verò, Græcorum omnium sapientissimi

L I.

turpissimas sententias, maxime in iucunda oratione comprehendunt, nisi forte Thucydidem ob hoc malevolentia, propterea quod eum eiecissent, hac ignominiae labe civitatem suam aspersisse dicamus, ut omnibus eam iniusam redderet. quæ enim civitatum principes, quibus tantarum rerum erat conc. edita summa, & sentire & dicere de sua patria apud alias civitates conc. fuerunt, ea omnes communia arbitrantur esse eius civitatis quæ eos legasset. Sed de dialogis quidem hætenus. Ex concionibus verò illam magnopere suam admiratus, in primo libro Athenis à Pericle habitam, in qua agitur ne Lacedæmoniis Athenienses cedant: cuius hoc est initium:

LII.

τὸ μὲν γράμεις, ὃ Ἀθῆναιῶσι, καὶ τὸ αὐτῆς ἔχουσαι, μὴ εἶεν Πειλοπονησίαισι. id est: *sententiam equidem eandem semper retineo, Athenienses, ne Lacedæmonior. cedamus.* quæ quidem oratio, & quod ad sententias attinet, diuine est enunciata; & quod ad compositionem partium, & figurarum non cohærentium & coæctarum mutationes spectat, minime auribus est molesta, omnesque illas virtutes quæ in concionibus vîrpanitur, adhibitas in ea videmus. Eodem modo suspicio illam Nicie ducis concionem Athenis habitam, qua de mittenda in Siciliam expeditione agit: & epistolam ab eodem ad Athenienses missam, in qua epittola, cum morbo laboraret, auxilium & successorem sibi dari postulat: item exhortationem illam qua ante postremum prælium nauale vîsus est ad milites: & consolationem illam, cum amissis triremibus omnibus, exercitum terrestri itinere vellet abducere: ac si quæ sunt aliæ eius generis conciones, puræ ac dilucidæ; & ad veras contentiones accommodatæ. Illam profecto Platæntium responsionem supra omnes, quæ septem libris continentur, admiratus sum; nullam aliam ob causam magis, quam quod nullis fucatis, & curiose conquisitis, sed veris & naturalibus coloribus sit depicta. Sententiæ in ea sunt commiserationibus plene; ipsa verò dictio minime aures offendit: compositio iucunda, figuræ rebus in primis aptæ. Atque hæc quidem sunt è Thucydide ad imitationem assumenda, quæ historiam scribentibus proposita esse debent. illam verò Periclis orationem

Pag. 158.

LIII.

tionem in secundo libro , qua respondet Atheniensibus ad iracundiam commotis , quod eis , ut bellum susciperent, persuasisset, non plane totam probo. neque verò illas quæ tertio libro à Theone & Diodoro de Mitylenæorum ciuitate sunt habitæ ; neque Hermocratis Syracusani ad Camarinæos ; neque Euphemi Atheniensis legati , quæ huic est aduersaria ; neque alias , quæ sunt confimiles , conciones laudo, alias præterea , quæ ad eandem dicendi formam sunt elaboratæ, nunc enumerare non placet. Sed ne cui videar res dicere eiusmodi , quas demonstrare nequeam , cum multa alia , quibus idem orationi meæ facerem , afferre queam ; ne tamen longius excurrat oratio , duobus concionibus ero contentus ; Periclis defensione , & Hermocratis ad Camarinæos Atheniensium vrbis accusatione. ac Pericles quidem hæc : *Ἐπεὶ οὐδεὶς ἄρα μοι τῶν ἐξ ὑμῶν ἐς ἐμὲ γελῆνται. ἀποθανομαι γὰρ ὅτι αἰτίας , ἔσκλησιαν τὸ τῷ ἐνεκα ξυμῆρατος , ὅπως ὑπομένωσιν ἢ κέρψωμαι ἢ π μὴ δῶδῶς ἔργα γασίπαι ἐστὶ , ἢ τῶν συμφορῶν εἰσιτε.* Id est *Vestra quidem in me indignatio, cum causas minime ignorarem, non fuit inexpectata, atque ea etiam gratia concionem conuocaui, ut in memoriam venocam, ac reprehendam etiam, si qua in re immerito mihi successerit, aut calamitatibus rebusque ceditis aduersis.* Hæc quidem Thucydidi, de hoc viro scribenti, ab historica dicendi figura minime abhorreuit ; sed Pericli, ad iracundia permotum populum verba facienti, seque purganti, minime conueniunt ; præsertim in ipso statim defensionis exordio, antequam aliis sermonibus eorum animos demulceret, qui non abs te ob calamitates molestia afficiebantur ; ut quorum regionis pars optima à Lacedæmoniis vastata esset, ac pestilentia non exigua multitudo interiisset ; quique harum calamitatum causam, quod ipse belli suscipiendi auctor extitisset, in eum conferebant. præterea non hæc dicendi figura, quæ reprehensionem habet ; sed illa, qua deprecatio continetur, vtendum erat. non enim multitudinis lacessere atque irritare iracundiam, sed

LIV.

placare ac mitigare, oratoris est munus. Sed non
 git his sententiam quandam, veram illam, quae
 uiterque prolata, sed praesenti temporis
 ἐγὼ γὰρ ἠγύμνασι πόλιν πλεῖον ξυμπασσῶ ἀλλὰ
 τῆς ἰδίας ἢ καὶ ἐκείνου τῶ πολιτῶν ἀπορρο
 οφασσόμενον. καλοῦσθαι μὲν γὰρ φερόμενον
 ἀλλὰ φερόμενον τῶ πατρὶδος, εἰδὲν ἥσσοι ἐμ
 τῶν ἢ ἐν ἀτυχίᾳ, πολλὰ μάλιστα ἀπορρο
 Existimo equidem si tota civitas recte se habeat
 civibus malis agi privatim, quam si contra
 guli bene habeant. civitas vero univocis
 Nam cum patria evanescit, is, cui privatim
 nus tamen & ipse una cum ea interit: qui
 non optima utitur, is in patria forsitan, sed
 columis servatur. Si qui civis privatim
 perent, ipsa vero Respublica praeclare se habet
 ne dixisset: sed, cum omnes in extrema
 essent, non iam bene eum dixisse constaret. Quae
 ro de rebus futuris villa spes, quae has calones
 lius commutaret, quidquam firmi habere
 nim est hominibus id quod futurum est. Sed
 dem sententias nostras quae de futuris sunt
 L V. tium rerum statum convertit. His sententia
 iam molestiorem addit, minimeque praeferenda
 congruentem: καὶ ἐμοὶ τοῖσδε ἂν δεῖ ἔσθαι
 ἰδίας οἰομαί ἕσθαι εἶναι γινώσκω τι πρὸς δέον
 τῶν τε Φιλοπόλις τε, καὶ Ζηνοπόλις κρείσσει
 At qui mihi, tali viro, succensetis, qui nullo me inferre
 esse arbitror, vel in persoscendo, vel in explicandis rebus
 portunis, vel in amanda patria, vel in pecunia contentis
 da. Mirum mihi sane videatur, Periclem, omnium
 tunc essent Oratorum maximum, ignorasse, quod
 diocribus etiam ingeniis satis est exploratum: eorum
 se praeter modum laudant, orationem auditoribus
 permolestam: idque in illis praefectim concionibus,
 vel in iudiciis vel ad populum habentur: in quib.
 praemiis, sed de poenis est periculum. tum enim
 lum aliis molestiam, verum etiam, dum multitudinis in
 vidiam concitant, infertunium sibi parant. Nam qui
 cident

eosdem & iudices habet, & accusatores; in hoc ipso, ut eos ad audiendum sibi benevolos reddat, infinitis lacrymis ei opus est. sed hic noster Orator hisce rebus minime contentus, curiosius etiam rem persequitur, & quæ dicta sunt, latius explicat. ὁ τε γὰρ γνῶς, καὶ μὴ σαφῶς διδῶξαις, ἐν ἴσῳ εἴη καὶ μὴ ἀνθυμῶνθι ὁ τ' ἔχων ἀμφοτέρω; τῆ ἢ πύλει δρῶντες, σὺν αὐτῶν οὐκ αἰσίου φραζέει. ἀποστόλῃ ἢ τῶδε; ἄρῃ καὶ ἢ νικῶντος, τὰ ξύμπτωτα τῶν ἐνὸς αὐτῶν πωλοῖτο.

Hoc est: Nam qui rem intelligit, neque tamē clare docet, perinde est ac si ne cogitasset quidem: qui verò utrumque habet, nec est Reipub. studiosus, is eodem pacto nihil è re dicit. cui autem hoc etiam inest, si is à pecunia vincatur, pro hac una cuncta habebit venalia. Nescio equidem, an aliquis ut hæc vera esse fatebitur, ita Pericli convenire existimabit, præsertim ad irritatos Athenienses verba facienti. Neque enim sententiarum, aut optimorum

Pag. 159.

argumentorum inuentio ipsa per se multo studio digna videretur, nisi etiam rebus, & personis, ac temporibus, cæterisque rebus omnibus conveniant: sed, quemadmodum initio quoque dicebam, quæ sua esset de Periclis virtutibus sententia, ostendere cupiens Thucydides, hanc illi intempestivam orationem affingit. Oportebat autem ipsum prius, quid de hoc viro sentire, declarare; deinde verò eidem in periculo versanti orationem, qua iracundiam deprecaretur, humilē adiungere. Hoc sanè facere decebat eum historicum, qui veritatem imitari vellet. Illa verò permolesta sunt, quæ puerilia dictionis

LVI.

ornamenta, & nomina quædam in sententiis valde perplexa & intricata habent: ἔνεα ἢ τοῖς ἐχθροῖς ὁμοῖε, & ἀμυνῶν μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ φρονήματι. φρονήματι μὲν γὰρ, & διὰ ἀμυνῶν δύτητος & ἀειλῶ πινι ἐβρίμεται κατὰ φρονήσις ἢ, ὅς αὐτῶν καὶ γνώμη πιστὴ ἢ ἰσχυρῶν ἀπέχρησεν ὁ ἡμῶν παρὰρχῆ. καὶ πῶν τῶν δὲ διὰ τῶν οὐκ αἰσίου τύχης ἢ ξυμπίσις ἐκ τῶν ἰσχυρῶν φρονήσιν ὀχυρωτέρων παρὰρχῆται ἐλπίδι τε ἢ ὅσον πιστὴ δει, ἢς ἐν τῶν δὲ πῶν ἢ ἰσχύς: γνώμη ἢ διὰ τῶν ἰσχυρῶν, ἢς βεβαιωτέρω ἢ ἀπονοία. Hoc est: Ita nos comparare decet, ut hostibus, non modò fiducia plenis, sed etiam confidentes occurramus. siquidem fiducia ex improvisa aliqua

D d

prosperaque fortuna etiam in ignauum aliquem cadit: confidentia eius est unius, qui suo se consilio aduersarium superare credit: quod quidem nobis inest. Et prudentia, quae ab animi magnitudine oritur, in parte fortuna cuiorem reddit audaciam; in spe verò minorem fidem habet, cuius omnis est vis in dubio: sed in consilio, quod e rebus presentibus sumitur, cuiusque prouidentia firmitior est. Hic vides & ipsas sententias frigidiores esse, & eiusmodi quæ Gorgiæ potius insinuito conuenite videantur. non inum expositio plane sophistica ac prorsus inepta est. hæc verò, ἢ τε τὸ λικα, καὶ δὲ τὸ ὁμοίως τῆς ἡ ζυῶ σις ἐν ἔ κω ἐρθεο-
 νθ ὄρμη στέ αν παρὶ γοται: obcuriora sunt Heracliti tenebris, illa verò, ἢ τε τὸ ἐλπίθθ ἐν τῷ δὲ τῶι ἰσχύς: & γνῆ-
 μη ἡ δὲ τὸ ἔκω ἀρρῶται, ἢ βῶσι στέρα ἡ πᾶνοια: poetico quodam more sunt per circuitiōem perque ambages prolata. Vult enim significare, nos ei opinioni magis assentiri oportere, quam ex rebus præenubus colligimus; quam spei, cuius tota vis in rebus futuris est posita. Iam verò illud etiam consideravi, cum illorum in se iram, propter præsentis calamitates concitaram, mitigare vellet, quarum quidem calamitatum partem maximam præter opinionem, præterque expectationem subibant; ac hortaretur, ut fortiter atque ita ea mala ferrent, ne ciuitatis dignitatem labefactarent; ac rerum priuatarum dolore deposito, de communi salute essent solliciti; deinde oratione percurrrens, illos, cum tam firmum in manū imperium tenent, neque a Persarum rege, neque a Lacedæmoniis neque ab vlllo præterea hominum genere, regno spoliari posse; quarum rerum fides non præsens, sed futura erat: non in prouidentia sed in spe vim suam obtinens; horum omnium postea oblitus, non iam eos vllam in spe, cuius in dubio vis sit posita, fidem vult habere. Hæc tane pugnant inter se: siquidem, quod dolorem illis faciebat, id præsentem iam sensum habebat; vtilitatis verò significatio adhuc aberat. Sed quemodum hæc, neque quod ad res ipsas, neque quod ad verba attinet, laudo, ita ista, ut acute excogitata, & excellenter exposita, iucundeque coagmentata, admiror.

L VII.

rum sociorum auxilium; ac non potius, viribus collectis, co-
 ramur ostendere illis, non esse nos Iones, neq; Hellepontios,
 neque Insulanos, qui dominum, aut Medum, aut quemlibet
 alium, commutantes, seruiunt; sed Dores, liberos homines,
 à libera Peloponneso, Siciliam habitantes. an expectamus
 quoad omnes oppidatim capiamur; cum sciamus hac una
 nos ratione in potestatem venire posse? Hæc cum in
 perspicuo & puro orationis genere sint prolata, fulmina
 quædam verborum, & pulebritudinem, & vim, & magni-
 ficentiam, & acrimoniam habent; suntque affectibus ad
 concertationes accommodatis referta; quibus quidem
 & in foro, & in concionibus, & in amicorum colloquio-
 nibus, locus esse potest. Præterea ad hæc illa quoque ac-
 cedunt: εἰ τί τις φοβέει αὐτοὺς, ἢ ἐφ' ὅσῃται ἀμφοτέρω ἡ
 πῖδ' ἐπὶ πύξῃ τὸ μείζω. Διὰ δὲ αὐτὰ τοῖς Συρακούσας κακω-
 θῆναι μὴ, ἵνα σωφρονισθῶντων, βέλτεται ἀπειρηθῆσθαι δὲ, ἐνεκα
 τ' αὐτῶ ἀσφαλείας. ὅσα ἀνθρώπινης ἀνωμασίας βέλτεται
 ἐπιπέσει, ἢ ἢ ὅσον τι ἄμω τ' ἐπιθυμίας, ἢ τ' τύχης, τ' αὐ-
 τῶν ὁμοίως, ταμίαν ἔχει. Hoc est: Verum si quis au-
 temmet nobis, aut nos metuit, (hæc enim utraque faciunt
 inferiores) & ob id Syracusas vult damno affici, ut nos mo-
 destiores fiamus, ac superesse, ut tutius degat; is non ea quæ
 in humana sunt potestate, sperat. non enim possunt homi-
 nes, & acsiderium, & fortunam in suo arbitrio habere.
 Deinde, quæ in extrema oratione sunt collocata: δεόμεθα
 εἶναι, καὶ μαρτυρούμεθα αὐτοῖς, εἰ μὴ κείτωμεν, ὅτι ἐπιβουλεύμεθα
 αὐτοῖς ὑπὸ Ἴων ἀπὸ πολεμίων, ἀπειρούμεθα δὲ ὑφ' ἡμῶν Δο-
 ρεῖς Δωριέων, καὶ εἰ κείτωμεν ἡμῶν Ἀθηναίων, ταῖς
 αὐτῶν ὑπετέρας γνώμας κακώτεροι τῶν αὐτῶν ὀνόματι πρη-
 ῆστοι τε, καὶ τ' ἰκῆς ὅσα ἄλλοι πῖναι ἄλλοι ἢ τ' τῶν ἰκῆων παρ-
 ἔχοντα ληψόνται. Hoc est: Oramus vos, simulque pro-
 testamur, nisi persuad. bimus, nos ab Ionibus quidem perpe-
 tuis nostris hostibus, insidiis appeti; à vobis autem Dorien-
 sibus, cum & ipsi Dorienses simus, prodi. qui si ab Athe-
 nensibus superemur, propter vestra consilia superabimur:
 sed victoriæ laus tamen penes illos tantum erit, qui nullum
 aliud huius certaminis præmium consequentur, quam vos
 ipsos, qui illis huius victoriæ auctores exististis. Hæc equi-

LX.

LXI.

dem, hisque similia, tum pulchra, tum etiam imitatione digna existimorilla verò non video, cur laudari debeant.

ἢ καὶ ἦδ' ἔτι τῶν Σικελῶν, ὡς Φασὶν, ἢ πωρῶν ἐδὲς Ἀγνοία, ἢ πάντε ὑπονομάζω. καὶ μοι δοκεῖσιν ἔ Λεοντίνους βαλῶν καὶ ἰσικισσῶν, ἀλλ' ἡμᾶς μᾶλλον ἐξοικισσῶν. Hoc est in Siciliam eo quidem nomine, quod audistis, venient; amio autem eo, quem omnis suffragatur; ai, ut mihi quidem videtur, non ob eam causam, ut Leontinos in sedem suam reducant, sed ut nos potius in sede nostra abducant. Frigida hæc adnominatio est, neque vllum movet affectum, sed affectationem potius ostendit. Hæc præterea perplexa: quæ figuras habent intricatas: καὶ ἔτι πῶς τ' ἔδ' Ἰουλιανὸν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἢ τ' Ἐλλῶν, ἢ τ' οἱ ἔλλ' ἐστ' ἑαυτῶν, τῶν Μῆδων ἀντίστοιχῶν πῶς ἔτι, οἱ καὶ σφίσι, ἀλλὰ μὴ σκῆνω κατὰ δὴ λῶσῶν: οἱ δ' ἐπὶ δεσποτῶν μεταβολῆν σὺν ἀξίωσιν ταύτην, καὶ ἡξίωσιν ταύτην δέ. Hoc est: Neque verò aut isti pro Grecorum, aut Græci pro sua libertate Medo resisterunt; sed hi, ut sibi, non Medo, servaretur; illi, ut dominum commutarent non experiri prudentia, sed prudentia male utentem. Ac præterea illud, quod satietatem affectum à plurali ad singularem numerum, ex eo verò sermone qui est de persona, ad dicentis personam fit transitio; καὶ εἰ τῶν ἑαυτοῦ παροιστικῶν, τ' μὲν Συρακούσων, ἑαυτῶν δ' ἔτι πάλαιον εἶναι τῶν Ἀθηναίων καὶ δεινὸν ἡγεῖται ὑπερ γὰρ τ' ἐμῆς κινδυνώσῃν ἐν τῷ κινήσει καὶ πῶς τ' ἐμῆς καὶ μόν, ἐν ἑαυτῶν καὶ ἑαυτῶν ἄμα, ἐν τῇ ἑνὴν μαχηθῶν. ποσὶ τῶν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅσα ἔτι παροιστικῶν ἔτι, ἔχων ἢ ἐν μαχῶν ἐν ἑ, ἔτι ἑμῶν, ἀγνοίεται τῶν τῶν Ἀθηναίων μητῶν ἢ Συρακούσων ἔχων ἡμετέρας. Hoc est: Quod si quis statuit, non se, sed Syracusanum, Atheniensis inimicum esse; Et graui sibi esse pueret pro mea patria periclitariis cogites, dum pugnat in mea, non magis pro mea se, quam pro sua ipsius pugnare; idq; eo iustus, quod me non iam perditū, sed sociū habens nō desitutus pugnabit, cogitet item, Atheniensem nolle velle inimicitiam Syracusanorū. Hæc sane & puerilia, & nimium studiose conquisita, & iis quæ ænigmata vocantur, obscuriora sunt. Illa præterea: καὶ ἐν γράμῃ ἀμείβοι, τῶν καὶ τῶν κακῶν ὀλοφροβῆσι τῶν, ἐν ἑαυτῶν καὶ τῶν ἐμῶν ἀγαθῶν.

LXII.

ἦν ποτε βέλθειν αἰθρῆς φρονήσῃ. ἀδύνατον ὃ προσέμην,
 ἔ μὴ τὰς αὐτὰς κινδύνους οὐ παρὰ τὸ ὀνομαστῶν, ἀλλὰ παρὰ
 τὸ ἔργων ἰσχυροῦν προσλαβείν. Hoc est : Nam si ali-

ter quam expectavit, eveniat, tum calamitatem suam
 defrensus, forsitan velit rursus, ut antea, fortuna mea
 posse invidere : quod ab eo qui desertor existit, qui-

que eadem non de nominibus, sed de rebus pericula
 suscipere recusavit, prorsus iam fieri nequit. Quibus

epiphonema addit, quod ne puerio quidem conveniat:
 λόγῳ μὲν γὰρ, πλὴν ἡμετέραν διώκῃμιν σώσει ἂν τις ἔργῳ
 ὃ, πλὴν αὐτοῦ σωτηρίαν. Id est : Qui enim nostram

potentiam iutatur, is verbo quidem nostram, re au-
 tem ipsa suam salutem servat. Sunt alia etiam in L X III.

hac concione, reprehensione digna; quæ nihil opus
 esse arbitror in medium producere, cum iam satis
 explicatum sit, Thucydidis dictionem tum maxime,

ut optimam, laudandam esse, cum verbis à consue-
 tudine remotis modice vitur, primaque ac necessaria

virtutes retinet; tum verò pessimam iudicandam, cum
 à communi verborum ac figurarum vñu plurimum

recedit, & peregrina quædam ac minime cohærentia
 consuetatur: quò fit ut nulla aliarum virtutum suam

in dicendo vim queat ostendere quod genus oratio-
 nis, neque in concionibus utilitatem habet, in qui-

bus de pace, de bello, de legum latione, de Republica
 ordinanda, de que aliis rebus magnis, & ad Rempub. spe-

ctantibus, à civitatibus deliberatio sumitur; neque in fo-
 ro, ubi de morte, de exilio, de infamia, de vinculis, de pe-

cenia abrepta, ad eos verba fiunt, penes quos harum est
 rerum potestas. nullus, inquam, his in locis eiusmodi o-

rationis est vñus, quæ multitudini rarò hæc audienti, ma-
 gnam potius affert molestiam; neque verò in sermonibus

familiaribus in quibus de rebus ad vitã spectantibus, agimus aut
 cum civibus, aut amicis, aut propinquis nostris: quibuscum-

que aut de rebus quæ ipsis evenerunt differimus; aut necessa-
 ria aliqua de re consilium capimus; aut admonemus; aut

hortamur; aut bonis illorum gratulamur; aut rebus aduer-
 sis vna dolore afficimur. ut in. et. m. illud taceã, sermones

Pag. 161.

L X I V.

Alii de Thucydide que dixerint.

eiusmodi, propterea quod sint iniucundi, ne patres quidem, aut ipsas matres pati posse; sed illos quoque, non secus ac si exteram aliquam gentem, aliena lingua vientem audirent, interprete opus habituros. Atque hæc quidem sunt quæ de Thucydide à me quam verissime pro viribus explicata sunt. Nunc non ab re fuerit, ea etiam persequi, quæ de ipso nonnulli dixerunt; ne quid prætermittere voluisse videamur. Ac neque ciuilibus certaminibus, neque familiaribus colloctionibus hanc illius dicendi formam conuenire, omnes, sana mente præditi, fatentur. Sed sunt Sophistæ quidam haud obscuro, qui ad populares quidem se congressus parantibus, & de rebus iustis differere volentibus, minime accommodatam esse hanc dicendi formam; sed iis qui ad historicas res tractandas accedunt, quæ magnifico quodam ac sublimi dicendi genere, quod admirabilitatem faciat, opus habent, omnino aptum esse dicant: quibus quidem maxime omnium conuenire, vt in hoc se dictionis genere exercent, in quam non vsitata, & obsoleta vocabula, & tropi, ac figuræ à communi consuetudine abhorrentes & peregrinæ, & magnificum quiddam habentes, inducuntur. Non enim hæc forensibus, aut eiusmodi hominibus qui sedentarias (vt vocant) & manuaras artes exercent, aut aliis qui nulla liberali doctrina sint excolti; sed viris in omni disciplinarum genere, tum in rhetorica ac philosophia exercitatis; quibus nihil nouum, nihil peregrinum videri potest; scripta esse affirmant. Sunt etiam qui dicant, hunc historicum, cum hac ratione suam historiam conscriberet, non ad eos qui post se futuri essent, spectasse; sed eorum habuisse rationem, qui suo tempore viuerent; quibus hæc dicendi ratio in vsu erat. quæ neque ad ea certamina, in quibus aut consilia capiuntur, aut iudicia exercentur, vtilitatem vllam affert: ad quæ quidem certamina neque senatores, neque iudices eiusmodi conuenire solent, quales vult Thucydides. Ad eos igitur, qui Thucydidis orationem ab eruditis tantum viris, & legi, & intelligi debere arbitrantur, hæc habeo quæ dicam: eos qui res necessarias atque omnibus viles (nihil autem his est aut vtilius, aut

L X V.

aut magis necessarium) è communi vita tollunt. ac paucis tantum quibusdam hominibus tamquam propria attribuant. idem facere, quod in ciuitatibus, quæ aut paucorum dominatu, aut tyrannide premuntur, fieri consuevit. Qui omnia quæ in Thucydide habentur, coniectura assequi possint, ii facile ob paucitatem numerari queunt: in quo sunt quædam, quæ ne illi quidem pauci, sine grammatica explicatione consequantur. Ad eos autem qui Thucydidis orationem ad veterem atque illis temporibus vsitatam dicendi rationem referunt, neque obscuro neque prolixo mihi sermone opus erit. quibus illud dici potest; cum multi essent Athenis & Oratores, & Philosophi, quo tempore bellum inter Peloponnesios atque Athenienses gerebatur, neminem tamen repperitum esse, qui hunc dicendi modum vsurparit, neque Andocidem, neque Antiphontem, neque Lysiam, qui Oratores erant: neque Critiam, neque Anisthenem, neque Xenophontem, qui Socraticam philosophandi rationem sectabantur. Ex his omnibus hunc primum existisse satis constat, qui hanc dicendi formam affectarit. quod eo fecit, vt omnibus aliis historicis in dicendo præstaret. quam quidem rationem cum mediocriter ac parce adhiber, ita se admirabilem præstat, vt nemo cum eo conferri posse videatur; cum verò eam inepte & ad satiæatem vsque assumit, vt ne temporis quidem rationem ducat, tum verò reprehensione carere non debet. Equidem neque squalidam & incomptam, aut rudem in historia tractanda orationem probo, sed talem, quæ poëticum quiddam habeat, neque verò omnino sit poëtica, sed tamen paulò extra communem vsum euagetur. nihil enim est molestius, nihil satietate iniucundius. modus autem rebus in omnibus utilis est. Superest adhuc, vt de iis Oratoribus & Historicis, qui hunc nostrum sunt imitati, aliquid dicam: quod ad huius operis nostri ab solutionem vel maxime requiri videtur. quæ quidem res verendum nobis esse monet, ne quam reprehensionis occasionem iis præbeamus qui omnia calumniari solent; qui talem postea aliquam de nobis accusationem

L X V I.

*Thucydide
imitati qui
sunt.*

proponant, quæ à nostra modestia, quam & in motibus, & in sermonibus semper secuti sumus, longissime abfit. quibus statim odio ac malevolentia facere videbimur, si quos in medium proferamus, qui rectam Thucydidis imitandi viam ignorarunt; eorumq; scripta producamus, quibus illi magnopere gloriantur, ac magnas etiam divitias cumularunt, illustremque sunt gloriam consecuti.

